IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
4 C
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
14. 3. 1. 17.

44.6.9.
44 44
c c
9. 9

MORALIA MAGNA PERITISSIMI VIRI HIERONYMI

ab Hangeſto Philoſophi acutiſsimi, necnon Theologi clariſsimi nuperrimè caſtigata, cum textu inſerto, marginalibusq; Adnotamentis, ac Tabula rerum ſcitu dignarum decenter illuſtrata.

BIBL. SOC. IESV · COLL. ROM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VINCENTI

LVGDVNI
Apud heredes Simonis Vincentij.
M. D. XLI.

CVM PRIMIS REVE RENDO IN CHRISTO PATRI⸗ Domino Lodouico à Borbonio Cardinali meritiſsimo Regiaqué proſapia, mo⸗ rum & Literarum dotibus præful⸗ genti Hieronymus ab Han⸗ geſto cum omni uenera⸗ tione S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D**OMINICO** *gregi prothdolor noſtra tempeſtate ſcabie iugi ſquallẽti, longaq; marcenti inedia, ac per deuia quæq; erranti paſtorum pecus deglubentium incuria: quid iucundius contingere poteſt* Antiſtes *digniſsime, quid ſalubrius ſuccedere, quàm ei talem præfici paſtorem, qui Chriſti concreditas oues ſanitate donet, ſalutaribus paſcat alimonijs, uigiliasq; noctis iugiter cuſtodiat: qualem te paſſim prædicant, promdéque ad aſtra ferunt.* ¶ Nec *abs re, quandoquidem (præter illam natalium claritudinem, cui admodùm cõcinnus cùm morum, tum literarum perpulchrè connexus eſt chorus) ſic famam laudemq; tuã cedro dignis operibus indefeſſus illuſtras: ut abſolutiſsimus* Antiſtitum prototypus, *non abſq; admiratione cõſpiciaris.* Itaq; omnigeneæ æquitatis, *diuiniq; honoris anhelus amator, omnibus neruis argenteas baſes tabernaculo deo* Iacob *(*Moſen *imitatus) examuſsim complantas: inſtar* Salomonis *templum* Domino *grauiter extruis: in* Da*uidicæq; turris uertice, tu ut laconicus* Apollo *auritus, ut* Argus *oculatus ſpeculator, domui* Iſrael, *optimo iure præfectus, pernox per-*

aa ij

diuſq; illic alta cognoſcens:modò pecoris uultum,modò luporum impetum impigrè contemplaris:inde nunc buccinæ clangore ſtatim baculi terrore ſua cuiq; moliris,id mediuſfidius conſultiſſimè:nam alioquin ſanguinem de manu tua requireret Dominus,qui iudicium his qui præſunt pollicetur duriſſimum:exiguo autem & inopi miſericordiam:potentes(inquit) potenter tormenta patientur:& fortioribus fortior inſtat cruciatio.¶ Quis porrò it inficias,paſtoritia eruditione utpote medendi,alendi,tutandiq; gregem te affatim ſtipatum egregie paſtor,quippe qui poſteaquàm ab ipſis unguiculis tuam inſignem ex regia propagine generoſitatem cum diuinis penè moribus, tum humanarum diſciplinarum candoribus eximijs ampliter exornaſti:ipſe Deo Maximo Optimo militaturus,ſacras ſuperinduiſti architectricem tui commilitij peritiam(cui non ſegniter inſudas)aſpernatus minimè:eam potiſſimum deiloqui imò Herois,& pluſquàm uiri Pauli doctoris tui ſolidam arcanamq; theologiam,ex qua mille pendent clypei,omniſq; armatura fortium:eo teſtimonium perhibente ſcripturam omnem deitus inſpiratam,ad hæc ſanè ualituram,docendum,arguendum,corripiendum, erudiendum in iuſtitia,ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.¶ Hæc quippe ſunt tuæ electæ militiæ arma:hæ ſagittæ potentis acutæ,quibus pro congenea tui præſtãtia cõtra diriſſimos orthodoxæ pietatis hoſtes,ut fortis Athleta ſtrennui militonis more Chriſti fortalicium ſolerter regere,tutariq; noſti:aduerſus quod & ſi nouus Nero iam partus fureret,qui firmiſſimam fidei petram eradicare conaretur:ſi nouus Sergius mente deſiperet,qui chriſtianæ religionis conterere niteretur colũnas:ſi Arrius, ſi Sabellius,& id genus perperantes exurgerẽt noui:tu Chriſti cardineus miles(etiam ſi mortem oporteret pro laude paciſci)hos ſtrennuè arceres,eliminares in uirga ferrea,& tanquàm uas figuli confringeres eos.¶ Hæc armentariorũ cum ſedula cura,tum crebra uigilantia eſſe debet:ſin minus,ſuæ improbitatis fæcem nouerint ſe bibituros: & hoc minax Ezechielis ſubituros oraculum.Ve paſtoribus Iſrael,

qui paſcebant ſemetipſos, lac comedebatis, & lanis operiebamini: gregem autem meum non paſcebatis: diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri. ¶ *Non igitur ut retrorſus armentarius tuis deſiſtes fauſtiſſime cœptis ſacerrime præſul: non illam de te percelebrem hominum falles opinionem, non ſua lætabunda ſpe defraudari ſines. Soli perſeuerantiæ (uti optimè noſti) ſummus panditur æther: ipſa ſola coronat, ſola'que euectat ad immarcentes Beatorum arces: ubi pro tuis meritis ſit in partes Dei hæreditas, & in plenitudine ſanctorum detentio tua. Vale, & hanc meam moralium fœturam fauſtiſſimo nomini tuo nuncupatã, ac tuæ commiſſam cenſuræ accipito, Præſulum iubar, & præſidium meum.*

IOANNES CORBIN VTRIVSQVE *Iuris doctor Hieronymo ab Hangeſto philoſopho & theologiæ profeſſori celeberrimo* *S. D.*

QVANTVM *tibi debeant qui philoſophiæ diuiniſq́; literis dãt operam mi* Hieronyme, *cùm ſtudia, tum ſcripta tua ſatis oſtendunt: finem enim nullum facis aut ſcribendi aliquid, aut cogitandi quod alios delectet, & te uirtutibus illuſtret.* Itaq; *cui plus acceſſerit uel noſtro* Ludouico *à borbonio* Cardinali *digniſsimo, uel tibi non facilè dixerim.* Ille *ſummo loco, maximo ingenio natus, diuinos penè mores induit: ac non uereor ne aſſentatiuncula ſuam gratiam aucupari uidear, quando illi tantum tribuere auſim, ut neminem anteponam, comparem autem paucos: eos tamen magis qui illum non admirentur inuidos, quàm eos qui laudent aſſentatores arbitror: hæc ſtudia, hi mores diuinum ingenium alunt: in quo & ornando, doctrinaq́; augendo, non minus deeſſe uideris, quàm* Ariſtoteles, Alexãdro: *atq; habes, in quo artẽ exerceas: tantum ſecũ traxerunt felicitatis tempora in quæ incidiſti: ut non magis eum ornaueris, quàm ſuis laudibus auctũ te ſentias.* Neq; *enim* Alexander *ille gratiæ cauſa ab* Apelle *potiſsimũ pingi, & à* Lyſippo *fingi uolebat.* Sed *quòd illorũ artem cum ipſis, tum etiã ſibi gloriæ fore putabat.* Neq; *minus perhibendus eſt noſter* Ludouicus, *qui*

etiam ſi ſe pingi,aut fingi non patiatur,tanquam ſpartiates Ageſilaus: habeat tamen Xenophontem alium,qui in eo certè laudando facilè omnes imagines hominum,ſtatuasq; ſuperauerit.Turpe certè eſt laudari à turpibus.Pulcherrimum autem à laudatis probari.Placet enim Hector ille mihi Neuianus,qui non laudari tantùm ſe lætatur,ſed addit à laudato uiro.Qua laude tu dignus habearis,uiderint qui ſcripta tua non legunt ſolùm,ſed admirantur.Pluris tamen faciunt uiuam Iuriſconſulti uocem,quàm mortuum(ut dicam)conſcriptumq; inſtrumentis teſtimonium.Sed unum ad præſentem,alterum ad futuram memoriam ſpectare uidetur.Nos autem qui tua quotidiana conſuetudine fruimur,ſtudiorumq; tuorum participes ſumus:apud quem literarum, ſi uſus nemini te cedere patiemur.Te etiam mi Hieronyme,ut rem fine concludam,à nobis rogari patieris,ut eos quos de philoſophia libros ſcripſiſti calcographis,nobisq; propediem ſuppedites:gratius nobis hoc tempore nihil facere potes.Vale Parrhiſijs ad.xi.kalen.Iulij.

NICOLAI MALLARII RHOTHOMAGEI AD REuerendum in primis dominũ Cardineum Lodoicum à Borbonio Epigramma.

Hæc tibi Socratico libans Moralia fonte
Perſonat Actæa doctus Apollo cheli.
Quàm bene ſacra ſuum Authorem nunc pagina monſtrat,
Conuenit & titulis dux Lodoice tuis.
Moribus ecce micas,doctrinis ille niteſcit:
Hoc opus in ſolo nomine vtrunq; refert.
Scil.cet,iſta tuos docuit ſapientia mores,
Omnia librato pondere ſenſa ſequi.
Quòd ſi recta iuuat ſtudioſi meta laboris,
Sanctaq; lanigeri ſit tibi cura gregis.
Ipſa Cleonæo ſectanda eſt tramite virtus.
Non datur ignauo palma ferenda viro.

FINIS.

TABVLA HVIVS OPERIS LIterario ordine diligēti admodū labore contexta ſingula quæ ꝗ notatu digna cōplectens.

De litera A.

ABrogare & derogare.94.
Actus dupliciter eſt liber. 5.
Actus ſecundariò liber eſt verè naturalis.5.
Actus credēdi falſus moraliter bonus.9.
Actuum quorundam circūſtantiæ ſunt obiecta,& quorundam nō pro volūtatis beneplacito.13.
Actus volūtatis quotuplices.16.
Actus tertius medij & finis.16.
Actus idem vſus & fruitio,odium & amor eoꝗ intenſè & remiſsè diligi.61.
Actus medij & finis vnius boni, alterius mali non eſt bonus & malus. 6.
Actus tertius medij & finis nō neceſſariò ab actibus extremorum pendet/nec ſemper nolitio à volitione.16.
Actuum voluntatis quidam incōplexi/quidam complexi.19.
Actus cōplexus per terminū eius expreſſiuum cognoſcitur.19.
Actuum voluntatis quidā efficax, quidam inefficax.20.
Actus efficax & inefficax ſpecie differunt.20.
Actus efficax eſt potior.x.
Actus efficacis quædam deſcriptio reprobata.20.
Actꝰ inefficax neq; efficax fieri.20.
Actus efficax non ſemper operationem ſortitur.20.
Actus efficax eſt in bonis melior, & in malis deterior.20.
Actus efficax & actus formaliter imperatiuus an idem.20.
Actus efficax duplex.22.
Actus vniuerſalium/atque finium ſunt aliorum fœcundi propagatores.21.
Actum non ponit ipſa conditionalis per quam actus inefficax exprimi ſolet.22.
Actus inefficax tempore quo quis ad efficacem obligatur non eſt per hoc vicioſus.22.
Actus inefficax eſt tam habitus ꝙ paſſionis productiuus.23.
Actuum voluntatis quidam liber, quidam naturalis.23.
Actum liberum & actum naturalem contingit non ſpecie differre.25.
Actus factus naturalis an actui libero contrariæ denominationis ſit impoſſibilis.25.
Actuum voluntatis quidam inſtātaneè/quidā ſucceſſiuè elicitur: nec ad huius aut illius determi-

nationem requiritur actus reflexus: idem de habitu & paſſione.25.
Actus idem partim liber, partim naturalis.26.
Actuum atq; paſſionum & habituum penes quid ſumatur ſpecifica differentia.26.
Actuum differentiam ſpecificā non ſolùm arguit alietas rei obiectiua: ſed etiam modi ſe habēdi diuerſitas.27.
Actus quilibet eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ.27.
Actus aut habitus generici cur dicantur.27.
Actus generici ſunt in ſpecie ſpecialiſſima moris conſtituti.27.
Actuum cōditionatorum habitus an poſſint ſe compati.44.
Actus moraliter bonus pariter & malus quid: treſq; conditiones ad moralem bonitatem requiſitæ.46.
Actus dementium & ebriorum ac dormientium.50.
Actus non ex euentu aggrauatur ſecundùm numerum, ſed penes veriſimilitudinem.50.
Actum aliquem prudentiæ aptitudinali eſſe conformem quid ſit?74.
Actus virtutis & ſuæ prudētiæ an ſit idem obiectum.75.
Actus idem malicias habet ſpecie differentes.80.
Actus an à fine ſpeciem moris ſumat.80.
Actus primus meritori⁹ an ſit quocunq; ſequente melior.82.
Actus ſatiſfactorius nō eſt per hoc minus meritorius.83.
Actus tertius medij & finis an ſit vtroque extremorum actu melior.125.
Actus aliquis liber an ſit indifferēs: & an aliqui infideliū actus ſint non culpabiles.115.&.116.
Actus moraliter boni abſq; dei cognitione.118.
Actus an cōtingat eſſe meritorios abſq; dei cognitiōe.118.
Actus datur indifferēs.119.
Actus tertius quo proximus propter Deum diligitur eſt ſimplici amore dei melior.120.
Actus inefficax ſeu cōplacentiæ ſolet in aliquib⁹ caſibus elici.123.&.124.
Actus conditionati non in ſe mali quandoq; vicij incendium præbent.124.
Actuum confuſio minuit boni & mali rationem.124.
Actiones ſunt ſingularium.124.
Actus poteſt multorum eſſe confuſus multipliciter.125.
Actus duplex cōditionatus, & abſolutus.125.
Actus boni vel mali diſiunctus an ſit malus.125.
Actuum pluralitas obiectiua bonitatem aut malitiam adauget, ſed qualiter.125.
Actuum differentiā ſpecificam conſtituūt magnum/paruum/m...

tum,paucum,obiectiuè.125.
Actuum intenſio, continuatio,& repetitio augent proportionaliter geometricè.127.
Actus liberi creſcentia quādoq; eſt à naturali cauſa.127.
Actuum ordo ſecundùm prius & poſterius quid operetur.128.
Actuum voluntatis crementū aliū de quàm ex conatu proueniens an bonitatem augeat, vel maliciam.138.
Actuum permutabilitas de bono in malum & contrà.164.
Accidentiū animæ varietas. 164.
Actus idem poteſt variatis rerum circūſtātijs cōtinuari.164.
Actum eundem contingit ſimul eſſe bonum & malū.164.
Actus idem diuerſarū ſpecierū moris.165.
Actus idem præmijs ſpecie diſtinctis pręmiabitur.166.
Actuum quidam intrinſecè boni, quidā extrinſecè, qualiterve permutabiles in malum.166.
Actus quilibet rectificabilis an ſit diſpenſabilis.175.
Actus tertius medij & finis.125.
Act⁹ intrinſecè bōi duplices.166.
Actus quidam intrinſecè bonus, quidam extrinſecè.167.
Actus intuitiui an ſint in voluntate reperibiles.167.
Actus volūtatis abſtractiuus non requirit ſui obiecti exiſtentiam. 167.
Actus impermutabiliter bonus in ſenſu morali quot modis.168.
Actus immutabiliter malus. 168.
Actus eſſent moraliter boni aut mali omni omni circūſcripta pœnæ vel mercedis inſtitutione.169.
Actuum quidam explicant bonitatem aut maliciam, quidam implicant.168.
Actus malus quia prohibitus, aut prohibitus quia malus.169.
Actus irrectificabiles.169.
Actus quilibet ꝓhibitus quia malus, an ſit immutabiliter malus. 170.
Actus quilibet mutabiliter malus an ſit diſpenſabilis.174.
Actus quilibet diſpenſabilis an ſit præceptibilis.174.
Actus virtutis & ſuę prudētiæ an ſit idem obiectum.75.
Actus idem malicias habet ſpecie differentes.80.
Adoratio in teſtamento veteri fiebat occidentem verſus.88.
Adam cum tribus donis excellentibus formatus.175.
Adæ ſcientia.175.
Adæ filij nō vt Adam nati fuiſſent perfecti.176.
Adę cognitio media inter beatificā & noſtrā enigmaticā.176.
Adę gratia.176.
Adoramus orientem verſus propter multa.88.
Ad actum moraliter ſeu meritoriè bonum non requiritur pro eius obiecto omnes habere circunſtantias cum prudentia.135.

Adæ iuſtitia originalis.176.
Adam nõ fuit aliquo falſo iudicio promotus ad primum eius peccatum.176.
Adæ & Euę differentia peccatorũ.176.
Adæ peccato grauius fuit peccatũ Euę.176.
Affectus abſq; effectu an iura humana puniant.51.
Amor,& odium qualiter impediãt cernere verum.9.
Amor rei ſimplex eſt quædam eius placentia.19.
Amor Dei multiplex.113.
Amor eſt communiter aliarum affectionum radix. Eſtq; amor propter quid ad amorem propter ſe reducibilis.121.
Amoris ex amore origo efficientia an amorem viciet(gratia exempli)amoris dei ex amore mercedis.122.
Amoris ſuper amorem exceſſus gradualis an ipſum quandoq; viciet(gratia exempli)amoris mercedis ſuper dei amorẽ.122.
Amoris ſuper amorem exceſſus appreciationis indebitæ viciat eum.122.
Amoris aut alterius actus conditio ſola inexiſtentię non ponit bonitatem vel malitiam.123.
Amore vel odio eſſe dignũ eſt dupliciter,& an id cognoſcere poſſit viator.190.
Aĩa bruti nõ eſt factibilis libera.3.
An voluntas ſenſui actum imittat aut contrà.2.
Anima eſt omnium operationum vitæ effectiuum principium.6.
Anima non eſt liberum animationis, aut vegetatiõis,aut ſenſationis principium.7.
Anima eſt alicuius intellectiõis nõ cuiuſlibet liberũ principiũ.8.
Anima eſt quarundam operationũ potentiæ motiuę liberum principium.10.
Animæ inſequuntur corpora neceſſariò quidem quo ad appetitum ſenſitiuũ,& inclinatiuè quo ad voluntatem.36.
Animæ Chriſti actus multiplices, & an ſuam meruerit beatitudinem.48.
Animam eſſe mundam tria impediunt credere.176.
Angelus homĩs cuſtos non ex eius lapſu triſtatur,nec ex eo dæmon gaudet.34.
Angeli viatores fuerunt.34.
Angeli vel animæ ſeparatę an mereantur aut demereãtur.34.
Angeli creati ſunt in gratia abſq; tamen clara dei viſione,& cum ſufficienti agendorum cognitione.34.
Angeli atq; animæ qualiter in igne crucientur.34.
Angelus quas operationes in corpore aſſumpto exercere valeat.34.
Angelo an virginitatis virtus competere valeat idem in reliquis materijs.124.

Appetitus triplex.1.
Appetitus naturalis quid cuiſie cõpetat.1.
Appetitus ſenſitiuus non ineſt cuilibet.1.
Appetitus ſenſitiuus quid.1.
Appetitus rationalis quid & cui ineſt.1.
Appetitus tres quibus rebus inſint & quibus non.1.
Appetitus ſenſitiuus & rationalis conueniunt & differunt.2.
Appetitus ſenſitiuus cæcus.2.
Appetitui ſenſitiuo obiectũ eſt ex natura rei conueniens, non ſic voluntati.2.
Appetit⁹ naturalis ab alijs differt.2.
Appetitus ſolus liber eſt primario virtutis capax.3.
Appetitus ſenſitiuus præciſius ſuã cognitiuam inſequitur, quàm rationalis.12.
Appetitus ſenſitiuus quem cibum appetat in abſentia.13.
Appreciatio quandoq; maior vbi actus remiſſior.107.
Apparere maius & magis apparere differunt.113.
Archidiaconi opinio de conſuetudine non vniuerſaliter vera.95.
Aſſentire oppoſito primi principij an contingat.10.
Augmentum graduale actus voluntatis ex duplici cauſa eſſe poteſt.107.
Aureola quid, & quotuplex.47.
Auxilij ſpecialis opiniones.181.
Auxilium generale pariter & ſpeciale.108.
Auxilium ſpeciale tribus modis concurrere poteſt ad bonum.184.
Auxilij ſpecialis reſolutio.184.

¶De litera B.

Baptiſmus multiplex.47.
Beatitudo ſeu felicitas duplex, pariter infelicitas.33.&.34.
Beatificatur quis extra cælũ, extra pariter infernum infelicitatur.34.
Beatorum actus multiplices, nec ad quoſlibet neceſſitantur.48.
Beatitudo an à ſolo Deo efficiẽter ſit.44.
Beatitudo multipliciter inordinatè appeti poteſt.48.
Beneficia plura iuſtè tenẽs plus meretur dicẽs horas, grauiusq; omittit.31.
Benefactori an aliquid retribuere obligetur beneficiatus.85.
Bos & aſinus nec propriè deũ cognouerunt, nec ei honorem latriæ exhibuerunt.47.
Bonitate aut malitia nõ aucta creſcere poteſt præmium, aut pœna ex ſuperioris autoritate.54.
Bonitas moralis quid.51.
Bonum aut malum duplex, ex genere, & ex circunſtantia.78.
Bonum plura requirit quàm malum.103.
Bonitas aut perfectio maior nõ an

guit debitũ maius agendi propter eam.112.

Bonitate proueniente ex fine vltimo circunſcripta reſidet in actibus bonitas moralis.118.

Bonitas ſurgit maior ex fine meliori/pariter ex relatione perfectiori.118.

Bonitas moralis maior maius facit meritum.118.

Bonitas quæcũq; præcepti an quãcunq; conſilij bonitatem exuperet.130.

Bonitas aut malicia aliunde quàm ex conatu naſci poteſt.138.

Bonum ex integra cauſa.73.

¶De litera C.

CArdiales virtutes cur appellẽtur tales.142.

Cardinalis virtus an pro actu/an pro nomine accipiatur.144.

Cauſſarum differentia aut identitas non ſemper arguit eam eſſe defectuum.26.

Circunſtantia quid & quotuplex, & qualiter inſpicienda.76.

Circunſpectio qualiter ad virtutẽ requiratur.76.

Circunſtantiæ in cõdendis legibus conſiderandæ.77.

Circunſtantia triplex/ aſsiſtens/incitans/informans/aut bona aut mala qualiter ad opera ſe habeant.78.

Circunſtantiæ triplex habitudo per has præpoſitiones/cum/ex/propter/explicatur.79.

Circunſtãtiarũ numerus certis dictionibus deſignatus.77.

Circunſtantiæ bonitas aut malitia qualis.75.

Circunſtantiarum diuerſitas qualiter actuum differẽtias in eſſe entis aut moris faciat.79.

Circunſtantia perſonæ qualiter & quibus modis fiat operi debita vel indebita.81.

Circunſtantia diminuens aufert à grauiori peccato maiorem maliciam.61.

Circunſtantia materiæ ex quibus fit debita aut indebita.85.

Circunſtantia vna duplata non duplat totam actus bonitatem aut maliciam:quia non per hoc omnia alia duplantur.80.

Circunſtãtia nnmeralis aut bonitatis obiecti offenſi, aut propinquitatis eius, aut difficultatis, & huiuſmodi duplata non duplat grauitatem.86.

Circunſtãtia loci ex quibus fiat debita vel indebita.87.

Circũſtãtia loci adiacẽs an aliquid conferat.87.

Circũſtantia boni loci an quãdoq; vitietur opus.88.

Circunſtantia tẽporis.89.

Circũſtãtia temporis ex debito ſpecialis iuris.96.

Circunſtantia temporis preciſe adiacens an conferat.99.

Circunſtantia modi agendi ex quibus fit debita, aut indebita. 99.

Circunſtantia medij aut inſtrumenti ad circunſtantiam modi reducitur.100.
Citra neceſſitatem non ſunt res plurificandæ.135.
Circunſtantia finis non ex entis bonitate aut malicia, ſed aliunde fit operi debita vel indebita.101.
Circunſtantię vltimi finis carentia quãdo actum viciet.116.
Charitatis ordo penes quid attendatur.108.
Charitatis ordo non ſubuertitur ſolo graduali exceſſu amoris ſuper amorẽ, ſed appciatiõis.107.
Charitatis præceptum cõmuniter non abſq; actu conſilij obſeruatur.107.
Charitas pfecta qualiter foras mittit timorem.115.
Cõditiões de virtutis ſubiecto.3.
Conditionalis propoſitio non ponens actũ, &c. vbi pleriq; in moralibus aberrant.122.
Conditionalis & ſi abſq; actu verificetur, contingit tamen voluntatem ſuo arbitrio elicere actũ, vbi differunt vult & vellet.123.
Cõfuſus act⁹ eſt indiſtinct⁹.124.
Cõfuſio actus moralem minuit bonitatem atq; maliciam.124.
Conatus abſq; actu vel omiſſione an bonitatem vel maliciam habeat.136.
Conatus quid.145.
Conari an contingat voluntatem abſq; actu.137.
Connexio virtutũ moralium qualis.160.
Connexio virtutum theologarum inter ſe.161.
Connexio aliarum virtutum moralium cum prudentia.160.
Cõnexio inter morales & theologicas virtutes nulla.161.
Cognitiuæ potentiæ eſt dirigere, & appetitiuę exequi.12.
Cognitiuæ ad appetitiuam habitudo quadruplex.12.
Cognitiuæ cuilibet reſpondet ſua appetitiua.12.
Cognitiuæ potentiæ identificatur ſua appetitiua.12.
Cognitiuę & appetitiuę actus proportionantur.12.
Cognitiua in ſuis actibus nõ a ſua dependet appetitiua, ſed ecõuerſo.12.
Corrumpi aliquid contingit tripliciter.43.
Confirmatio liberos actus admittit.48.
Confirmatio quid ſit.48.
Confirmatio multiplex.48.
Conſenſus duplex, formalis & interpretatiuus.56.
Conſenſus formalis eſt interpretatiuo potior.56.
Conſenſus qualiter ad bonum aut malum requiratur.56.
Cõſenſus in opus, cõſenſus in delectationẽ cogitatiõis operis.lviij.
Conſcientia quid.71.
Conſciẽtiæ obuians.71.
Conſciẽtiæ erroneæ in materia pręcepti cõtra agẽs an peccet.71.

Conſcientia erronea aliquid dictã-
te refert dicere quemq̃ obligari,
ſic agere, aut ſic non agentẽ pec
care.72.
Cõſciẽtiæ ſe difformãs quo genere
peccati peccet.72.
Conſcientiæ præcepto contrariæ ſe
cõforman s an grauius peccet q̃
contra agens.73.
Continuationis actus opiniones
variæ.90.
Cõſuetudo ſeu aſſuefactio an actũ
vitiet non aliãs malũ, aut aggra
uet.93.
Conſuetudo qualiter altera natura
qualiterve altera lex.94.
Cõſuetudinis cõditiones per quas
ipſa præualet legi, quibuſve le-
gibꝰ præualere poſſit, & quibus
non.94.
Continuationis actus opiniões va
riæ.90.
Conſuetudo laudabilis.94.
Conſuetudo tantũ rationabilitatis
continet, quantum de fine iuris.
94.
Conſuetudo quadruplex.94.
Conſuetudo an ad peccatum ob-
liget.95.
Conſuetudo quando iuri, aut quã
do ius conſuetudini cedat.95.
Culpa poſterior nonnunquam eſt
ſimili priori deterior.129.

¶De litera D.

DAmnũ notabile ex mul-
titudine quot modis eſſe
poteſt.129.
Dãnificatio in quatuor
rerum generibus.142.
Deliberatio & conſenſus diffe-
runt.55.
Dupliciter opus poteſt dici indeli-
beratum, aut fieri indeliberatẽ.
56.
Dei & creaturæ multiplex differen
tia.1.
Duplex eſt actus cõtrarius.136.
Deus eſt ens ſimpliciter ſimplex.2.
Duplex virtus.2.
Deliberatio duplex, plena & ſemi-
plena.55.
Deliberatio differẽter requiritur ad
bonum & malum.56.
Deliberationis imperfectio duplicĩ
ter accidere poteſt.63.
Delectationis ſenſibilium contin-
git vſum eſſe licitũ, imò ſub ob-
ligationem cadere.64.
Dei cultus præcipuus.98.
Deus eſt primum omnium princi-
pium efficiẽs, & vltimus omniũ
finis: illud ex omnipotẽtia, iſtud
ex bonitate eius infinita.113.
Dei duplex bonitas, & quadruplex
dilectionis ſpecies.113.
Dei bonitas intuitiuè apparens al-
licit plusquàm creata.113.
Difficultas bene operãdi poteſt ex
multis prouenire, & multiplici-
ter.66.
Difficultas ex culpa proueniens au
get meritum.67.
Difficile dicitur aliquid duplici-
ter.145.
Difficultas aut facilitas operis mul
tipliciter accidere poteſt: quali-

terve augeat/vel diminuat bonum vel malum.157.
Difficultas ex appetitu ſenſitiuo aut ex culpa q͂d operetur.157.
Dilectio inimici an ſit dilectiõe amici præſtantior atq; magis meritoria.67.&.68.
Dictamẽ virtualiter practicum ſufficit ad bonum opus.75.
Diligendorũ ordo non penes amorum intentionem, ſed amatorũ appretiationem.106.
Dilectionis dei ſuper omnia præceptum qualiter in via impleri poſſit.17.
Dilectiõis appreciatio præſtat gradnali intenſiori.107.&.108.
Diligi vnum plus alio eſt quadrupliciter.108.
Diligere deũ an valeat viator quãtũ debet, aut plus q̃ debet.150.
Dilectio dei ſuper omnia an ſit culpæ mortali cõpoſſibilis.168.
Dominus cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue ad nimis difficile noluit nos arctare.75.
Dominica die res præclaræ factæ ſunt.98.
Diſpenſabilitas atq; indiſpenſabilitas 171.
Diſpenſatio, interpretatio, limitatio declaratio differunt.171.
Diſpenſabilitas multiplex ad idem præceptum.172.
Diſpenſabilitas aliqua cadit in pœnam quæ non in culpam.171.
Diſpenſatio pro certo tempore licito ſit pro ſemper licitẽ factibilis, 172.
Duplex eſt reſiſtentia.165.

De litera E.

Eccleſia gaudet multorũ immunitate.78.
Eccleſia ad quæ deputetur.89.
Efficax volitio aut nolitio finis, aut maioris ſyllogiſmi qualiter ad medium, aut ad concluſionem ſe habeat.201.
Efficacia volitionis non requirit dictaminis veritatem, nec ſufficit appræhenſio.22.
Efficax volitio & volitio inefficax eiuſdem obiecti ſunt compoſſibiles.22.
Effectus multipliciter poteſt eſſe cauſa ſuæ cauſæ.107.
Epiſtolarũ Pauli doctrina à deo eſt quare nec à puro homine diſpenſabilis.94.
Exterior operatio naturali efficientia eſt ex interiori.2.
Exterior operatio ex duplici radice libertatem habere poteſt.52.
Exterior operatio non addit interiori moralem bonitatẽ aut maliciam.52.
Exteriorem interiori addere eſt dupliciter intelligibile.52.
Exterior operatio & interior cur duobus prohibeantur præceptis.53.
Exterior operatio quamuis nõ bonitatem aut maliciam interiori ſuperad

ſupaddat,addit tamen plerunq; aliud in certis operũ generibꝰ,in quibus voluntas etiam efficax nõ pro facto reputatur.54.
Exteriorum operum nedum pluralitas eſt conſideranda,ſed interiorum inteſio,aut continuatio, aut repetitio.128.&.129.
Extrema virtutis proxima non ſemper vicioſa.148.
Exterior operatio,nulla eſt impermutabiliter bona aut mala.171.&.172.
Epikeya quid ſit.142.
Euentus deſideratus quandoque opus nõ inficit,qui pro fine pręſtitutus ſordidaret ipſum.109.
Euentus qualiter actui præcedenti addat.51.
Euentus præuiſus opus quandoq; non viciat,qui deſideratus viciaret.109.
Equiuocatio nominum moralium loquentes turbat.151.
Euidentia intrinſeca,euidentia extrinſeca.10.
Euidenti propoſitiõi diſſentire cõtingit.10.

¶De litera F.

FActibiles ſunt creaturæ nouarum ſpecierũ liberę.3.
Fames prima cuius obiecti ſit.13.
Felicitas & infelicitas conſummantur in paſſionibus.33.
Felicitates atq; infelicitates meritis aut demeritis ſpecie diſtinctis correſpondent ſic diuerſæ.33.
Feriæ vnde dictæ.96.
Feſtum quid.96.
Finis qualiter mediorum obligationem imponat.110.
Finis quid,& cui competit.101.
Finis duplex, vnus ſub præcepto, alter ſub arbitrio.101.
Finalis cauſæ cauſalitas in quo cõſiſtat.101.
Finis medium poteſt eſſe duplex. 101.
Finis in ſe bonus quandoq; opus vitiat.102.
Finis obligationem contingit eſſe obligatione medij maiorẽ,quãdoq; autem minorem.102.
Fine præcepto an vniuerſaliter pręcipiantur omnia media conducibilia, & prohibeantur impedientia, in his minor obligatio maiori cedit.102.
Finis neceſſitate fit quandoq; aliquid licitum aliâs illicitum,quãdoq; non.102.
Finis bonus & malus differenter opera qualificant.102.
Finis bonus opus malum alleuiat non ſecundùm proportionem æqualitatis,ſed rationis.103.
Finis maiorem maliciam aufert à peiore actu.103.
Finis qualiter ad opus bonum aut malum, aut indifferens ſe habeat.103.
Finis fines ſubordinatos præceden-

tes viciat.i.eorum actus.103.& 104.
Finis mali præſtitutio quàm periculoſa.104.
Fines ſunt quædam bonorũ & malorum ſeminaria.104.
Finis nõ ſecũdùm æqualitatis proportionem qualificat opus, cuius cauſa habetur duplex.104.
Finis bon⁹,addere operi bono bonitatem eſt tripliciter.104.
Finis venialis an mortale aggrauet mortaliter.105.
Finis in ſe bonus operi bonitatem adijcit quandoq; minorẽ quàm habeat,aliquando nullam,quandoq; viciat.105.
Finis malus operi dat maliciã quãdoque maiorem quàm habeat, quandoq; minorem, aliquando alleuiat.105.
Finis venialis vnum opus venialiter aggrauans aggrauat aliud mortaliter.106.
Finis idem bonus opera mala inæqualiter alleuiat,ſed an ęquè proportionaliter.106.
Finium principalitas vnius in quo conſiſtit.106.
Finis minus principalis quandoq; eſt cauſa ſine qua non.106.
Fines diſparati, fines ſubordinati.106.
Finium reciproca ſubordinatio an ſit poſſibilis.106.
Finis relatio à cauſalitate finali eſt ſeparabilis.106.&.107.
Finis vnde operi fiat debitus aut indebitus.108.
Finium multorũ principalitas vni in quo conſiſtat.108.
Finem tripliciter acceptari contingit.108.
Finis habitudinẽ multiplicem denotare põt hęc dictio ꝓpter.108.
Finis non præſtituitur omne id quod deſideratur vel timetur.109.
Finis mediũ oſtenſum triplex.109.
Finis increatus licitè diligi poteſt abſq; expſſa ſummi proteſtatione.113.
Finis perfectio dupliciter conſideratur.113.
Finis perfectio tam vera quàm apparens allicit.113.
Finis omniũ vltimus eſt deus.114.
Finem creatum contingit operi eſſe præſtituendo ſtrictiori obligatione,quàm increatum.115.
Finis beatitudinis conſequendæ, aut pœnæ vitandæ, an vicietur præceptorum obſeruantia.119.
Fine triplici cõtingit præceptorum obſeruantiam fieri.119.
Finis creatus cùm increato auget bonitatem.120.
Finium debitorum multitudo bonitatem auget.120.
Finem vltimum operi non præſtituere actualiter tenemur,niſi ſpeciali pcepto ꝓ tũc caueatur.120.
Fomitis peccati nomia varia.177.
Fomitis qualitas qualiter fuerit in Adam trãffuſa,qualiterve nunc in poſteros.177.
Fomes an ad voluntatis actus ma

los coagat.178.

Fomes an ſit qualitas ſpecialis. 179.

Fomes bono cooperari poteſt,alia de fomite pulchra.179.

Fortitudo & ſpecies eius definiuntur.179.

Fortitudo quid,quæ eius extrema, & ſpecies.139.

Fruitiones duas eiuſdem obiecti ſimul eſſe.19.

De litera G.

Gradus virtutum tres ſo.150.

Gradus virtutum in diuerſis hominum ſtatibus qualiter ſe habeant.151

Gradus virtutum cur ſic appellentur.151.

Graduum virtutum ratio multipliciter accipi poteſt.152.

Gradus virtutis in gradū permutatio.152.

Gradum virtutis poteſt quis inuitus perdere.152.

Gradus viciorum.87.

Gradus tres virtutum ſuam ſedem in voluntate habent.157.

Gradus virtutum in infinitum ſubdiuidi poſſunt 155.

Graduum virtutis quidam intrinſecè,quidam extrinſecè.156.

Graduum virtutis compoſſibilitas atcꝫ tranſitus.156.&.157.

Graduum virtutis comparatio in excellentia.157.

Gradum virtutis an conſtituat omiſſio.159.

Gradus acquiſitus & innatus.159.

Graduū virtutis mltiplicatio.159.

Gratiam baptiſmalem quis paruulo mereatur.47.

Gratia duplex perſonalis,& ſacramentalis.47.

Gratiæ ſtatus an aggrauet mortale auferens eam,an pariter bonitatem operis augeat.81.

Gratia maior an bonitatē aut meritum adaugeat.137.&.138.

Gratia maior an opus reddat melius.83.

Gratiæ ſtatū an viator in ſe cognoſcere poſſit,& ſe immunem peccato.189.

Gratiam habere quidam nimis tardè credunt, vnde cōmodè in caſu teneret̃ qs credere.159.&.190.

Gaſtrimargia atcꝫ ſatyriaſis an in hac vita extingui poſſit.155.

De litera H.

Habitibus voluntatis reſpondet habitus intellectus.28.

Habitibus & cōplexionibus conformia regulariter ſurrepūt iudicia.28.

Habitus quid.38.

Habitum nolēs generari non exerceat actus.38.

Habituabilis non eſt deus.38.

Habitus eſt accidens ipſi potentiæ condiſtinctum.38.

Habitus naturaliter nō liberè pro

ducitur.38.
Habitus ex actu vno etiam remiſſo gigni poteſt.38.
Habitus quomodo creſcat atq; intendatur.38.
Habitus eſt qualitas pmanens actu tranſeunte.38.
Habitus officium eſt inclinare ad actum.39.
Habitus ad propriũ actum immediatè inclinat, mediatè ad alios à ſuo producibiles.39.
Habitus non efficientiam actus attigit ad quẽ mediatè inclinat.39.
Habitus in ſola potentia per actuũ frequentationem inclinabilis eſt ponendus.39.
Habitus in quibus potentijs ſunt reperibiles, & in quibus nõ.39.
Habitus & ſpecies differunt.40.
Habitum in intellectu negant alij qui reſpectu principiorum, & voluntate reſpectu actuũ ad quos eſt determinata.40.
Habituari nonnunquam apparet potẽtia quæ nõ habituatur.40.
Habitus & aſſuefactio differunt, duplex eſt enim aſſuefactio.41.
Habitus non per efficientiæ circulationẽ generatur infinitus.41.
Habitus actum totum comproducit pariter potentia.41.
Habitus ad actum cauſalitas eſt efficientiæ.41.
Habitus ad actum coefficientiam nequit impedire voluntas eliciẽs actum.43.
Habitus aliqs an immediatè actũ alium à ſuo proprio producere valeat.42.
Habitus nequit cum ſola potentia efficere actum.43.
Habitus an abſq; motiuo valeat aſſenſum incuidentem producere.43.
Habitus non corrumpitur per ſolam actuum ceſſationem etiam quantuncunque diuturna fuerit.43.
Habitus aut ſpecies contingit tandiu ſopiri, atque à ſuis actibus tandiu impediri, vt omnino deleti eſſe videantur.44.
Habitus animæ rationalis qui careret contrario eſſet per naturam incorruptibilis.44.
Habitus cum habitu aut cum actu qualis incompoſſibilitas.44.
Habitus ſupnaturaliter infuſi qualiter ſint corruptibiles.45.
Habitus infuſus qualiter operetur.45.
Habitus quicũq; an inclinet ad delectabiliter operandum.45.
Habitus nullam habet imputabilitatem.45.
Habitus non agit ſine actu.154.
Habitui cuilibet voluntatis an reſpondeat in ſenſu habitus.154.
Habitum pariter & actum eũdem contingit eſſe diuerſorum graduum virtutis.156.
Habitus permutabilis de bono in malum.157.
Habitus olim bonus difficultat ad bonum.171.

Heroicum quid.151.
Heroicus actus an quocunq; non heroico ſit melior.158.
Homini ſoli triplicem ineſſe appetitum.1.
Hominis vulnus ex peccato.180.
Homo arca tricamerata.7.
Homo tetragonizatus.7.

¶De litera I.

IEiunij ſolutio p eſum carnium eſt ſolutiõe per eſum piſcium deterior 131.
Ieiuniũ qd. 140.
Iuſtitia & ſpecies eius deſcribuntur.141.
Iuſtitia quid, quæ extrema, & quæ ſpecies.141.
Iuſtitia diſtributiua pariter commutatiua in quibus conſiſtant.142.
Iuſtitia an circa operationes, reliquæ autem virtutes circa paſſiones.144.
Iuſtitiæ originalis abſentia, eſt multorum cauſa.177.
Iuſtitiæ medium an ſit rei.144.
Iuſtitiæ diſtributiuæ & ipſius commutatiuæ differentia mediorum.147.&.148.
Iudicio rationis ſe conformare eſt dupliciter.11.
Iuſtitiæ medium an ſit ſecundùm proportionalitatem.149.
Identitas duplex.13.
Ignorantia triplex qualiter excuſet, aut accuſet.65.
Imperium quid.6.
Imperium & dominiũ differunt. 6.
Impoſſibilitatio multipliciter accidere poteſt.133.&.134.
Intellectus qualiter ſenſum cognitiuum corrigat, & voluntas ſenſum appetitiuum.12.
Intellectus obiectũ ens pariter voluntatis.13.
Infinita aliquo certo maiora non ſemper vnum infinitum conſtituunt.28.
Inclinare ad actum quid ſit.39.
Inclinare immediatè quid.39.
Inclinare mediatè quid.39.
Inclinatio quid ſit. An ſine actuum productiõe ſint inclinatiões.39.
Innocẽtes matyres an ratiõis vſum acceleratum habuerint.48.
Innocentiæ ſtatus an erat ad merẽdum potior.67.
Ingratus dicitur dupliciter.85.
Ingratitudinis circunſtantia an aggrauet.83.
Ingratitudo aliqua quæ nõ eſt peccatum aggrauat peccatum.85.
Intentio & electio differunt.100.
Intentio iudicat omnes differenter in bonis & malis.102.
Intentio vſuram facit, eamq; vitare poteſt mens doloſa.110.
Intentio condentis legem an ſub præcepto cadat.101.
Iniuſtitiæ aliquę non vſurariæ aut ſymoniacæ puniuntur iuſtè pœnis illarum ex cauſa.110.
Innocentiæ ſtatus complexionum virtutum & ſcientiarum diſparitatem amittebat.176.

TABVLA HVIVS OPERIS LIterario ordine diligēti admodū labore contexta ſingula quæ q̄ notatu digna cōplectens.

¶De litera A.

ABrogare & derogare.94.
Actus dupliciter eſt liber. 5.
Actus ſecundariò liber eſt verè naturalis.5.
Actus credēdi falſus moraliter bonus.9.
Actuum quorundam circūſtantiæ ſunt obiecta, & quorundam nō pro volūtatis beneplacito.13.
Actus volūtatis quotuplices .16.
Actus tertius medij & finis.16.
Actus idem vſus & fruitio, odium & amor eo q̄ intensè & remiſsè diligi.61.
Actus medij & finis vnius boni, alterius mali non eſt bonus & malus. 6.
Actus tertius medij & finis nō neceſſariò ab actibus extremorum pendet/nec ſemper nolitio à volitione.16.
Actuum voluntatis quidam incōplexi/quidam complexi.19.
Actus cōplexus per terminū eius expreſſiuum cognoſcitur.19.
Actuum voluntatis quidā efficax, quidam inefficax.20.
Actus efficax & inefficax ſpecie differunt.20.
Actus efficax eſt potior.x.
Actus efficacis quædam deſcriptio reprobata.20.
Ac⁹ inefficax neqt efficax fieri.20.
Actus efficax non ſemper operationem ſortitur.20.
Actus efficax eſt in bonis melior, & in malis deterior.20.
Actus efficax & actus formaliter imperatiuus an idem.20.
Actus efficax duplex.22.
Actus vniuerſalium/atque finium ſunt aliorum fœcundi propagatores.21.
Actum non ponit ipſa conditionalis per quam actus inefficax exprimi ſolet.22.
Actus inefficax tempore quo quis ad efficacem obligatur non eſt per hoc vicioſus.22.
Actus inefficax eſt tam habitus q̄ paſſionis productiuus.23.
Actuum voluntatis quidam liber, quidam naturalis.23.
Actum liberum & actum naturalem contingit non ſpecie differre.25.
Actus factus naturalis an actui libero contrariæ denominationis ſit impoſſibilis.25.
Actuum voluntatis quidam inſtātaneè/quidā ſucceſſiuè elicitur: nec ad huius aut illius determi-

nationem requiritur actus refle xus:idem de habitu & paſſio ne.25.

Actus idem partim liber,partim na turalis.26.

Actuum atq; paſſionum & habi tuum penes quid ſumatur ſpeci fica differentia.26.

Actuum differentiam ſpecificã non ſolùm arguit alietas rei obiecti ua:ſed etiam modi ſe habẽdi di uerſitas.27.

Actus quilibet eſt ſpeciei ſpecialiſ ſimæ.27.

Actus aut habitus generici cur di cantur.27.

Actus generici ſunt in ſpecie ſpecia liſſima moris conſtituti.27.

Actuum cõditionatorum habitus an poſſint ſe compati.44.

Actus moraliter bonus pariter & malus quid: treſq; conditiones ad moralem bonitatem requiſi tæ.46.

Actus dementium & ebriorum ac dormientium.50.

Actus non ex euentu aggrauatur ſecundùm numerum,ſed penes veriſimilitudinem.50.

Actum aliquem prudentiæ aptitu dinali eſſe conformem quid ſit?74.

Actus virtutis & ſuæ prudẽtiæ an ſit idem obiectum.75.

Actus idem malicias habet ſpecie differentes.80.

Actus an à fine ſpeciem moris ſu mat.80.

Actus primus meritoriꝰ an ſit quo cunq; ſequente melior.82.

Actus ſatiſfactorius nõ eſt per hoc minus meritorius.83.

Actus tertius medij & finis an ſit vtroque extremorum actu me lior.125.

Actus aliquis liber an ſit indifferẽs: & an aliqui infideliũ actus ſint non culpabiles.115.&.116.

Actus moraliter boni abſq; dei co gnitione.118.

Actus an cõtingat eſſe meritorios abſq; dei cognitiõe.118.

Actus datur indifferẽs.119.

Actus tertius quo proximus pro pter Deum diligitur eſt ſimplici amore dei melior.120.

Actus inefficax ſeu cõplacentiæ ſo let in aliquibꝰ caſibus elici.123. &.124.

Actus conditionati non in ſe mali quandoq; vicij incendium præ bent.124.

Actuum confuſio minuit boni & mali rationem.124.

Actiones ſunt ſingularium.124.

Actus poteſt multorum eſſe confu ſus multipliciter.125.

Actus duplex cõditionatus,& ab ſolutus.123.

Actus boni vel mali diſiunctus an ſit malus.125.

Actuum pluralitas obiectiua boni tatem aut malitiam adauget,ſed qualiter.125.

Actuum differentiã ſpecificam con ſtituũt magnum/paruum/m

tum,paucum,obiectiuè.125.
Actuum intenſio, continuatio,& repetitio augent proportionaliter geometricè.127.
Actus liberi creſcentia quãdoq; eſt à naturali cauſa.127.
Actuum ordo ſecundùm prius & poſterius quid operetur.128.
Actuum voluntatis crementũ aliũde quàm ex conatu proueniens an bonitatem augeat,vel maliciam.138.
Actuum permutabilitas de bono in malum & contrà.164.
Accidentiũ animæ varietas. 164.
Actus idem poteſt variatis rerum circũſtãtijs cõtinuari.164.
Actum eundem contingit ſimul eſſe bonum & malũ.164.
Actus idem diuerſarũ ſpecierũ moris.165.
Actus idem præmijs ſpecie diſtinctis pręmiabitur.166.
Actuum quidam intrinſecè boni, quidã extrinſecè,qualiterve permutabiles in malum.166.
Actus quilibet rectificabilis an ſit diſpenſabilis.175.
Actus tertius medij & finis.125.
Act⁹ intrinſecè bõi duplices.166.
Actus quidam intrinſecè bonus, quidam extrinſecè.167.
Actus intuitiui an ſint in voluntate reperibiles.167.
Actus volũtatis abſtractiuus non requirit ſui obiecti exiſtentiam. 167.
Actus impermutabiliter bonus in ſenſu morali quot modis.168.
Actus immutabiliter malus. 168.
Actus eſſent moraliter boni aut mali omni omni circũſcripta pœnæ vel mercedis inſtitutione.169.
Actuum quidam explicant bonitatem aut maliciam,quidam implicant.168.
Actus malus quia prohibitus,aut prohibitus quia malus.169.
Actus irrectificabiles.169.
Actus quilibet ꝓhibitus quia malus,an ſit immutabiliter malus. 170.
Actus quilibet mutabiliter malus an ſit diſpenſabilis.174.
Actus quilibet diſpenſabilis an ſit præceptibilis.174.
Actus virtutis & ſuę prudẽtiæ an ſit idem obiectum.75.
Actus idem malicias habet ſpecie differentes.80.
Adoratio in teſtamento veteri fiebat occidentem verſus.88.
Adam cum tribus donis excellentibus formatus.175.
Adæ ſcientia.175.
Adæ filij nõ vt Adam nati fuiſſent perfecti.176.
Adę cognitio media inter beatificã & noſtrã enigmaticã.176.
Adę gratia.176.
Adoramus orientem verſus propter multa .88.
Ad actum moraliter ſeu meritoriè bonum non requiritur pro eius obiecto omnes habere circunſtantias cum prudentia.135.

Adæ iuſtitia originalis.176.
Adam nõ fuit aliquo falſo iudicio promotus ad primum eius peccatum.176.
Adæ & Euæ differentia peccatorũ. 176.
Adæ peccato grauius fuit peccatũ Euæ.176.
Affectus abſq; effectu an iura humana puniant.51.
Amor,& odium qualiter impediãt cernere verum.9.
Amor rei ſimplex eſt quædam eius placentia.19.
Amor Dei multiplex.113.
Amor eſt communiter aliarum affectionum radix.Eſtq; amor propter quid ad amorem propter ſe reducibilis.121.
Amoris ex amore origo efficientia an amorem viciet(gratia exempli)amoris dei ex amore mercedis.122.
Amoris ſuper amorem exceſſus gradualis an ipſum quandoq; viciet(gratia exempli)amoris mercedis ſuper dei amorẽ.122.
Amoris ſuper amorem exceſſus appreciationis indebitæ viciat eum.122.
Amoris aut alterius actus conditio ſola inexiſtentiæ non ponit bonitatem vel malitiam.123.
Amore vel odio eſſe dignũ eſt dupliciter,& an id cognoſcere poſſit viator.190.
Aĩa bruti nõ eſt factibilis libera.3.
An voluntas ſenſui actum imittat aut contrà.2.
Anima eſt omnium operationum vitæ effectiuum principium.6.
Anima non eſt liberum animationis,aut vegetatiõis,aut ſenſationis principium.7.
Anima eſt alicuius intellectiõis nõ cuiuſlibet liberũ principiũ.8.
Anima eſt quarundam operationũ potentiæ motiuæ liberum principium.10.
Animæ inſequuntur corpora neceſſariò quidem quo ad appetitum ſenſitiuũ,& inclinatiuè quo ad voluntatem.36.
Animæ Chriſti actus multiplices, & an ſuam meruerit beatitudinem.48.
Animam eſſe mundam tria impediunt credere.176.
Angelus homis cuſtos non ex eius lapſu triſtatur,nec ex eo dæmon gaudet.34.
Angeli viatores fuerunt.34.
Angeli vel animæ ſeparatæ an mereantur aut demereãtur.34.
Angeli creati ſunt in gratia abſq; tamen clara dei viſione,& cum ſufficienti agendorum cognitione.34.
Angeli atq; animæ qualiter in igne crucientur.34.
Angelus quas operationes in corpore aſſumpto exercere valeat.34.
Angelo an virginitatis virtus competere valeat idem in reliquis materijs.124.

Appetitus triplex.1.

Appetitus naturalis quid cuiuſque cõpetat.1.

Appetitus ſenſitiuus non ineſt cuiſlibet.1.

Appetitus ſenſitiuus quid.1.

Appetitus rationalis quid & cui ineſt.1.

Appetitus tres quibus rebus inſint & quibus non.1.

Appetitus ſenſitiuus & rationalis conueniunt & differunt.2.

Appetitus ſenſitiuus cæcus.2.

Appetitui ſenſitiuo obiectũ eſt ex natura rei conueniens, non ſic voluntati.2.

Appetit9 naturalis ab alijs differt.2.

Appetitus ſolus liber eſt primariò virtutis capax.3.

Appetitus ſenſitiuus præciſius ſuã cognitiuam inſequitur, quàm rationalis.12.

Appetitus ſenſitiuus quem cibum appetat in abſentia.13.

Appreciatio quandoque maior vbi actus remiſſior.107.

Apparere maius & magis apparere differunt.113.

Archidiaconi opinio de conſuetudine non vniuerſaliter vera.95.

Aſſentire oppoſito primi principij an contingat.10.

Augmentum graduale actus voluntatis ex duplici cauſa eſſe poteſt.107.

Aureola quid, & quotuplex.47.

Auxilij ſpecialis opiniones.181.

Auxilium generale pariter & ſpeciale.108.

Auxilium ſpeciale tribus modis concurrere poteſt ad bonum.184.

Auxilij ſpecialis reſolutio.184.

¶De litera B.

Baptiſmus multiplex.47.

Beatitudo ſeu felicitas duplex, pariter infelicitas.33.&.34.

Beatificatur quis extra cælũ, extra pariter infernum infelicitatur.34.

Beatorum actus multiplices, nec ad quoſlibet neceſſitantur.48.

Beatitudo an à ſolo Deo efficiẽter ſit.44.

Beatitudo multipliciter inordinatè appeti poteſt.48.

Beneficia plura iuſtè tenẽs plus meretur dicẽs horas, grauiuſque omittit.31.

Benefactori an aliquid retribuere obligetur beneficiatus.85.

Bos & aſinus nec propriè deũ cognouerunt, nec ei honorem latriç exhibuerunt.47.

Bonitate aut malitia nõ aucta creſcere poteſt præmium, aut pœna ex ſuperioris autoritate.54.

Bonitas moralis quid.51.

Bonum aut malum duplex, ex genere, & ex circunſtantia.78.

Bonum plura requirit quàm malum.103.

Bonitas aut perfectio maior nõ ar

guit debitũ maius agendi pro- pter eam.112.

Bonitate proueniente ex fine vlti- mo circunſcripta reſidet in acti- bus bonitas moralis.118.

Bonitas ſurgit maior ex fine melio- ri/pariter ex relatione perfectio- ri.118.

Bonitas moralis maior maius facit meritum.118.

Bonitas quæcunq; præcepti an quã cunq; conſilij bonitatem exupe ret.130.

Bonitas aut malicia aliunde quàm ex conatu naſci poteſt.138.

Bonum ex integra cauſa.73.

¶De litera C.

CArdiales virtutes cur appellētur tales.142.

Cardinalis virtus an pro actu/an pro no- mie accipiatur.144.

Cauſſarum differentia aut identi- tas non ſemper arguit eam eſſe defectuum.26.

Circunſtantia quid & quotuplex, & qualiter inſpicienda.76.

Circunſpectio qualiter ad virtutē requiratur.76.

Circunſtantiæ in cōdendis legibus conſiderandæ.77.

Circunſtantia triplex/ aſsiſtens/in- citans/informans/aut bona aut mala qualiter ad opera ſe ha- beant.78.

Circunſtantiæ triplex habitudo per has præpoſitiones/cum/ex/pro pter/explicatur.79.

Circunſtãtiarũ numerus certis di- ctionibus deſignatus.77.

Círcunſtantiæ bonitas aut malitia qualis.78.

Circunſtantiarum diuerſitas quali- ter actuum differẽtias in eſſe en- tis aut moris faciat.79.

Circunſtantia perſonæ qualiter & quibus modis fiat operi debita vel indebita.81.

Circunſtantia diminuens aufert à grauiori peccato maiorem ma- liciam.61.

Circunſtantia materiæ ex quibus fit debita aut indebita.85.

Circunſtantia vna duplata non du plat totam actus bonitatem aut maliciam:quia non per hoc o- mnia alia duplantur.80.

Circunſtãtia nnmeralis aut bonita- tis obiecti offenſi, aut propin- quitatis eius, aut difficultatis, & huiuſmodi duplata non du- plat grauitatem.86.

Circunſtãtia loci ex quibus fiat de- bita vel indebita.87.

Circũſtãtia loci adiacēs an aliquid conferat.87.

Circũſtantia boni loci an quãdoq; vitietur opus.88.

Circunſtantia tēporis.89.

Circũſtãtia temporis ex debito ſpe- cialis iuris.96.

Circunſtantia temporis preciſè ad- iacens an conferat.99.

Circunſtantia modi agendi ex qui- bus ſit debita, aut indebita. 99.

Circunſtantia medij aut inſtrumenti ad circunſtantiam modi reducitur.100.
Citra neceſſitatem non ſunt res pluríficandæ.135.
Circunſtantia finis non ex entis bonitate aut malicia, ſed aliunde fit operi debita vel indebita.101.
Circunſtantię vltimi finis carentia quãdo actum viciet.116.
Charitatis ordo penes quid attendatur.108.
Charitatis ordo non ſubuertitur ſolo graduali exceſſu amoris ſuper amorẽ, ſed ap̄pciatiõis.107.
Charitatis præceptum cõmuniter non abſq; actu conſilij obſeruatur.107.
Charitas pfecta qualiter foras mittit timorem.115.
Cõditiões de virtutis ſubiecto .3.
Conditionalis propoſitio non ponens actũ, &c. vbi pleriq; in moralibus aberrant.122.
Conditionalis & ſi abſq; actu verificetur, contingit tamen voluntatem ſuo arbitrio elicere actũ, vbi differunt vult & vellet.123.
Cõfuſus act⁹ eſt indiſtinct⁹.124.
Cõfuſio actus moralem minuit bonitatem atq; maliciam.124.
Conatus abſq; actu vel omiſſione an bonitatem vel maliciam habeat.136.
Conatus quid.145.
Conari an contingat voluntatem abſq; actu.137.
Connexio virtutũ moralium qualis.160.
Connexio virtutum theologarum inter ſe.161.
Connexio aliarum virtutum moralium cum prudentia.160.
Cõnexio inter morales & theologicas virtutes nulla.161.
Cognitiuæ potentiæ eſt dirigere, & appetitiuę exequi.12.
Cognitiuæ ad appetitiuam habitudo quadruplex.12.
Cognitiuæ cuilibet reſpondet ſua appetitiua.12.
Cognitiuæ potentiæ identificatur ſua appetitiua.12.
Cognitiuę & appetitiuę actus proportionantur.12.
Cognitiua in ſuis actibus nõ à ſua dependet appetitiua, ſed ecõuerſo.12.
Corrumpi aliquid contingit tripliciter. 43.
Confirmatio liberos actus admittit.48.
Confirmatio quid ſit.48.
Confirmatio multiplex.48.
Conſenſus duplex, formalis & interpretatiuus.56.
Conſenſus formalis eſt interpretatiuo potior.56.
Conſenſus qualiter ad bonum aut malum requiratur.56.
Cõſenſus in opus, cõſenſus in delectationẽ cogitatiõis operis.lviij.
Conſcientia quid.71.
Conſcientiæ obuians.71.
Conſciẽtiæ erroneæ in materia pręcepti cõtra agẽs an peccet.71.

Conſcientia erronea aliquid dictā-
te refert dicere quemq́ obligari,
ſic agere, aut ſic non agentē pec
care.72.

Cōſciētiæ ſe difformās quo genere
peccati peccet.72.

Conſcientiæ præcepto contrariæ ſe
cōforman s an grauius peccet q̄
contra agens.73.

Continuationis actus opiniones
variæ.90.

Cōſuetudo ſeu aſſuefactio an actū
vitiet non aliâs malū, aut aggra
uet.93.

Conſuetudo qualiter altera natura
qualiterve altera lex.94.

Cōſuetudinis cōditiones per quas
ipſa præualet legi, quibuſve le-
gib9 præualere poſſit, & quibus
non.94.

Continuationis actus opiniōes va
riæ.90.

Conſuetudo laudabilis.94.

Conſuetudo tantū rationabilitatis
continet, quantum de fine iuris.
94.

Conſuetudo quadruplex.94.

Conſuetudo an ad peccatum ob-
liget.95.

Conſuetudo quando iuri, aut quā
do ius conſuetudini cedat.95.

Culpa poſterior nonnunquam eſt
ſimili priori deterior.129.

¶De litera D.

DAmnū notabile ex mul-
titudine quot modis eſſe
poteſt.129.

Dānificatio in quatuor
rerum generibus.142.

Deliberatio & conſenſus diffe-
runt.55.

Dupliciter opus poteſt dici indeli-
beratum, aut fieri indeliberatē.
56.

Dei & creaturæ multiplex differen
tia.1.

Duplex eſt actus cōtrarius.136.

Deus eſt ens ſimpliciter ſimplex.2.

Duplex virtus.2.

Deliberatio duplex, plena & ſemi-
plena.55.

Deliberatio differēter requiritur ad
bonum & malum.56.

Deliberationis imperfectio duplicī
ter accidere poteſt.63.

Delectationis ſenſibilium contin-
git vſum eſſe licitū, imò ſub ob-
ligationem cadere.64.

Dei cultus præcipuus.98.

Deus eſt primum omnium princi-
pium efficiēs, & vltimus omniū
finis: illud ex omnipotētia, iſtud
ex bonitate eius infinita.113.

Dei duplex bonitas, & quadruplex
dilectionis ſpecies.113.

Dei bonitas intuitiuè apparens al-
licit plusquàm creata.113.

Difficultas bene operādi poteſt ex
multis prouenire, & multiplici-
ter.66.

Difficultas ex culpa proueniens au
get meritum.67.

Difficile dicitur aliquid duplici-
ter.145.

Difficultas aut facilitas operis mul
tipliciter accidere poteſt; quali-

terve augeat/vel diminuat bonum vel malum.157.
Difficultas ex appetitu ſenſitiuo aut ex culpa qd operetur.157.
Dilectio inimici an ſit dilectiōe amici præſtantior atq; magis meritoria.67.&.68.
Dictamē virtualiter practicum ſufficit ad bonum opus.75.
Diligendorū ordo non penes amorum intentionem,ſed amatorū appretiationem.106.
Dilectionis dei ſuper omnia præceptum qualiter in via impleri poſſit.17.
Dilectiōis appreciatio præſtat graduali intenſiori.107.&.108.
Diligi vnum plus alio eſt quadrupliciter.108.
Diligere deū an valeat viator quātū debet,aut plus ꝙ debet.150.
Dilectio dei ſuper omnia an ſit culpæ mortali cōpoſſibilis.168.
Dominus cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue ad nimis difficile noluit nos arctare.75.
Dominica die res præclaræ factæ ſunt.98.
Diſpenſabilitas atq; indiſpenſabilitas 171.
Diſpenſatio,interpretatio,limitatio declaratio differunt.171.
Diſpenſabilitas multiplex ad idem præceptum.172.
Diſpenſabilitas aliqua cadit in pœnam quæ non in culpam.171.
Diſpenſatio pro certo tempore licito ſit pro ſemper licitē factibilis, 172.
Duplex eſt reſiſtentia.165.

De litera E.

Eccleſia gaudet multorū immunitate.78.
Eccleſia ad quæ deputetur.89.
Efficax volitio aut nolitio finis,aut maioris ſyllogiſmi qualiter ad medium,aut ad concluſionem ſe habeat.201.
Efficacia volitionis non requirit dictaminis veritatem, nec ſufficit appræhenſio.22.
Efficax volitio & volitio inefficax eiuſdem obiecti ſunt compoſſibiles.22.
Effectus multipliciter poteſt eſſe cauſa ſuæ cauſæ.107.
Epiſtolarū Pauli doctrina à deo eſt quare nec à puro homine diſpenſabilis.94.
Exterior operatio naturali efficientia eſt ex interiori.2.
Exterior operatio ex duplici radice libertatem habere poteſt.52.
Exterior operatio non addit interiori moralem bonitatē aut maliciam.52.
Exteriorem interiori addere eſt duplicter intelligibile.52.
Exterior operatio & interior cur duobus prohibeantur præceptis.53.
Exterior operatio quamuis nō bonitatem aut maliciam interiori ſuperad-

ſupaddat,addit tamen plerunq;
aliud in certis operũ generibꝰ,in
quibus voluntas etiam efficax
nõ pro facto reputatur.54.
Exteriorum operum nedum plura-
litas eſt conſideranda,ſed inte-
riorum inteñio,aut continuatio,
aut repetitio.128.&.129.
Extrema virtutis proxima non ſem
per vicioſa.148.
Exterior operatio,nulla eſt imper-
mutabiliter bona aut mala.171.
&.172.
Epikeya quid ſit.142.
Euentus deſideratus quandoque
opus nõ inficit,qui pro fine pre
ſtitutus ſordidaret ipſum.109.
Euentus qualiter actui præcedenti
addat.51.
Euentus præuiſus opus quandoq;
non viciat,qui deſideratus vi-
ciaret.109.
Equiuocatio nominum moralium
loquentes turbat.151.
Euidentia intrinſeca,euidentia ex-
trinſeca.10.
Euidenti propoſitiõi diſſentire cõ
tingit.10.

❡De litera F.

FActibiles ſunt creatu
ræ nouarum ſpecierũ
liberę.3.
Fames prima cuius
obiecti ſit.13.
Felicitas & infelicitas conſumman
tur in paſſionibus.33.
Felicitates atq; infelicitates meri-
tis aut demeritis ſpecie diſtinctis
correſpondent ſic diuerſæ.33.
Feriæ vnde dictæ.96.
Feſtum quid.96.
Finis qualiter mediorum obliga-
tionem imponat.110.
Finis quid,& cui competit.101.
Finis duplex, vnus ſub præcepto,
alter ſub arbitrio.101.
Finalis cauſæ cauſalitas in quo cõ-
ſiſtat.101.
Finis medium poteſt eſſe duplex.
101.
Finis in ſe bonus quandoq; opus
vitiat.102.
Finis obligationem contingit eſſe
obligatione medij maiorẽ,quã-
doq; autem minorem.102.
Finis præcepto an vniuerſaliter pre
cipiantur omnia media condu-
cibilia, & prohibeantur impe-
dientia,in his minor obligatio
maiori cedit.102.
Finis neceſſitate fit quandoq; ali-
quid licitum aliâs illicitum,quã-
doq; non.102.
Finis bonus & malus differenter
opera qualificant.102.
Finis bonus opus malum alleuiat
non ſecundũ proportionem
æqualitatis,ſed rationis.103.
Finis maiorem maliciam aufert à
peiore actu.103.
Finis qualiter ad opus bonum aut
malum, aut indifferens ſe ha-
beat.103.
Finis fines ſubordinatos præceden-

tes viciat.i.eorum actus.103.& 104.
Finis mali pręſtitutio quàm pericu loſa.104.
Fines ſunt quædam bonorũ & ma lorum ſeminaria.104.
Finis nõ ſecũdùm æqualitatis pro portionem qualificat opus, cu ius cauſa habetur duplex.104.
Finis bon⁹,addere operi bono bo nitatem eſt tripliciter.104.
Finis venialis an mortale aggrauet mortaliter.105.
Finis in ſe bonus operi bonitatem adijcit quandoq; minorē quàm habeat,aliquando nullam,quan doq; viciat.105.
Finis malus operi dat maliciã quã doque maiorem quàm habeat, quandoq; minorem, aliquando alleuiat.105.
Finis venialis vnum opus veniali ter aggrauans aggrauat aliud mortaliter.106.
Finis idem bonus opera mala inæ qualiter alleuiat,ſed an ęquè pro portionaliter.106.
Finium principalitas vnius in quo conſiſtit.106.
Finis minus principalis quandoq; eſt cauſa ſine qua non.106.
Fines diſparati, fines ſubordina ti.106.
Finium reciproca ſubordinatio an ſit poſſibilis.106.
Finis relatio à cauſalitate finali eſt ſeparabilis.106.&.107.
Finis vnde operi fiat debitus aut indebitus.108.
Finium multorũ principalitas vni in quo conſiſtat.108.
Finem tripliciter acceptari contin git.108.
Finis habitudinē multiplicem de notare põt hęc dictio ꝓpter.108.
Finis non præſtituitur omne id quod deſideratur vel timetur.109.
Finis mediũ oſtenſum triplex.109.
Finis increatus licitè diligi poteſt abſq; expꝛſſa ſummi proteſtatio ne.113.
Finis perfectio dupliciter conſi deratur.113.
Finis perfectio tam vera quàm ap parens allicit.113.
Finis omniũ vltimus eſt deus.114.
Finem creatum contingit operi eſſe præſtituendo ſtrictiori obliga tione,quàm increatum.115.
Finis beatitudinis conſequendæ, aut pœnæ vitandæ, an vicietur præceptorum obſeruantia.119.
Fine triplici cõtingit præceptorum obſeruantiam fieri.119.
Finis creatus cùm increato auget bonitatem.120.
Finium debitorum multitudo bo nitatem auget.120.
Finem vltimum operi non præſti tuere actualiter tenemur,niſi ſpe ciali pcepto ꝓ tũc caueatur.120.
Fomitis peccati nomia varia.177.
Fomitis qualitas qualiter fuerit in Adam träſfuſa,qualiter vè nunc in poſteros.177.
Fomes an ad voluntatis actus ma

los coagat.178.
Fomes an ſit qualitas ſpecialis. 179.
Fomes bono cooperari poteſt,alia de fomite pulchra.179.
Fortitudo & ſpecies eius definiuntur.179.
Fortitudo quid,quæ eius extrema, & ſpecies.139.
Fruitiones duas eiuſdem obiecti ſimul eſſe.19.

¶De litera G.

GRadus virtutum tres ſo.150.
Gradus virtutum in diuerſis hominum ſtatibus qualiter ſe habeant.151.
Gradus virtutum cur ſic appellentur.151.
Graduum virtutum ratio multipliciter accipi poteſt.152.
Gradus virtutis in gradũ permutatio.152.
Gradum virtutis poteſt quis inuitus perdere.152.
Gradus viciorum.87.
Gradus tres virtutum ſuam ſedem in voluntate habent.157.
Gradus virtutum in infinitum ſubdiuidi poſſunt 155.
Graduum virtutis quidam intrinſecè,quidam extrinſecè.156.
Graduum virtutis compoſſibilitas atq; tranſitus.156.&.157.
Graduum virtutis comparatio in excellentia.157.
Gradum virtutis an conſtituat omiſſio.159.
Gradus acquiſitus & innatus.159.
Graduũ virtutis mltiplicatio.159.
Gratiam baptiſmalem quis paruulo mercatur.47.
Gratia duplex perſonalis,& ſacramentalis.47.
Gratiæ ſtatus an aggrauet mortale auferens eam,an pariter bonitatem operis augeat.82.
Gratia maior an bonitatẽ aut meritum adaugeat.137.&.138.
Gratia maior an opus reddat melius.83.
Gratiæ ſtatũ an viator in ſe cognoſcere poſſit,& ſe immunem à peccato.189.
Gratiam habere quidam nimis tardè credunt, vnde cõmodè in caſu teneret̃ qs credere.159.&.190.
Gaſtrimargia atq; ſatyriaſis an in hac vita extingui poſſit.155.

¶De litera H.

HAbitibus voluntatis reſpondet habitus intellectus.28.
Habitibus & cõplexionibus conformia regulariter ſuſcepũt iudicia.28.
Habitus quid.38.
Habitum nolẽs generari non exerceat actus.38.
Habituabilis non eſt deus.38.
Habitus eſt accidens ipſi potentiæ condiſtinctum.38.
Habitus naturaliter nõ liberè pro-

ducitur.38.
Habitus ex actu vno etiam remiſſo gigni poteſt.38.
Habitus quomodo creſcat atq; intendatur.38.
Habitus eſt qualitas pmanens actu tranſeunte.38.
Habitus officium eſt inclinare ad actum.39.
Habitus ad propriũ actum immediatè inclinat,mediatè ad alios à ſuo producibiles.39.
Habitus non efficientiam actus attigit ad quẽ mediatè inclinat.39.
Habitus in ſola potentia per actuũ frequentationem inclinabilis eſt ponendus.39.
Habitus in quibus potentijs ſunt reperibiles,& in quibus nõ.39.
Habitus & ſpecies differunt.40.
Habitum in intellectu negant alij qui reſpectu principiorum,& voluntate reſpectu actuũ ad quos eſt determinata.40.
Habituari nonnunquam apparet potẽtia quæ nõ habituatur.40.
Habitus & aſſuefactio differunt, duplex eſt enim aſſuefactio.41.
Habitus non per efficientiæ circulationẽ generatur infinitus.41.
Habitus actum totum comproducit pariter potentia.41.
Habitus ad actum cauſalitas eſt efficientiæ.41.
Habitus ad actum coefficientiam nequit impedire voluntas eliciẽs actum.43.
Habitus aliqs an immediatè actũ aliumà ſuo proprio producere valeat.42.
Habitus nequit cum ſola potentia efficere actum.43.
Habitus an abſq; motiuo valeat aſſenſum ineuidentem producere.43.
Habitus non corrumpitur per ſolam actuum ceſſationem etiam quantuncunque diuturna fuerit.43.
Habitus aut ſpecies contingit tandiu ſopiri,atque à ſuis actibus tandiu impediri,vt omnino deleti eſſe videantur.44.
Habitus animæ rationalis qui careret contrario eſſet per naturam incorruptibilis.44.
Habitus cum habitu aut cum actu qualis incompoſſibilitas.44.
Habitus ſupnaturaliter infuſi qualiter ſint corruptibiles.45.
Habitus infuſus qualiter operetur.45.
Habitus quicũq; an incliner ad delectabiliter operandum.45.
Habitus nullam habet imputabilitatem.45.
Habitus non agit ſine actu.154.
Habitui cuilibet voluntatis an reſpondeat in ſenſu habitus.154.
Habitum pariter & actum eũdem contingit eſſe diuerſorum graduum virtutis.156.
Habitus permutabilis de bono in malum.157.
Habitus olim bonus difficultat ad bonum.171.

Heroicum quid.151.
Heroicus actus an quocunq; non heroico ſit melior.158.
Homini ſoli triplicem ineſſe appetitum.1.
Hominis vulnus ex peccato.180.
Homo arca tricamerata.7.
Homo tetragonizatus.7.

¶De litera I.

Ieiunij ſolutio p eſum carnium eſt ſolutiõe per eſum piſcium deterior 131.
Ieiuniũ qd. 140.
Iuſtitia & ſpecies eius deſcribuntur.141.
Iuſtitia quid, quæ extrema, & quæ ſpecies.141.
Iuſtitia diſtributiua pariter commutatiua in quibus conſiſtant.142.
Iuſtitia an circa operationes, reliquæ autem virtutes circa paſſiones.144.
Iuſtitiæ originalis abſentia, eſt multorum cauſa.177.
Iuſtitiæ medium an ſit rei.144.
Iuſtitiæ diſtributiuæ & ipſius commutatiuæ differentia mediorum.147.&.148.
Iudicio rationis ſe conformare eſt dupliciter.11.
Iuſtitiæ medium an ſit ſecundùm proportionalitatem.149.
Identitas duplex.13.
Ignorantia triplex qualiter excuſet, aut accuſet.65.
Imperium quid.6.
Imperium & dominiũ differunt. 6.
Impoſſibilitatio multipliciter accidere poteſt.133.&.134.
Intellectus qualiter ſenſum cognitiuum corrigat, & voluntas ſenſum appetitiuum.12.
Intellectus obiectũ ens pariter voluntatis.13.
Infinita aliquo certo maiora non ſemper vnum infinitum conſtituunt.28.
Inclinare ad actum quid ſit.39.
Inclinare immediatè quid.39.
Inclinare mediatè quid.39.
Inclinatio quid ſit. An ſine actuum productiõe ſint inclinatiões.39.
Innocẽtes matyres an ratiõis vſum acceleratum habuerint.48.
Innocentiæ ſtatus an erat ad merẽdum potior.67.
Ingratus dicitur dupliciter.85.
Ingratitudinis circunſtantia an aggrauet.83.
Ingratitudo aliqua quæ nõ eſt peccatum aggrauat peccatum.85.
Intentio & electio differunt.100.
Intentio iudicat omnes differenter in bonis & malis.102.
Intentio vſuram facit, eamq; vitare poteſt mens doloſa.110.
Intentio condentis legem an ſub præcepto cadat.101.
Iniuſtitiæ aliquę non vſurariæ aut ſymoniacæ puniuntur iuſtè pœnis illarum ex cauſa.110.
Innocentiæ ſtatus complexionum virtutum & ſcientiarum diſparitatem amittebat.176.

Ira quid ſit.35.
Iræ nomen accipi poteſt pro vna ſimplici paſſione,aut pro aggregato ex duabus.36.

De litera L.

Legiſlatoris maior eſt quàm iudicis certitudo.141.
Liberi agentis definitio, in quove conſiſtat libertas.3.
Libertatis deſcriptiones variæ.4.
Libertas duplex.4.
Libertas quibus competat.4.
Liberum arbitriũ duo cõnotat.4.
Lex Dei bina.169.
Liberum arbitrium poteſt abſq; nouo actu reſecare ꝓpriũ actũ.4.
Liberum arbitrium neceſſitare nequit tentatio ad libertatis actum 4.
Libero agenti proprium eſt poſſe abſq; extrinſeco ſe determinare ad actum,aut ad contrarium.4. &.5.
Libertati ſubiacet in genere intentio,non autem in ſpecie,vel indiuiduo.5.
Liberi arbitrij vſus à libero differt arbitrio.5.
Liber actus quid.5.
Liber actus duplex.5.
Libertatis actus non excludit cauſam naturalem comproducentẽ ſo.5.
Libera omiſſio quæ ſit.5.
Libera omiſſio duplex.5.
Libera eſſentialiter eſt ipſa potentia non autem ſic actus.5.
Libera ſunt hæc tria in voluntate, conatus,actus,& omiſſio.6.
Liberi arbitrij ſuper aliam potentiã dominium in quo conſiſtat.6.
Liberum arbitrium quibus dominetur potentijs.6.
Liberi arbitrij indirectum atq; miniſteriale eſt dominium in potẽtias merè naturales,quarum nõ operationes, ſed liberæ requiſitorum applicationes ſunt moraliter bonæ aut malæ.11.
Liberum arbitrium an cuilibet iudicio rationis ſe conformare valeat.11.
Libertas voluntatis circa obiectũ ſo.14.
Libertas voluntatis circa circunſtãtias.14.
Libertas eſt cõditio ad bonitatem aut maliciam neceſſaria.45.
Libera eſt voluntas pro inſtãti pro quo actum elicit non elicere,cũ nec obſtat hęc autoritas.Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe.48.
Libertas omiſſionis an cognitionẽ operis omiſſi requirat.45.
Libertati non ſubiacet cauſæ coadiuuantis efficientia aut cremẽtũ actus ab ea.138.
Loci qui eligitur ad adorandũ quę vtilitas.88.
Lumine ſolo naturali ſcilicet Deo ignoto,an opera fuiſſent moraliter mala,174.
Luminis ſolius naturalis tranſgreſ

ſor an ſit iuſtè pœna plectendus 175.

¶De litera M.

MAlum culpæ plus vitãdum, quàm quodcunq; putum malum pœnæ.69.

Malis duobus diſiunctiuè ineuitabiliter eminẽtibus eſt eligendum minus.69.

Malum quia prohibitum, prohibitum quia malum.168.

Malicia moralis an erroneum iudicium requirat.73.

Materiæ virtutis quãtitas continua vel diſcreta an ſpeciẽ mutet.85.

Martyrij definitio.140.

Materiæ magnitudo non addit ſecundùm proportionem quantitatis ad quantitatem.26.

Materia eadem diuerſis rationibus conſiderata eſt diuerſarũ virtutũ atq; viciorum.76

Mentiens an conſcientiæ contraueniat.72.

Medium virtutis non idem apud omnes.146.

Medium virtutis quid.145.

Medium dicitur duorum comparatione.147.

Medium duplex vtpote rationis, & rei.147.

Medij virtutis eſt diuiſibilis latitudo,& vni latior quã alteri.149.

Meritum inſtantaneum temporario ęquari poteſt.26.

Meretur quis ſimul,& peccat.61.

Metus quid ad virtutem operetur. 69.

Metus duplex.69.

Metus mortis in quibus excuſet, & in quibus non.69.

Microcoſmi definitio.7.

Miſſæ aut prædicationis auditio quæ præſtet.99.

Miſſæ audiendæ obligatio cedit ſuri ſubuẽtiõis ſibi vel ꝓximo.99.

Motiua potentia in homine multiplex.10.

Meriti ratio in quo conſiſtat, an de neceſſitate requiratur gratia quę ſit animæ accidẽs.47.

Meritum an duntaxat actionem cõnotet.48.

Motus progreſſiuꝰ qualiter & quo ordine fiat.10.

Modeſtia quid.140.

Motus non liberi ſunt in triplici differentia.56.

Motus triplex, primo primus, ſecũdo primus & deliberatus.57.

Motus illi tres in qualibet triũ potentiarum ſunt reperibiles, in earum pariter qualibet ſunt tria, videlicet cognitio, actus appetitiuus, & paſſio.57.

Motus trium potentiarũ quid bonitatis aut maliciæ habeant ordinatim, ſcilicet circa ſenſum exteriorẽ, interiorẽ, & voluntatẽ.57.

Notandum tres illę differentię ſunt in tribus animę accidentibus reperibiles.59.

Motus inſurgens, motus moroſus & deliberatꝰ circa materiã moralẽ, quę eſt nõ pctm̃, quę veniale,

quandoq; mortale.59.&.60.
Motuum ſex modi examinãtur quibus voluntas ſe habet vt adijciens, præceps, reprimens, inanimaduertens, negligens, & expreſſè conſentiens.60.
Motus idem ſucceſſiuè erit primo primus, ſecundo primus, & deliberatus pariter non peccatum deinde veniale, deinde mortale.61.
Motus vnus alterum alleuiat.61.
Motuum liberorum tres differentiæ.62.
Motus liber indeliberat⁹ circa materiam peccati an ſit peccatũ, & quale, opiniões examinãtur.62.
Motuum liberorum deciſio.62.
Motus primus volũtatis an ſit peccatum (gratia exempli) in vxorem, in cibũ, aut huiuſmodi.63.
Modus quid, & quàm pulchra ſit virtutis circunſtantia.99.
Modum ponere an ad ſpecialem ſpectet virtutem.100.
Mora ſola an viciet actum aliâs nõ viciosum.62.

De litera N.

Nolitio non neceſſariò volitionem præſupponit, aut odiũ amorem.13.&.14.
Notitiarum ſingula genera à quibus cauſentur.8.

De litera O.

Obiecti eiuſdem ſtant ſimul gaudium & triſtitia.22.
Obligatio dupliciter operi accidere poteſt.130.
Obligatio multiplicata auget bonũ vel malum vt ſic factum.130.
Obligationis augmentum bonitatem adauget atq; maliciam.130.
Operatio volita eſt libera.6.
Operationum quatuor genera.7.
Obiectum totale actus penes quid attenditur.13.&.14.
Obiectum idem cognitiuę & appetitiuę.13.
Occidẽs vnicum actu interiori intenſo, aut actibus repetitis æquè grauiter peccat, cum occidente longe plures non taliter.128.
Odium Dei an ſit poſſibile.17.
Odium Dei an ſit clarè eius viſioni compoſſibile.18.
Odium Dei intuitiuum impoſſibile, abſtractiuum ſic.18.
Odium Dei an ſit rectificabile, an ve præcipi poſſit.169.
Omiſſionis deſcriptio.132.
Omiſſio quæ eſt, & quot modis pura.132.
Omiſſio pura quæ dicatur moraliter mala, qualiterve requiratur libertas.131.
Omiſſionis imputabilitas pro quo tempore contrahatur.49.
Omiſſiõis grauitas nõ penes actus omiſſi bonitatem attenditur, ſed penes obligationem.132.

Omiſſio circunſtantijs aggrauatur quibus commiſſio.133.
Omiſſio pura an poſſit purè omiſſi ue in finem referri.135.
Omiſſionis & commiſſionis ſeparabilitas contingit.133.
Omiſſionis reatus quando contrahatur.135.
Omiſſio pura an moraliter bona, anve meritoria.134.
Omiſſio pura poteſt omnibus debitis circunſtantijs circunſtantionari.135.
Omiſſio aliqua libera eſt moraliter bona, an autem meritoria nō ſit certum.135.
Omiſſione an deterior ſit commiſſio.136.
Omiſſio & commiſſio an diuerſis regulentur prudentijs.136.
Opus ex metu factum habet communiter velle efficax, & nolle inefficax.68.
Opus idem cōtingit à diuerſis præcipi.130.
Opus ſub voto cadens factum vt ſic eſt melius.130.
Operis exterioris & interioris an eadem ſit prudentia.76.
Originale peccatum qualiter dicatur voluntarium.50.
Originale peccatum non eſt poſitiua qualitas.179.
Origĩalis iuſticia tria operatur egregia.176.
Originalis iuſtitiæ abſentia eſt multorum cauſa.177.

¶De litera P.

PAſſio quid ſit.31.
Paſſionis acceptiões 32.
Paſſio in quibus ab actu & habitu differat.32.
Paſſio vitaliter immutat, imò potentiam cōſummatè felicitat aut infelicitat.32.
Paſſio non ab obiecto gignitur.32.
Paſſio an ſit accidens condiſtinctũ actui.32.
Paſſio habet obiectum.32.
Paſſio etiam ipſius ſenſus præſupponit actum.33.
Paſſiones reſecare volens reſecet actus.31.
Paſſiones vndecim ipſius potentię appetitiuæ.35.
Paſſio voluntatis ex duobus actibus producitur.35.
Paſſiones humanæ atq; actus modicam ex corporibus ſuſcipiunt varietatem, pariter ex aſtris, ex cibis, & alijs corpora alterantibus.36.
Paſſiones cur mentis, cur cordis dicantur.37.
Paſſiones corpora trāſmutant.37.
Paſſionum refrænatio, & moderatio differunt.37.
Paſſionem licet excitare.37.
Paſſionum triplex gradus 66.
Paſſionũ pacandarũ modus. 53.
Paſſiones qualiter virtutum exercitio attenuentur, aut extinguantur.155.
Paſſionum triplex gradus.65.

Peccatorum ſpecie differentium vnum eſt altero infinitè grauius, eorumq́ pœnæ ſpecie differunt. 18.
Peccato grauiori non ſemper pœna reſpondet intenſiuè maior, deterior autem ſic. 18. & 19.
Peccatum ex ignorantia, ex paſſione, ex propria malicia, & vnde vnumquodquē dicatur. 65.
Peccatum in ſpiritum ſanctū an dicatur irremiſſibile, curquē ita dicatur. 65.
Peccatum finalis impœnitentiæ, dupliciter dicitur circunſtantionaliter, & obiectiuè. 66.
Peccatum vnum alleuiat aliud. 79.
Peccatum interius in eccleſia commiſſum aggrauatur ex loci circūſtantia. 87.
Peccatum in digniorem perpetratum an ſemper ſit grauius. 127.
Peccatum quodcunq; directè in deū an quocūq; alio ſit grauius. 127.
Peccati immunitas an aliqua certitudine agnoſci poſſit à viatore, & de nonnullis, qui quantancunquē diligentiā fecerint, nunquàm hoc aſſumunt credulitatis iudicium, ſcilicet, quo ſe mundos eſſe exiſtiment. 189.
Peccata tranquillitatis policiæ magis turbatiua grauius puniuntur. 51.
Peccata qualiter appropriatiuè committūtur in pſonas diuinas. 65.
Peccata vitare omīa, & diu an poſſit viator. 186.
Peccare an quis poſſit quantū vult, & quid de volente alicuius ſuperioris præceptum tranſgredi. fo. 170.
Pœnitentia à ſacerdote iniūcta eſt vtilior quàm voluntaria. 131.
Perfectiones rerum eſſentiales non ſunt proportionales, ſed improportionales, ſeu improportionaliter vna aliam excedit. 126.
Periurium an ſit homicidio grauius, & quòd poteſt quis in periurio ſe habere dupliciter. 127.
Permutabilitas actus de ſpecie moris in ſpeciem, & de genere in genus. 80.
Perpetuitatis pœnæ damnatorum cauſa. 127.
Potus inebriatiuus ex quo ſuā ſumat culpabilitatem. 51.
Practica propoſitio quid cum ſuis adiacentibus. 70.
Pręceptum propter deum & alium finem dupliciter obſeruari contingit. 108.
Pręceptorum obſeruantia ſolo præcipientis amore an ſit magis ſyncera. 120.
Præceptorum obſeruantia viciari poteſt per hoc quod ſolo Dei amore fit. 120.

Pœna damni, pœna ſenſus, & de affuctione paruulorum.34.
Perſeuerãtiæ nomen æquiuocum. 152.
Perſeuerãtia an ſit virtutis gradus. 152.
Præceptorum obſeruãtia ſolo pœnæ timore, aut ſolo mercedis amore.120.
Præcepti non quæcunque obſeruantia ſolo timore pœnæ eſt peccatum.121.
Præcepti obſeruãtia timore pœnæ inefficaci complacentia oppoſiti non per hoc viciatur.121.
Præcepti obſeruantia mixtim Dei amore & pœnę timore.121.
Præcepti opus dupliciter fieri poteſt, vno modo vt præcepti, alio modo non vt huiuſmodi. 130.
Præcepti obſeruantia quandoque tẽpus requirit, nõnunquam ſufficit inſtans.133.&.134.
Præceptum quodlibet negatiuum affirmationẽ aliquam includit, & quodlibet affirmatiuũ negationem.136.
Præcipi poteſt pro certo tempore non elici actum.158.
Præceptorum atque virtutum & viciorum nomina æquiuoca. 171.
Præcepta decalogi an diſpenſabilia.172.
Prædicator aut iudex iocoſa permiſcens non debet à credendorum credulitate populum retrahere.81.
Prædicator pinguiſſimus ieiunium prædicans an peccet.82.
Pronitas ad malum.175.
Proportio quid, quid proportionalitas, & quotuplex.126.
Proportiõis & proportionalitatis diſcrepantia.147.
Prophetia cui competere poteſt, eiuſque multiplex acceptio. 47.
Propheta & videns differunt. & de Theodoro, qui fuit condemnatus in concilio Toletano.47.
Prophetia nõ eſt gratia gratum faciens, nec eam requirens, imò actum eius contingit eſſe vicioſum.47.
Prudentia & ars.70.
Prudentiæ pariter artis duplex dictamen.70.
Prudẽtia qualiter ad virtutis opus ſe habeat.73.
Prudentia vt talis non formaliter virtus.73.
Prudentiæ præſentia obiectiuẽ an ad bonitatem requiratur, & de duplici eius habitudine.74.
Prudentia dupliciter operationem regulare poteſt.76.
Prudẽtia an duntaxat ſit verorum quodque datur dictamen mixtum includens cum practico ſpeculatiuum.76.
Prudẽtia quid, quæ ei⁹ extrema, &

quæ ſpecies.138.
Prudentia differt ab alijs.139.
Prudentia aliqua eſt ſcientia.139.
Prudẽtia minus reliquis habet virtutis rationem.143.
Prudens qualiter aſtris dominetur atq; complexioni.37.

¶De litera Q.

Quid appetit⁹ naturalis cuiue competat.1.
Quid appetitus ſenſitiuus.1.
Quid appetitus rationalis,& cui ineſt.1.
Quid ſit actum inſtãtaneè elici.25.

¶De litera R.

Ratio à quibus cauſis abſorberi poſſit.30.
Ratio recta quid,& quotuplex.70.
Rationi rectæ non quicunque ſe conformat, bene agit.71.
Relatio multiplex operum in aliquem finem.115.
Relationis in Deum actu aut habitu carentia ſecundùm Gregorium viciat actum.115.
Relatio in finem multiplex.115.
Relationis in finem opiniões quatuor.117.
Rectitudo actus copulatiui aut diſiunctiui quid requirat.125.
Religionis ſtatus an operis augeat meritum.128.

¶De litera S.

Sabbatum tripliciter accipitur.96.
Sabbati ſanctificandi pręceptum duo includit.96.
Sabbatum erat iudæis ſub ſtrictiori iure quàm dominica Chriſtianis.98.
Sabbati præceptum non præualet ſubuẽtiõis præcepto in his quæ moram non patiuntur.97.
Sabbato obuiat principaliter opus ſeruile animæ, ſcilicet peccatum.97.
Sabbati ſanctificationi an obuiet veniale. 97.
Sabbatum non violatur per actuũ purè ſpiritualium exercitiũ.97.
Syndereſis an poſſit extinguere maliciam.31.
Syndereſis quotuplex,& eius acceptiones.31.
Syndereſis quid,& quotuplex.31.
Syndereſis extinctio quàm periculoſa.31.
Syndereſis in homine perrarò fit cęcitas.31.
Septem apud Hebręos fuerunt primò feſta.96.
Sanctum quid ſit.96.
Satiſfactio non ſemp requirit opus moraliter bonum.49.
Satiſfactorium non eſt per hoc minus meritorium.131.
Satyriaſis.155.
Scripturæ ſacræ paſſus paſſum declarat,aut naturalis ratio,vel reuelatio.47.

Senſus interior dupl'r ſubiacet. 57.
Senſatio proſecutionē aut fugam producens regulatur ex organi diſpoſitione.36.
Sermones vniuerſales valde certi ſed inutiles.124.
Speciem mutant magnum & par-uū pro obiectis aſſumpta.156.
Sperare contingit aliquid ex opere quod non præſtituitur illi finis. fo.109.
Symoniæ definitio.110.
Symonia munere triplici c[illegible]mitti-tur.111.
Symoniæ radix, ex qua patet mul-tis modis abſq́ſymonia poſſe commodum ſperari temporale in ſpiritualium collatione.111.
Symoniam excedere poteſt iniqui-tas in fraudem ſymoniæ cōmiſ-ſa.112.
Symoniam formalem gignit inten-tio, eamq́ vitare poteſt doloſa mens.112.
Symonia vel vſura quandoq́ præ-ſumitur vbi nulla eſt.112.
Superabundantia & defectus du-pliciter accidere poſſunt.148.
Status dupliciter poteſt dici ad me-rendum potior.67.

¶De litera T.

TEmperantia quid eſt, quæ extrema, & quæ ſpecies eius.139.
Temperātia an in ap-petitu ſenſitiuo naſca-tur.153.
Temperantiæ gradus præſtat con-tinentię quantum ad pulchri-[illegible]dinem atq́ ſeueritatem, ec[illegible] ſo autem quantum ad b[illegible]itatis aut meriti magnitudine[illegible]157.
Temperantiæ regula [illegible]alis viris perfectis.81.
Temperantiæ re[illegible]a.140.
Tria in hom[illegible] ſunt motuum ge-nera.1[illegible]
Ten[illegible]o carnis interior inter tria tentationū genera difficilius vin-citur, an indeficiēter ſit verū.29.
Timor multiplex.113.
Timor culpabilis duplex, quidam obiectiuè inuoluens maliciam, quidam non.113.
Timor aliquis an manebit in cæle-ſti patria.114.
Timor mundanus aut ſeruilis cul-pabilis an ſit gratiæ compoſſibi-lis.114.
Timoris ſeruilis acceptiones.114.

¶De litera V.

VElle & nolle eiuſdem obiecti ſunt cōpoſſi-bilia, vnum efficax, & alterū inefficax.22.
Veniale an efficiatur mortale viris perfectis.81.
Veniale eſſe potuit primum homi-nis peccatum.81.
Viator quid ſit, qualiterve Angeli viatores fuerint.34.
Viciū poteſt eſſe virtutis obiectum & contra.13.
Viciū quodlibet an ſub colore bo-ni ſubrepat.16.
Virtutum ordo inter quas iuſticia

eſt præclariſſima.143.
Virtutum cardinalium differentia. 145.
Virtutes ca..iales an in ſtatu innocentiæ locu.. habuiſſent,an in patria permane..ūt.146.
Virtutum atq; viciorum conſueta nomina non ſunt ſpeci.. ſpecialiſſimę.85.
Virtus oīs an ſit circa difficile.145.
Virtus quęlibet in medio conſiſtit. 146.
Virtutis medium an quātulumcūq; egrediēs ſit vicioſum.149.
Virtus theologica an in medio cōſiſtat.149.
Virtus qualiter in appetitu ſenſitiuo.153.
Virtuti confert curare corpus,atq; congruē eius diſpoſitioni intēdere.152.
Virtus nonnunquam diſpoſitionē advicium inducit,& contrà. 157.
Virtutem aut vicium habere ſecundū animi præparationē.160.
Virtus an virtuti nonnunquam repugnet, aut vicium vicio.161.
Virginitas quid.140.
Viator debet ſeipſum vt proximū diligere.108.
Virtutis actus vniuerſalis an comparatur vicium.162.
Virtuti pro fine Deum habenti an compoſſibile ſit vicium.162.
Virtutes theologicæ qualiter perdantur, & perditæ reparentur. 155.&.160.
Virtutum theologarum pariter & moralium vna in intellectu.72.
Virtutis facilitatem inducere poteſt culpa & vicij virtus.66.&.67.
Virtutum principia communia nō requiruntur ad particulares virtutes.162.
Velle formaliter imperat quis.20.
Vltimum furtum poſt multa an ſit grauius puniendum.93.
V..itio an ſit cognitio.17.
Volitio ..ſit perfectior cognitiōe ſeu volu... intellectu.17.
Volitio dupliciter dici poteſt conditionalis.20.&.21.
Voluntas eſt poſſibilium & impoſſibilium,& naturaliter oſtenſorum.14.&.15.
Voluntas eſt bōni atq; mali & neutraliter oſtenſi.14.&.15.
Voluntati oſtendi obiectum ab intellectu quid.1.&.2.
Voluntas velle poteſt hypotheticē intellectu non ſic intelligēte.19.
Voluntatis actus non ex partibus diuerſarum rationum componitur.19.
Virtutis ſubiectum receptiuum.1.
Voluntas poteſt in inſtanti velle & ſucceſſiuē.25.&.26.
Voluntas an poſſit allici,retrahi,facilitari,difficultari, ſpontaneari, cogi, neceſſitari, impoſſibilitari, violentari.27.
Virtus duplex.2.
Voluntatem neceſſitari eſt nouem modis dicibile.23.&.24.
Voluntas an in foro Dei pro facto

reputetur.53.
Voluntas ſola an ad meritum ſuffi ciat qñ nõ adeſt facultas.54.
Voluntarij attenuatio.65.
Voluntarij minutio.65.
Voluntarij tria impedimenta.66.
Voluntas coacta eſt voluntas.68.
Voluntas Dei, ſigni, aut beneplaciti: & qualiter quis ei ſe conformare teneatur.72.
Voluntatis conſul atq; director eſt intellectus.73.
Voluntas dupliciter conſiderari poteſt.30.
Voluntas abſq; proprio eius actu non cogit alteri potentiæ. 9.
Vſure definitio.110.
Vſuram quamlibet formalẽ atq; ſymoniã vitare poteſt doloſa mẽs 112.
Vſuræ radix ex qua poteſt quinq; modis abſq; vſura ſperari poſſe lucrum.110.
Vſuram exuperat quandoq; iniquitas in fraudem vſurarum commiſſa.110.
Voti puri mior eſt obligatio quàm præcepti reſpectu eiuſdem operis, cęteris alijs paribus.130.131.
Vitalis immutatio.164.

TABVLAE FINIS.

NICOLAI MICHAELIS REmen. ſuper ſalubertimæ huius Ethologię eudoxia, ad generoſum & illuſtrem omnigenea rutilantem doctrina & virtute, dominum Guidonem Malipaſium philodulũ, diui Antonij Remorum commendatorem, Sapphicum Carmen.

Hoc opus ſanctos variis niteſcens
Frugibus, vaſto venerande ſeclo
Innouat mores, docuitq; geſtus
Guido pudicos.
Inſtiga mites rutilis camœnas,
Regios Remis celebrare cantus:
Atticus veſtras ſubiit penatum
Dędalus arces.
Nil iuuat ditem domuiſſe Creſum,
Nec Mydam fluxis opibus miſellum,
Cuius haud dulci maduit caduca
Vita liquore.

DIVVS HIERO-
nymus ad Paulinum
Preſbyterum.

DISCAMVS IN TERRIS QVORVM SCIENTIA NOBIS PERSEVERET IN CAELO.

De libero arbitrio virtutis, atq́ *vitij ſubiecto ſuſceptiuo.*

CAP. I.

IN appetitu nō quolibet, ſed libero, ſunt primario virtutes, aut vitia: ſecūdario autē, in reliquis potētijs, quibus ipſe imperat, & dominatur, ineſſe poſſunt. Non igitur plantæ, aut bruto, aut homini rationis expertí, cōpetit virtutis, aut vitij operatio. Quò fit nullā naturam creatam, præter angelum, vel rationalem animam, eſſe virtutis, aut vitij capacem: eſſe beatificabilē, aut æternæ ſubiectibilē miſeriæ. Primū quidem entiū, eſt immēſus potētiæ, ſapiētiæ, & bonitatis fons: nō vitio irretibile, nec aduētitia virtute perfectibile, nō mereri, aut demereri: nec deniq; p̄ his præmiari vllatenus poteſt: cui identificatur bonitas: creaturæ autem inhærenter accidit.

Virtutis ſubiectū receptiuum.

Corollariū.

Dei & creaturæ multiplex differentia.

PRIMVM NOTABILE.

TRiplex eſt appetit⁹: videlicet naturalis, ſenſitiuus, & rationalis. ¶ Appetitus naturalis, dicitur cui eſt inclinatio ad aliquid nullā cognitionem præſuppones: & cuilibet enti competit: nam cuicūq; ineſt naturalis aliqua inclinatio. Tali enim appetitu, oīa bonum appetūt: videlicet, quodlibet perfectionem ſuā. Eo pariter appetitu, omne viuens nutrimentum appetit: quò fit, vt radix à terra, à radice truncus, à trunco rami, prout à ſtomacho epar, ab epate venæ, à venis ſingula membra nutrimentum trahant: quatenus in ſuo eſſe permaneant: & ſuas operationes perficiant. Amplius ineſt huic appetitui, etiam ſine cognitione, vis quædam conuenientis à diſconuenienti diſcretiua: videmus membrū ab eadem nutrimentali maſſa, per modū electionis portionem ei complexionalem attrahere; prout membrum

Quid appetitus naturalis cui'ue cōpetat.

melancholicum, partem alimenti melancholicā: flegmaticum, flegmaticam. Et ita radix à terra ętherogenea partem ſuæ ſpeciei conuenientem elicit & attrahit. ¶ Appetitus ſenſitiuus, qui & ſenſualitas appellatur, eſt ipſe ſenſus natus mediante cognitione ſenſitiua obiectum proſequi, vel fugere, ſecundum quod ſuæ naturæ cōueniēs, vel diſconueniens eſt. Tot igitur ſunt appetitus ſenſitiui ſiue ſenſualitates ī homine, quot ſenſus: videlicet, quinq; exteriores, & vnus interior dictus fantaſia: verum credo pariter appetitus ſenſitiuos interiores iuxta interiorum ſenſuum numerum multiplicari. Patet igitur, non cuilibet ineſſe ſenſitiuum appetitum. Non cōpetit enim deo, aut angelis, vel animabus ſeparatis: cùm in nullo eorum ſenſus aliquis exiſtat: ſoli enim animali ineſt. ¶ Appetitus autem rationalis, eſt ipſa voluntas nata mediante cognitiōe intellectiua merè liberè proſequi, aut fugere obiectum. Non igitur cuilibet, ſed ſoli agenti libero competit: videlicet deo, angelo, & animę rationali ſiue homini. Patet inſuper triplicem illum appetitum ſoli homini ineſſe naturalem, ſenſitiuum, & rationalem. Deo & angelis competunt naturalis & rationalis: bruto naturalis: & ſenſitiuus: & alijs rebus inanimatis, ſolus naturalis.

Quid appetitus ſenſitiuus. *Appetitus ſenſitiu⁹ nō ineſt cuilibet* *Quid appetitus rōnalis & cui ineſt.*

¶ Secundum notabile ex præcedenti ſequens: cōueniūt & differunt appetitus ſenſitiuus & rationalis. ¶ Conueniunt, quoniam vterq; cognitionem obiecti præſupponit: ita q̄ neuter ſine obiecti cognitione actū habet proſequutionis, vel fugæ. Ex hoc manarunt hæc dicta. Primum, nihil eſt volitum niſi præcognitum. Secūdum, voluntas eſt in ſuis operationibus cæca. Tertium, voluntatis illuminator atq; conſul, eſt intellectus: ipſa nanq; nullum proſequitur aut refugit obiectum: niſi ei ab intellectu oſtenſum. Intellectum autem oſtendere volūtati obiectum aliquod eſſe proſequendum aut fugiendum, eſt intellectum iudicare illud eſſe tale, vel ſaltem apprehendere. Appetitus ſenſitiuus, eſt pariter dicendus cęcus: nā à cognitione ſenſitiua illuminatur, prout volūtas ab intellectiua cognitione; quin imò crediderim appetitū na

Soli homini triplicē ineſſe appetitum. *Cōuenientia appetituum ſenſitiui & rationalis.* *Intellectū oſtendere voluntati obiectū aliqd eſſe fugiendum vel proſequēdū quid ſit.*

turalem plenius nominandum cæcum:cum ſine lumine ei coaſiſtente tendat in obiectum. ¶Differunt autem,primò,quoniam appetitus ſenſitiuus actum ſuum purè naturaliter habet:purè quidem naturaliter,ſic,ꝙ poſita alicuius obiecti conuenientis naturæ ſuæ notitia, non eſt in ſua poteſtate,quin proſequatur illud: & in ipſo adepto delectetur:poſita ſimiliter obiecti diſconueniẽtis naturæ ſuæ notitia,non ſubiacet eius facultati non refugere:& quin ei ſit dolor:voluntas autem actum ſuum liberè elicit:libere quidem,nam poſita qualicunq; in intellectu notitia,manet libera,volitionem aut nolitionem elicere vel neutram.Secundo differunt: quia obiectum eſt appetitui ſenſitiuo ex natura rei conueniens vel diſconueniẽs:ſcilicet,ex ꝓportione vel diſproportione eius ad organum corporeum: non ſic de voluntate: de qua eſt hoc commune dogma:obiectum voluntati eſſe conueniens vel diſconueniens,non ex natura rei, ſed quia ab ea volitum vel nolitum:de ſummo tamẽ bono quod eſt deus:de ſumma pariter miſeria,diſceptant nonnulli: an ex natura rei illud ſit voluntati conueniens & iſtud diſconueniens:de quo alibi. Obiecta igitur ex ſua natura ſenſum lædunt:non ſic autem ex ſua natura obſunt voluntati.

Appetitus ſenſitiuus dicendus eſt cæcus.

¶Tertium notabile præcedentis corollarium.Differt appetitus naturalis ab alijs:nam eius actus ſcilicet proſecutio vel fuga,non eſt quid ei condiſtinctum: ipſius verò appetitus ſenſitiui,aut rationalis actus proſecutiuus, vel refugitiuus,eſt accidens condiſtinctũ, atq; vitaliter potẽtię appetitiuę immutatiuũ.Exẽpli gratia ipſius materię deſiderium ad formam, eſt ipſa materia formam appetens,ſiue deſiderans:ſed voluntatis vel ſenſus deſideriũ ſeu volitio,non eſt ipſa voluntas,aut ſenſus: ſed accidẽs inhærens.Secus de deo:nam quicquid in eo eſt, eſt ipſe deus:dei enim cognitio aut volitio,eſt ipſe deus cognoſcens,aut volens.Eſt enim ens ſimpliciter ſimplex: ſcilicet ſimplicitate tam compoſitionem quàm inhærentiam excludente:deus,eſt ens non ex entibus compoſitũ:non alicui vnibile vnione ens vnum ex pluribus fabricante;

Differentia appetitus naturalis ab alijs.

Deus eſt ens ſimpliciter ſimplex.

deus pariter,eſt ens nullius accidentis ſuſceptiuum:non eſt igitur aduentitia virtute perfectibile: ſed conſummatè inaugmentabiliter perfectum,non habens eo maius à quo legem recipere valeat.quarè,nec mereri, nec præmiari poteſt diuinitas.

Duplex eſt virtus. ¶Quartũ notabile. Duplex eſt virtus: actualis videlicet,& habitualis.Prima quidem, eſt actus rationi rectę conformis.Altera autem,habitus eſt ad actum huiuſmodi inclinatiuus.¶In ea enim potẽtia eſt inhæſiuè,in qua actus:quare non eſt habitualis virtus,niſi vbi eſſe poteſt actualis. ¶Duplex pariter vitium,actuale videlicet, & habituale.¶Corollaria habes.Primum:bonitatis denominationem aut malitiæ ſortitur habitus ab actu:eumq́ ſequitur,vt ſolſequium ſolem.¶Secundum:actu ſucceſſiuè bono,& malo exiſtente,ſuus habitus ſic permutabitur:eritq́ virtus,& vitium. ¶Tertium:contingit ex virtute genitũ eſſe vitium:ac ex vitio virtutem.patet,in actibus de bonitate in malitiam & contrà permutabilibus, contingit ex actu nunc bono naſci habitum qui vitiabitur,vtpotè actu eius vitiato: pariter ex actu nunc malo habitum gigni:qui rectificabitur eius actu rectificato.

An volũtas ſenſui actum immittat aut contra. ¶Quintum notabile.Quorundam eſt opinio, qui inter appetitum rationalem,& ſenſitiuum, mutuam aſſerunt eſſe in actibus emanationem:ita ꝙ voluntate actum eliciente,emanat actus ſimilis in appetitu ſenſitiuo rebellãte:& contrà, ſenſus voluntati actum ſuum ſimilem immittit.Ex illis autem actibus,naſcuntur & habitus.Hos aberrare crediderim.Tùm à ſenſatione cauſatur in ſenſu actus appetitiuus,non à voluntatis imperio. Tùm etiã: nequit volũtas ſui ſenſationem immittere:igitur nec appetitionem.Præterea ſe compaterẽtur in ſenſu actus cõtrarij:videlicet actus ex ſenſatione productus, & actus contrarius à voluntate immiſſus, & inde ſimul eſſent eiuſdem dolor & delectatio.Amplius,liberum eſſet voluntati obiectum ſenſui doloroſum facere ei delectabile

Concluſio reſponſiua. ſolo eius imperio.Huic autem obuiat experientia.¶Cõcludo igitur,non ſic eſſe appetitus rationalis, & ſenſitiui mutuam in ſuis actibus emanationẽ; hinc nec in ha

bitibus: non enim voluntatis actus habitum gignit in ſenſu:aut actus ipſius ſenſus habitum in voluntate; ſed duntaxat in potentia in qua ipſe eſt.

PRIMA CONCLVSIO.

¶In ſolo appetitu,ſunt primariò virtus & vitium. patet:ſolius appetitus ſunt proſecutio vel fuga, in quibus ſolis,vel eorum omiſſionibus,reperitur laudis, aut vituperij ratio primaria.

De virtutis ſubiecto cõcluſiones.

¶Secũda cõcluſio. In ſolo libero appetitu reperitur primariò virtus,aut vitium.oſtendo: potiſſima laudis, aut vituperij ratio,eſt libertas:vt infra perampli⁹ docebim⁹.

¶Tertia cõcluſio.Reliquis potentijs,non omnibus,ſed quibus imperare atq; dominari poteſt voluntas, ineſſe poſſunt virtus & vitium.Patet,operationes ab actibus liberi arbitrij imperatæ contrahunt ab eis laudis & vituperij rationem, atq; conformitatem, vel difformitatem ad rationem rectam ab eis retinent.

Duæ ſequentes cõcluſiones notãdæ.

¶Quartã cõcluſio. Non eſt plenæ virtutis actus,aut habitus,in appetitu ſenſitiuo:oſtendo:ſenſus non eſt cognitionis eorum capax quæ ad illud requiruntur:non enim finis vltimi, aut aliarum circunſtantiarum requiſitarum cognitiuus eſt ſenſus:ſed duntaxat accidentium ſenſibilium.Non igitur valet ſub ratione virtutis,aut vitij ferri in obiectum: ſed ſub quadam ſenſualis commodi, vel incommodi conditione:an enim rationi rectæ aliquid ſit conforme aut difforme non conſiderat:ſed tanquàm naturæ conueniens,aut diſconueniens,apprehendit ſenſibile.¶Actui itaq;,aut habitui voluntatis circa inſenſibile, nequit in ſenſu actus aut habitus quiſpiam reſpondere:quarè nec virtuti virtus,aut vitio vitium. Circa ſenſibile autem,non conſiderat ſenſus,an proſecutio,aut fuga,legi quadret,an obuiet:eſtq; merè naturalis:quarè nõ propriè virtus,aut vitium,nec eius pariter habitus.

¶Quinta cõcluſio.Habitibus liberi arbitrij circa ſenſibilia impertinẽs eſt alios habitus in appetitu ſenſitiuo correſpondere.patet:non eſt repugnans,aut neceſſariò concomitans:ſed quandoq; accidit,quãdoq; non,iuxta alia ſenſum immutantia.Contingit enim voluntatem cõfor

miter ad ſenſum immutatũ appetere:put in cibo, coitu, & huiuſmodi: & ſic actui ſenſus, reſpondet voluntatis actus: & habitus habitui. Contingit autẽ nonnunquàm contrarium, videlicet voluntatem ſenſui repugnare. ſic actui, & nõ habitui voluntatis nõ naſcitur correſpõdens in ſenſu; ſed cõtrarius. Quandoq; autem neutro modo, vtpote voluntate actum eliciente non appetitu ſenſitiuo conformiter, aut difformiter immutato: ſic non reſpondet habitus conformis, aut contrarius.

An aĩa bruti ſit factibilis libera.

¶Primum dubium. An anima bruti ſit à deo factibilis libera: & per conſequens virtutis, aut vitij capax. ¶Reſpondeo non: quoniam, ſic brutum fieret homo, ſcilicet animam rationalem habens. tùm etiam, libertas eſſentialem inſequitur naturam. Repugnat enim eſſentiæ animę bruti effici liberam: ſiue liberi arbitrij participem.

¶Secundum dubium. An præter angelũ, & animam rationalem, ſint à deo factibiles creaturæ virtutis, atq; vitij capaces, ſcilicet libero arbitrio inſignitæ. ¶Reſpondeo quod ſic. Nam pręter angelorum, & animarum ſpecies, quæ iam ſunt: ſunt factibiles aliæ ſpiritualium ſubſtãtiarum ſpecies, quas quomodò appelles non curo.

Liberi agentis diffinitio in quo'ue cõſiſtat libertas.

AGens liberum, eſt agens potẽs ex ſe in oppoſita: alijs definientibus, eſt agens potens actum elicere, & non elicere, poſitis omnibus cauſis ad actum requiſitis: addiderim ex ſe, id eſt propria eius determinatione: competit enim igni ad oppoſita poßibilitas, ſcilicet poſſe calefacere, poſſe non calefacere: huius tamen contingentiæ executio, non ex determinatione propria: ſed ab extrinſeco aduenietẽ ſuæ actioni ad quã naturaliter determinatur impedimento. voluntas autẽ, poſitis cæteris alijs cauſis, potẽs eſt ſemetipſam ad actũ, aut actum contrarium. aut ad actus omißionem, prout libuerit determinare.

PRIMVM NOTABILE.

¶Magnam ingeſſit doctoribus perplexitatem agentis li

beri definitio: definitioni enim agentis liberi per potentiam ad oppoſita obijciunt:competit igni ad calefaciendum,ſimiliter ad non calefaciendum potentia: propter id,alij addiderunt poſitis omnibus alijs requiſitis:ꝙ autem ignis quandoq; non calefaciat, eſt defectu alicuius alterius:ſed obijcitur:nequit voluntas nõ elicere actum poſitis omnibus requiſitis, ſcilicet poſito primæ cauſæ concurſu:in hac replica doctores contremiſcunt. non igitur addatur,aut addita intelligatur, cum actu poſitionis cauſarũ, & aptitudine cãſitatis earũ: ſcilicet reliquæ cauſæ inſint aptitudine cauſantes:quarè nõ rectè ſubſumitur in ſenſu compoſito:nequit voluntas creata non elicere actum poſito concurſu dei: ſed dici deberet poſito deo parato voluntati coagere.hoc amplius libro de libero arbitrio examinabo.

❡*Secundum notabile.* Duplex libertas, vna contradictionis,ſcilicet,quæ potens eſt ex ſe elicere actũ: Et etiã non ex ſe elicere:contrarietatis autem quæ potens eſt ex ſe elicere actum:& etiam actum illi cõtrarium:alij libertatem complacentiæ ſuperaddunt: quæ ſcilicet complacet aliquid:eſto,ꝙ nequeat voluntas impedire illud:ſic dicitur pater in diuinis liberè producere filiũ,ſcilicet cõplacenter,quem tamen naturaliter producit. Libertas duplex.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

❡Primum Nullum agens nõ cognitiuum,eſt liberum: nec omne cognitiuum,ſcilicet ſolum intellectiuũ:quodlibet enim aliud ex ſe determinatur ad vnum, ad cuius oppoſitum nequit ſemetipſum determinare, quamuis valeat ab extrinſeco:poteſt enim deus impedire ignem calefacere, cæteris alijs cauſis applicatis: nequit tamen ignis propria virtute huiuſmodi actionem ſuſpendere: nullum pariter brutum,eſt agẽs liberum: quia nequit ex ſe reniti cauſis ſufficientibus cum ſenſu producere actũ, dicente Damaſceno,rationis expertia non ſunt liberi arbitrij poteſtate donata: nam ducuntur magis à natura, quàm ducãt,homo autem,ducit magis naturam, quàm ducatur.Obiecto enim per ſenſationem, vel per imaginationem,præſentato;brutum mox ſine electione pro- Libertas quibus cõpetat.

rumpit in illud,ſecundum apprehẽſionis commodi, vel incommodi qualitatem:ꝙ ſi duorum contrariorum occurrant apprehenſiones,fortior trahit ipſum: ſic canis cibum dimittit neceſſitatus verberum timore:nec ſubiacet facultati eius ſtante tanta & tali verberum imaginatione capere cibũ:quarè non eſt ibi electio,ſed quidam neceſſitatis tractus:& ita de varijs brutorum ſagaciũ operibus,quæ quãdam electionis, atq; libertatis imaginem habere videntur.

Liberum arbitrium duo connotat.

¶Secundum corollarium. Hoc nomen liberũ arbitriũ, duo importat:ſcilicet voluntatem, per hanc particulam liberum:& actum intellectus,per hanc particulam arbitrium.nam propriè arbitrium,eſt intellectus iudiciũ: veruntamen capitur hic arbitrium,nõ pro actu intellectus: ſed pro voluntate actu intellectiuo directa.

¶Tertium corollarium.Sine nouo actu poteſt volũtas ab actu præelicito deſiſtere,ſuum purè negatiuè ſubſtrahendo concurſum:quarè non ſequitur:ab hoc actu ipſa deſiſtit:ergo vult ab hoc actu deſiſtere:imò concedendũ eſt,ab hoc actu deſiſtit,& non vult ab eo deſiſtere:nõ dico eam nole: quia nolo,dicit poſitiuum actum:& ita ab omni actu ipſa deſiſtente,cõcedo,omnem actum ſuum ſuſpendit voluntas; & non vult omnem actum ſuum ſuſpendere.

Liberũ arbitrium neceſſitare nequit tẽtatio libertatis.

¶Quartum corollarium. Nulla eſt tàm fortis tentatio, aut vehemens hominis paſſio, quæ voluntatem valeat ad proximum libertatis actum eliciendum neceſſitare vel cogere.patet:manet ſemper libera præbere illis cauſis ſuum concurſum,ſine quo nõ producitur à cauſa ſecunda volũtatis actus:ſecus de operibus exterioribus: nam ſuffragio cauſarum corporearum indigent,defectu quarum impediri poſſunt:vel ab eis inuita voluntate fieri,cuiuſmodi ambulatio,locutio,&c.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Agentis non liberi,eſt poſſibilitas ad oppoſita: patet: ab extrinſeco dirigente actionem eius,poteſt quandoq; impediri: quandoq; autem permittit agere.

¶Secunda concluſio. Proprium eſt agenti libero poſſe

abſq; extrinſeco determinare ſeipſum ad actum, vel ad contrarium, aut ad neutrum, in hoc enim conſiſtit libertas: patet ex dictis.

¶Tertia concluſio. Soli agenti libero competit, quod ſine ſuæ eſſentiæ & abſq; extrinſeci auxilij mutatione, valeat nunc intenſius, nunc remiſſius conari, atq; intenſius, aut remiſſius agere: oſtendo, vnumquodq; naturaliũ agẽtium agit ſecundum extremum ſuæ potentiæ.

¶Primum dubium. An ſicut libero arbitrio ineſt libera actus elicitio, etiam competat ipſius actus libera intẽſio, vel remiſſio? ¶Reſpondeo ſic, in genere: non autem in ſpecie, vel indiuiduo, pro ſtatu viæ. Poteſt enim intẽſiorem, vel remiſſiorem actum elicere: ſed in ſpe intenſionis. ſ. determinatæ hac præciſa intenſione, vel remiſſiõe, aut in indiuiduo iſtum, vel illum actum, non alium elicere: non ei pro hoc ſtatu viæ ſubeſt facultas.

¶Secundum dubium. An in dementibus, & pueris, ſit pro tunc liberum arbitrium. ¶Reſpondeo ſic, quamuis non vſus eius, eſt enim quandoq; alicui poteſtas, & nõ executio: liberum autem arbitrium dicit facultatem liberè operandi: quæ eſt duplex, propinqua, & remota: propinqua, poſito rationis vſu, id eſt intellectus; remota autem, non poſito huiuſmodi vſu. Liberi arbitrij vſus à libero differt arbitrio.

A Libero volũtatis cõcurſu, denominaẽ ipſe actus liber. Actus igitur liber eſt actus liberè elicitus à volũtate, aut actus alicuius potẽtiæ cauſatus imperatiuè ab illo: ille elicitus: iſte autẽ imperatus, cõmuni nomine appellatur: ille primariò liber: iſte ſecundariò: ille immediatè liber: iſte immediatè naturalis. Oĩs eñ creaturæ operatio, efficiẽtia primi agẽtis, libera eſt: omniſq; volũtatis creatæ actus, efficientia cognitionis, aut alterius creati coagentis, eſt naturalis: peculiarem tamen denominationem à voluntatis libera efficientia, tanquàm cauſſæ principalioris, retinet. Omiſsionem pariter liberam definio, cuius actum poterat voluntas libe Liber actus quid. Libertatis actus non excludit cauſã naturalẽ cõproducentẽ.

rè elicere: aut mediante actu elicito effectiuè imperarè. Duplex veruntamen eſt imperata omiſsio: videlicet deficienter, & efficienter: deficienter eam dico liberã, quæ eſt ſolo actus voluntatis defectu: efficienter autem, quæ eſt per actualem voluntatis efficiẽtiam impedientis formaliter fieri huiuſmodi operationem, quæ alias fieret.

PRIMVM NOTABILE.

Libera eſſentialiter eſt ipſa potentia non autem ſic actus.

¶Quamuis potentia ſit eſſentialiter libera, nec poſſit manens in rerum natura deſiſtere eſſe libera: non tamen actus habitudine voluntatis creatæ dicitur eſſentialiter liber: ſed eam accipit denominationem à libera voluntatis efficiẽtia: cui coagit agens naturale naturaliter agens actum, atq; eundem naturaliter comproducens.

¶Secundum notabile. Dupliciter actus eſt liber, ſcilicet, primariò, & ſecundariò. Primariò quidem liber eſt ipſe actus voluntatis liberè elicitus: actus autem ſecundariò liber, dicitur actus ex illo imperatiuè productus: & iſte eſt ſimpliciter naturalis: quemadmodum enim paſſo applicato producitur naturaliter ab igne calor: ſic efficaci volitione ambulandi poſita ſine extrinſeco impedimento, producitur naturaliter ab illa volitione cum potentia ipſa ambulatio. iſta igitur eſt merè naturalis efficientia: quarè meritò non habet operatio illa imperata pręmium nouum æternum: imò ambarum eſt merces eadem: nec minor pro illo interiori efficaci ſolo, quãm pro ambobus ſimul, quoniam igitur non niſi ſecundariò eſt libera: ſic nec niſi ſecundariò bona, vel mala, pro quanto ſcilicet effectiuè, imperatiuè, actui libero ſubordinatur: non addit igitur actui inferiori, niſi, vt quidam volunt, impropriè, pro quanto in operis executione intenditur voluntas. Sed hoc modo etiam quandoq; minueret: quoniã propter executionis laborem, vel aliam incommoditatẽ, cõtingit voluntatem remitti. ¶Sequuntur corollaria. Primum: liberi actus voluntatis omiſſio, dicitur primariò libera: omiſſio autem actus imperati, ſecundariò. Sic igitur ex voluntatis omiſſione primariò libera: ſurgit omiſſionis operis exterioris malitia. nam illa eſt primariò

libera.iſta autem ſecūda ridꝫ.an enim ad omiſſionem eſſe liberam requiratur omiſſi cognitio:infra examinabitur.

❡Secundum Corollarium:frequenter operatio eſt voli- ta actu interiori malo,quæ non eſt mala, vel bono bo- na.patet:quandoq̧ nō eſt effectiuè ab illo: ratione enim efficiētiæ actus liberi, cōtrahitur actui exteriori bonitas vel malitia:cōbuſtio eīn dom⁹ ꝓximi volita,nō cōtrahit ab illa volitione bonitatē vel malitiā: operationū igiē vo litarum:quædā eſt effectiuè à volitione:quædam non. Operationū quælibet volita eſt libera.

❡Tertium corollarium.Imperium,eſt voluntatis actus. patet: eſt quo fit operis oſtenſi executio: exequi au- tem imperatum opus, eſt voluntatis, non intellectus. Dico igitur imperium eſſe volitionem:& quemadmodū poteſt quis non ſubiectis imperare,& ſine imperij execu tione:ſic voluntas potentijs,quæ non ei ſubſunt, impe- rare poteſt,nō dominari:prout ſunt digeſtiua, nutritiua, & ſimiles:quarè propriè differūt imperiū & dominium: cuiuſcunq̧ enim operationis volitio,poteſt imperiū ap- pellari:non autem dominium:& quamuis nomen impe rij ad efficacem volitionē reſtringatur:non adhuc omne imperium,eſt dominium: nihilominus confundi ſolent hæc duo nomina:in quo nec vim facio. Imperiū & dominiū differunt.

❡Prima concluſio.Solius voluntatis conatus,actus,& omiſſio,liberi ſunt:& hæc ſola ſua ei⁹,ſunt libera.❡Pri mum patet,conatus,aut actus,vel omiſſio, denomina- tionem ab agente libero recipit:aut rectius à liberè conā te,agente,vel omittente.❡Secundum autem oſtendo:re liqua voluntatis accidentia prout paſſiones,& habitus, non per liberam voluntatis efficientiam fiunt.

❡Primum dubium.Cum cuiuſcunq̧ rei creatæ produ- ctio,vel conſeruatio ſit libertate primi agentis libera: an quæcunq̧ talis productio, vel cōſeruatio ſit bona. ❡Re ſpondeo.Bonitate entis,non eſt dubium.Omnis res,bo na eſt:odij eīn dei,aut cuiuſcūq̧ alterius actus moraliter mali entitas:eſt res bona: atq̧ à primo fonte perfectionē aliquā retinens:loquēdo autē de bonitate ꝓ cōformitate ad rectā rationē:dico cuiuſcūq̧ operis creaturę cōpro- ductio dei,quæ eſt ipſe deus,eſt bona actio; eiuſdē autē

operis comproductio libera creaturæ: eſt culpabiliter mala: hoc intereſt. quoniam non aſtringitur lege deus: creatura autem ſic:tum etiã creatura opus producit qualiter tenetur non producere: non autem deus;idem igitur opus, bene fit à deo,& malè à creatura.

Liberi arbit. ſuper aliam potentiã dominiũ i quo conſiſtat.

CVm liberi arbitrij ſuper aliam potentiam dominium, in eius cauſalitate efficiente conſiſtat: conſequens eſt, ipſum liberum arbitrium ſuper ſolã illam potentiam, & in omnem illam habere dominium: ad cuius operationis productionem, poteſt mediãte ſuo imperio effectiuè concurrere. Non igitur potentiæ naturali: non vegetatiuæ: non ſenſitiuæ dominatur: intellectiuæ autem, & motiuæ ſic: intellectiuæ quidem partim, quò ſcilicet ad actus credendi ineuidentes, quos nec ſine aſſenſu motiui efficere poteſt ordine terminato ad euidens. Potentiæ localiter motiuæ tres ſunt: quarum naturali cuiusmodi eſt cordis & arteriarum pulſatiua nõ dominatur: voluntariæ autem ſic: aptatis organis: in motiuam verò ex illis mixtam, qualis eſt pulmonis partim dominium habet.

Liberi arbit. quib⁹ dominetur potentijs.

PRIMVM NOTABILE.

Aĩa eſt oĩm operationũ vitæ effectiuum principium.

¶Macrocoſmum mũdum videlicet maiorẽ, regit deus. microcoſmum autem minoremq́ mundũ, anima. ¶Homo enim, eſt mundus animatus, cuius motor, eſt rationalis anima, omnium operationũ vitæ principium effectiuum: quarundam mediante qualitatiuo, vel organico inſtrumento: quarundam non. Ad animationem, vegetationem, & motionem, deſeruiunt ipſi animæ complexio, & organum: pariter ad ſenſationem, ſaltem diſpoſitiuè. quod addo: quoniam effectiuè ab obiecto vel ſpecie cum potentia cauſatur omnis ſenſatio, ad quam influxus cerebri ſenſum diſponit: ad actus autem intellectiuos, quantum eſt ex ſe, anima nõ indiget corporis cõplexione, vel organo. pro hoc ſtatu autem ſic, videlicet ratione colligantiæ, & immerſionis ipſius intellectus cũ

ſenſu:cuius fantaſmata (dicit Ariſtoteles)neceſſe eſt intelligentem ſpeculari.

¶Secūdum notabile.Microcoſmum ſeu regnum quod inhabitat & regit aīa,ſic alibi definiui:eſt archa quędam tricamerata, leni corio cooperta, eleganti forma commenſurata,oſſibus tanquam lignis (inter quæ vacuitates molliori ſubſtantia fortiter coniuncta replentur)ędificata, diuino quodam artificio tetragoniſata: videlicet, quatuor membris principalibus, quatuor humoribus, quatuor ſpiritibus,quatuor delatorijs,quatuor ſuperfluitatum generibus, & quatuor ſubſtentaculis archam totam ſuſtinentibus, eamq; vehentibus:compaginata domus animæ rationalis hæc quatuor:vitam,vegetationē, ſenſum,rationem:pariter & quadriformem motum largientis:demum autem capacis fœlicitatis æternæ. ¶Primò quidem archa eſt humanum corpus nam eſt concauum,clauſum,multorumq; cōtentiuum,quatuor ſubſtētaculis egredientibus,ſcilicet brachijs & tibijs ſubſtentatum,atq; vectū. ¶Secundò,eſt tricameratū,videlicet camera, ſeu vētre,ſeu cōcauo triplici diſtinctū,infimo,medio,& ſupremo,venter infimus,eſt vmbilicale concauū membrorum naturalium;medius,eſt concauum pectorale membrorum;ſpiritalium;venter ſupremus, eſt capitis concauum membrorum animalium contentiuum. ¶Tertio.eſt diuino quodam artificio tetragoniſatū,eius enim ſunt quatuor principalia membra,cor, epar, cerebrum,& teſtes.cor animationis,epar,vegetationis,cerebrum,motus,atq; ſenſus:teſtes prolificationis principiū. Eius pariter,quatuor ſunt humores,ſanguis, colera,flegma,melancolia:quatuorq; ſpiritus, ſcilicet vitalis à corde,naturalis ſiue vegetatiuus ab epate, animalis à cerebro,gignitiuus à teſtibus.Quatuor pariter delatoria,ſcilicet arteria,à corde ſpiritum vitalem deferens cum cordis influxu.Vena,ab epate deferens ſanguinem cum ſpiritu naturali.Neruus,à cerebro deferens cum influxu cerebri ſpiritum animalem.Porus, quales ſunt vritides,& alij per corpus quibus de loco ad locum materiæ & influxus vehūtur,Sunt & quatuor ſuperfluitatum genera:

Microcoſmi definitio.

Homoarcha tricamerata.

Hō tetragoniſatus.

ſunt fumi ignei, vapores aerei, ſunt aquoſitates vrinales, ſudorales, atq; aliæ: & ſunt terreſtreitates, prout in renibus lapilli, & huiuſmodi, quibus inteſtinorum feces addant: quę oĩbus illis generib⁹ reperiunt̃ diuerſę. Eſtq; domus animæ rationalis & habitaculum, à qua ſunt quatuor operationum genera: & quatuor motuum. Operationes ſunt, animatio, vegetatio, ſenſatio, & intellectio, comprehenſis actibus appetitiuis. Eſt enim animi diſpoſitionum vitalium conſeruatiua: quarè, quodammodò informationis ſuę, atq; animationis cauſa. De alijs autẽ tribus cõſtat. ¶ Ipſa eſt pariter quadriformis motus principium, motus animalis liberi arbitrij, motus animalis appetit⁹ ſenſitiui, motus naturalis pulſatiui, ſcilicet gratia refrigerij, prout pulmonis, cordis, arteriarum, & motus naturalis attractatiui aut expulſiui, quo membrum nutrimentum, vel certam aliam materiam, attrahit, aut etiã à ſe repellit.

Operationũ quatuor genera.

PRIMA CONCLVSIO.

Anima non eſt liberũ animationis aut vegetatiõis aut ſenſationis prĩcipiũ.

¶ Anima non eſt liberum animationis principium: ſed naturale. patet: ſuapte natura, & omni circunſcripta cognitione, operatur in corde, à quo per vniuerſum corpus transfuſo influxu nititur anima vnionem informationis eius cum corpore conſeruare: & contingit quidẽ eam id facere nolentem: nequit enim anima liberè à ſuo corpore ſemetipſam ſeparare, vel ſeparatam informatiuè vnire.

¶ Secunda concluſio. Anima nõ eſt liberum vegetationis principium: ſed naturale: non igitur potentiæ vegetatiuæ dominat̃ volũtas. patet: nõ eſt talis operatio effectiuè ab eius imperio: quinimò velit, nolit, cauſis applicatis, fit, vel impeditur digeſtio, nutritio, & huiuſmodi. idem de prolificatione, quę eſt potentiæ vegetatiuę act⁹. & intellige non eſſe huiuſmodi operationes à libero arbitrio per modum imperij. quod addo, quoniam ſecus alia habitudine, atque ſequela, qua animæ paſſio corpus tranſmutat.

¶ Tertia concluſio. Anima, non eſt ſenſationis exterioris liberum principium; voluntas non dominatur po-

tentiæ ſenſitiuæ exteriori, ſiue cognitiua, ſiue appetitiua fuerit. patet: non eſt per imperium voluntatis operatio eius variabilis, poſitis alijs cauſſis. Exēpli gratia, omnibus alijs cauſſis applicatis æqualiter fit viſio, velit, nolit voluntas, viſionem cauſſari. Quòd autem voluntate animam retrahente ab aliquorum conſiderationibus, & viſum conuertente ad obiectum fiat intenſior viſio: non eſt illa gradualis intenſio effectiuè voluntatis imperio. probo, non minus intenſa fieret abſq; hoc actu, volo intensè videre: calefactio enim nō eſt effectiuè à forte obſtaculum inter ignem, & paſſum remouente, patet, fieret abſq; calefactionis imperio: remouet pariter voluntas prohibens viſum conuertendo obiectum, & animam ab alijs retrahendo: anima enim pluribus attenta, eſt ſingulis debilior. Et ita de appetitiua dicas: non enim eſt voluntati poſſibile, quin viſis tangamur: quin ex obiectorum ſenſationibus ſurgant motus appetitiui in ſenſu. ¶ Patet igitur, nullam ſenſus exterioris operationem, eſſe liberam: & hinc nullam eſſe moraliter bonam, vel malam.

¶ Quarta concluſio. Anima, non eſt ſenſationis interioris liberum principium: voluntas, non directè ſenſui interiori dominatur, ſiue cognitiuo, ſiue appetitiuo. patet vt præcedens. in primis quidem de cognitiuo, quantum ad intuitiuam notitiam eadem eſt ratio cum ſenſu exteriore: quò autem ad abſtractiuam experimur quandoq; nos recordari aliquorum nolentes: & quorundam in particulari recordari volentes non poſſumus. dico in particulari: quoniam impoſſibile eſt velle alicuius recordari, & non illud cognoſcere: cùm non ſit obiecti volitio ſine eius aliqua cognitione. ¶ Et idem de appetitu ſenſus interioris dico: nam ſurrepentibus obiectorum cogitationibus, atq; recordationibus, ſcatent mox velimus nolimus motus proſecutionis, aut fugæ: atque ex eis paſſiones proportionatæ: nec per ſolū volūtatis arbitriū, atq; imperiū effectiuè augētur, vel minuunt: ſecus occaſionaliter, & applicatiuè. inſurgēte em̄ ex cogitatiōe motu ſenſualitatis, poſſūt ſenſus obiectis, vel obiecta ſenſib⁹

localiter applicari;quibus fantaſia occupata ceſſat ab a-liorum conſideratione: ſine qua perit in appetitu ſenſiti-uo prior motus,atq; paſſio.hinc verum eſt virtuti inimi-cari otium,quo fouentur, & creſcunt ſenſualitatis mo-tus:ſenſu non alteri attento.

Aĩa eſt alicu ius ĩtellectio nis non cu-iuslibet libe-rũ principiũ. Notitiarum ſingula gene ra à quibus cauſentur.

¶Quinta concluſio.Voluntas intellectui, quantum ad aliquos actus,dominatur:& quantũ ad alios,nõ. ¶Eſt enim duplex notitia:videlicet apprehenſiua,& iudicati-ua.prima duplex;intuitiua:& abſtractiua:& pariter iudi catiua duplex euidens,& ineuidens. ¶Intuitiua enim, ab obiecto & potentia cauſatur.Abſtractiua à ſpecie & potentia.¶Aſſenſus euidens,à notitijs apprehẽſiuis ter-minorum.ineuidens,ab alicuius motiui aſſenſu. ¶Quo enim ad primum genus.dico:non attingit voluntas per ſuum imperium efficientiam notitiæ apprehenſiuæ: nec intuitiuæ;nec abſtractiuæ.oſtẽdo:nequit intellectus im-pediri intueri obiectum, vel recordari obiecti per ſolum voluntatis imperium nolentis id fieri,ſcilicet non exiſtẽ-te aliunde impedimento:nec pariter ad intuitionem, aut recordationem effectiuè duci:prætereà nec ſolo volun-tatis imperio,huiuſmodi intellectiua intuitio,vel recor-datio,augeri vel minui poteſt. ¶Obijcio: Primò de in-tuitiua:voluntas per ſuum imperium,de potentia vaga, non vagam facit:ſcilicet viſum,atq; intellectum fixè viſi bili conuertit ad particulariter conſiderandas eius circũ-ſtantias:quo medio experimur huiuſmodi potẽtiam vi-ſiuam atq; intellectiuam intenſius intueri obiectum:atq; particularius de partibus diſcernere in eo contentis: de rugis,de punctis,de figuris:& alijs modicis quę ſine vo luntatis imperio potentia præexiſtens vaga, etiam alteri non attenta,non intuebatur:non videtur autem id poſ-ſe ſine voluntatis efficientia ſaluari. ¶Prætereà; aliter obiecti pedalis,cuius ſunt infinitæ ſemipedalitates com municantes,infinitæ cauſarentur intuitiones in viſu: in-finitæ pariter in intellectu,cum nil obſit:niſi ponatur vo luntatis concurſus.¶Secundò de abſtractiua: & quero cur vno tpe poti⁹ quàm alio,fit recordatio,cũ ęqualiter ſemper ſit ipſi potentiæ ſpecies præſens. ¶Prætera cur

inter

inter tantam ſpecierum multitudinem, vnā facit ſui obie-cti recordationem potius, quàm alia? niſi ponatur voluntatis coefficiētia hanc ſpeciem vel iſtam determinās: id ſaluat Gregorius ariminenſis per liberam voluntatis efficientiam, etiam quandoq; ſine proprio eius actu liberè coagentis iſti ſpeciei, vel illi, aut vno tempore, & non alio: iſta eſt euaſio potius, quàm docta ſolutio: oſtendo. Nam in brutis in quibus non eſt libertas, reperiuntur illę effectuum differentiæ. ¶ Ad hæc igitur omnia ſub cōpendio dico: primò in brutis animalibus hæc accidunt: pariter in hominibus vſu liberi arbitrij carentibus. Dico ſecundò, aliundè prouenire: vt lib. poſteriorum dixi. Infra de libero arbitrio amplius reſponſurus. ¶ Cùm igitur cogitationes ipſæ, nō effectiuè ſicut à voluntatis imperio non ſunt liberæ: & ſic nec moraliter bonæ vel malæ: quandoq; tamen voluntati ſubiacet indirecta earum prouocatio aut reſecatio: vt ſuprà dixi miniſterialiter: & hæc ſub imputatione cadere poteſt. ¶ Quò ad ſecundum notitiarū genus vna fuit opinio tenēs quemlibet actum credendi eſſe purè naturalem, ſcilicet, à motiuis intellectum neceſſitantibus, nullo modo voluntate efficientiam eius attingente, potente tamen cauſſas applicare, ſcilicet propoſitiones, atq; motiua intellectui offerendo, aut à contrarijs motiuis eum retrahendo: & de hac applicatione eſſet de actu credendi præceptū intelligendum. & cum obijcitur. Quādoq; motiuū ineuidēs vincit euidens: quòd non fieret ſine voluntatis imperiò, cùm euidens ſit fortius ineuidēte: diceretur aliquod motiuum ineuidens eſſe aliquo euidente fortius per duplationem vel triplationem. ¶ Huic opinioni obuiāt ſanctorum autoritates de non credētibus: quia noluerūt. Videmus etiam amore affectos, facile his quos amant credere: his autem quos odio habent difficile: quòd ſine voluntatis concurſu non ſaluatur. Dico igitur quantum ad aſſenſum ineuidentem: poteſt voluntas liberè coefficere eum, quandoq; enim ad propoſitionem ineuidentem credendam motiuum eſt ſufficiens, ſine voluntatis ſuffragio efficere aſſenſum, quandoq; eſt adeò debile vt

Voluntas abſq; ꝓprio eius actu nō coagit alteri potentiæ.

non ſufficiat per ſe illius propoſitionis aſſenſum cauſſare: ſed ipſum & imperium voluntatis aſſentire imperantis ſufficiunt huiuſmodi actum credendi producere: quandoq; pariter motiuum ſufficiēs aſſenſum cauſſare, eſt inſufficiens efficere ipſum firmum: quod facit adiutum voluntatis imperio: ſic in materia fidei: quinimò in alijs affectata voluntas credere facit plus quàm ratio probat: ſic & cum aliquo motiuo diſſentire: quod ſufficienter ratio probat: hinc vni doctori affectus facilè ſcriptis eius credit contra fortes rationes: & malè affectus promptè diſſentit: amans facilè amato credit, vel aſſerenti bonum de eo: odiens per oppoſitum ipſe omnia de altero in malū per ſuſpitionem interpretatur, & conuertit: hinc potiſſimè amor, & odium, impediunt cernere verum: has igitur voluntatis affectiones, à ſe diligenter excutiat veritatis indagator: ſæculi enim amatores, promiſſionibus, aut terroribus citò à tyrannis inducuntur cōtrarijs fidei credere: mundi autem contemptores perſiſtunt firmari.

¶Sequiť ergò ipſos credēdi actus, ſic effectiuè imperatos eſſe, moraliter bonos, vel malos: neque in hoc conſideratur ipſius aſſenſus veritas, vel falſitas: ſed bonitas, vel malitia affectus imperantis: contingit enim aſſenſum veri eſſe actum moraliter malum, prout in eo qui temerarie vult aſſentire: cōtingit etiam aſſenſum falſi, eſſe moraliter bonum, ſcilicet, quo quis poſt ſufficientem rei indaginem, vult credere: prælato enim falſum aſſerenti, ſimplex vetula humiliter credere meretur, tam actu credendi, quàm credulitatis volitione. ¶Quantum verò ad aſſenſum euidentem. quidam voluntatem ſic dominari intellectui dicunt: atque libertatem eius adeò extollunt: vt valeat cum aliquo motiuo facere intellectum primo diſſentire principio: atq; aſſentire eius oppoſito: & cùm illud ſit omnium euidentiſſimum: ſequitur, quòd cuicúnque alteri propoſitioni euidenti poteſt voluntas cum aliquo motiuo facere intellectū diſſentire per eius imperium. Et conſequenter eſſent hęc dicenda. Primum, vno ſimplici aſſenſu, & non pluribus, ille aſſentit copu-

Actus credē di falſus moraliter bon⁹.

latiuæ ex contradictorijs compoſitæ: aliter ſimul eſſent per naturam aſſenſus contrarij. Secundum, cum ex illa copulatiua euidenter vtráque partium ſeparatim ſequatur: ille aſſentit antecedenti conſequentiæ euidentis, & non aſſentit conſequenti: aliàs ſimul eſſent, vt ſuprà, aſſenſus contrarij. Tertium: cum aſſenſu maioris, & minoris, atq; bonitatis conſequentiæ, poſſet voluntas impedire produci concluſionis aſſenſum. ¶Quid igitur ſit dicendum? Reſpondeo duplicem eſſe propoſitionem euidentem: quandam talem ex proprijs terminis: quãdam, ex præmiſſis. Prima, dicitur euidens, euidentia intrinſeca: ſcilicet cuius aſſenſus ſufficienter ex notitijs apprehẽſiuis ſuorum terminorum cauſſatur, non concurrente alio aſſenſu. Secunda autem, dicitur euidens euidentia extrinſeca: quæ non eſt ſic ex ſuis terminis euidens: ſed fit talis per præmiſſas euidentes euidenter inferentes eã. ¶Et fateor ante demonſtrationis applicationem poſſe intellectum cum aliquo motiuo ei diſſentire, etiam nullo imperio voluntatis adiutum: quarè & voluntatis imperium poſſe coagere (cùm ille aſſenſus ſit in ſe ineuidens) non eſt negandum. ¶Quò autem ad aſſenſum ex terminis euidentem, dico eſſe duplicem: quidam, cuius oppoſitum non explicat contradictionem: quidam, explicat. ¶Propoſitioni primi generis poteſt intellectus cum aliquo motiuo diſſentire, etiam ſine voluntatis imperiò: quarè & cum imperio aſſumptum oſtendo: cum aſſertione viri, qui credatur probus & mentitur aſſerentis indiſpoſitionem eſſe in viſu, aut in medio, aut in obiecto, faciẽtem falſe apparere album: poterit iſte ſimplex credens illam eſſe indiſpoſitionem diſſentire huic propoſitioni, hæc albedo eſt, & credere non eſſe albedinem: illa nihilominus eſt vera propoſitio, atque ex terminis euidens: quinimò ſuppoſita probabili opinione dicentium, per aliquam moralem poſſe naturaliter manere corrupto obiecto notitiam intuitiuam: credat quis eſſe corruptum, & non ſit: tunc, cum illa intuitiua, hæc propoſitio eſt ex terminis euidens hæc res

Euidẽtia intrinſeca. euidẽtia extrinſeca.

eſt;cui tamen diſſentit:non inconuenit enim cauſſam ali-quam naturalem à ſuo effectu impediri,ſcilicet,per cauſ-ſam fortiorem:q̄ & in actibus animæ veritatem habet.

Aſſentire op poſito primi principij an contingat.

¶Sed quò ad propoſitionem euidentem,cuius oppoſi-ta contradictionem explicat.i.euidenter contradictionē habet:cuiuſmodi eſt primi principij oppoſitum: pariter copulatiua ex contrarijs,vel contradictorijs conſtituta: illud poſſet apparenter negari ex intrinſeca natura rei re pugnantia:non eſt enim qualitas vna factibilis quæ ſit calor,& frigiditas:aut vna quæ eiuſdem propoſitionis ſit formalis aſſenſus,& diſſenſus:ille autem aſſenſus co-pulatiuæ ex contradictorijs compoſitæ eſſet eiuſdē pro-poſitionis aſſenſus, & diſſenſus:aſſentit quidem illo aſ-ſenſu primæ parti,vt conſtat, & etiam illo aſſenſu diſſen-tit eidem cum ſuæ contradictoriæ illo actu aſſentiat:non videntur autem illæ duæ immutationes vitales reſpectu eiuſdem propoſitionis eſſe eidem qualitati compoſſibi-les,aut eidem intellectui per naturam: ſuadeo quoniam ex hoc conſurgit duorum aſſenſuum cōtradictoriorum naturalis incōpoſſibilitas.

Aïa eſt qua-rundā opera tionū poten tiæ motiuæ liberū princi pium.

Tria in hoïe ſunt motuū genera.

¶Sexta concluſio.Dominatur voluntas potentiæ loca-liter motiuæ.poteſt mediante eius imperio operationem talem efficere.¶Veruntamen occurrit notandum tria in homine eſſe motuum genera. ¶Quidam, eſt naturalis, prout cordis,& arteriarum,qui dicitur motus diaſtoles, & ſiſtoles:iſte non ſubeſt voluntatis dominio.¶Quidā, eſt voluntarius: prout membrorum organicus motus: & iſte ſubeſt.¶Quidam,eſt mixtus:prout pulmonis di-ctus aſpiratio,aut reſpiratio: & iſte abſq; voluntatis im-perio:& abſq; cognitione fieri poteſt:prout in dormien-te:poteſt etiam per cognitionem,& per imperium volū-tatis immutari:ſcilicet velocitari,vel retardari.

Motus pro-greſſiu9 qua liter & quo ordine fiat.

¶Primum dubium. Circa ſecundum motuum genus: qualiter,& quo ordine voluntas mediante ſuo imperio motum progreſſiuum:atq; aliorum membrorum motio-nes producat:& à quo,volitione ceſſante, continuatur progreſſiuus motus.¶Reſpondeo : voluntas mediante ſuo actu imperans motum fieri,toti corpori quendā im-

primit impetum: & iſte remanet volitione ceſſante mouens corpus. Ordinatim quidem imprimitur talis impetus: primò, cordi, & ſpiritibus: déinde cerebro, déinde nuchæ, déinde neruis, muſculis, & lacertis: per quorum motũ fit quædam aliarum partium contractio, atq; laxatio, per quam fit totius animalis motus progreſſiuus.

¶ Secundum dubium. An aliquale ſit voluntatis in naturales potentias ſuprà numeratas dominium? ¶ Reſpõdeo, vt ſupra: per motiuam potentiam habet voluntas in potentias illas dominium quoddam indirectum, & ſecundum quid ſcilicet applicatiuè, & miniſterialiter: poteſt enim liberè cibum ſtomacho immittere: ſine qua applicatione minimè fieret digeſtio: ipſa quidem eſt proiectionis nutrimenti cauſſa efficiens: ſed non ipſius digeſtionis: ſic liberè ipſa oculum aperit ſine quo fieret viſio: ipſa igitur eſt efficiens apertionis oculi cauſſa: non autem viſionis, aperto oculo: poteſt pariter voluntas caput inſpectioni ſcripturarum, vel aliorum applicare, per quæ variæ mouebuntur cogitationes: hæc applicatio eſt libera: non autem cogitationum productio. Ad aliquod ſimiliter credibile, poteſt liberè præmiſſas, atq; motiua, applicare: quibus etiam ſine imperio cauſſabitur aſſenſus: ſic applicatio eſſet libera: & non ipſius aſſenſus productio. ¶ Patet igitur in quibus omnium iſtorum ſit moralis bonitas, & malitia: & in quibus non; non enim videre mulierem ad concupiſcendum eſt peccatum: ſed huius volitio, vel oculi apertio, aut capitis conuerſio ad videndum: nam iſtarum quælibet eſt libera: non autem illa. Et falluntur qui liberam applicationem potentiæ, vel obiecti, ab ipſa operatione naturali inde ſequente non ſecernunt. Nõ igitur de ipſa cogitatione opus eſt confiteri: ſed de cogitationis volitione, aut de libera applicatione potentiæ, vel aliorum incitantium ad cogitandum, aut de applicationis retrahentium omiſſione libera.

Liberi arbitrij indirectũ atq; miniſteriale eſt dominiũ in potentias merè naturales quarum nõ operationes ſed liberę requiſitorũ applicationes ſunt moraliter bonę aut malæ.

¶ Tertium dubium. An voluntas cuilibet iudicio rationis ſe conformare, & cuilibet ſe diſformare valeat? ¶ Reſpondeo ſic in volendo: non autem in exequen-

Liberũ arbi. an cuilibet iudicio ratio

do. ¶Per conformare in volendo, intelligo velle ſic eſſe qualiter dictatur: & per conformare in exequendo: volitum intelligo exequi ita eſſe, prout dictatur per iudiciū. ¶Primam partem probo: voluntas quò ad velle, eſt impoſſibilium: quare à fortiori eſt quorumcunq; aliorum. Et quò ad nole, eſt neceſſariorum: igitur à fortiori quorumcúnque aliorum. ¶Secunda autem pars, eſt nota de impoſſibili: quoniam nequit volūtas exequi ita eſſe quaſiter ſignificat: poteſt enim voluntas velle creaturam aliquam deo æquari: ſed nequit exequi. ¶Obijcit olkot tenens non cuilibet rationis iudicio voluntatem poſſe ſe conformare. ¶Primò: nequit iſti iudicio ſe conformare: nihil eſt volitum: patet: detur oppoſitum, ſcilicet, velit nihil eſſe volitum: tunc ſic: vult: igitur vult aliquid: igitur aliquid eſt volitum. Ergò non ſe conformat illi iudicio: nihil eſt volitum. ¶Reſpondeo: ſe conformat in volendo, quamuis non in exequendo.

¶Præterea, arguitur de iſto iudicio: nulli iudicio voluntas & ſe conformat, aut nulli iudicio eſt ſe conformandum: detur quòd illi ſe conformet: alicui iudicio ſe conformat: igitur non ſe conformat iudicio dictanti nulli iudicio ſe eſſe conformandum. ¶Reſpondeo: poteſt velle nulli iudicio ſe conformare: & ſic in volendo ſe conformat illi iudicio, nulli iudicio eſt ſe conformandum: patet, vult ita eſſe: non autem ei ſe conformat in exequendo. ¶Replico: nequit voluntas huic iudicio ſe conformare: eſt malum volendum: eſt miſeria amanda: aut iſti: bonum eſt odiendum: deus eſt odiendus. ¶Reſpondeo: quàmuis quorundam opinione, non ſit poſſibilis amor ſummæ miſeriæ: aut odium ſummi boni: de quo infrà, non ſequitur ex hoc actuum reflexorum impoſſibilitas, ſcilicet velle amare ſummam miſeriam; velle odire ſummum bonum.

Potentiam appetitiuam dirigit cognitiua: appetiuam quidem naturalem cognitiua intelligentiæ non errantis: appetiuam autem ſenſitiuam vel rationalem cognitiua ei coniuncta: meritò igitur cæcus dicendus eſt appetitus: nihilq; volitum niſi præcognitum. Cuilibet enim cognitiuæ ſua correſpondet appetitiua ei realiter identificata: & in ſuis actibus ei proportionata: atque in eiſdem dependens ab ea.

Cognitiuę ad potẽtiam eſt dirigere & appetitiuæ exequi.

PRIMVM NOTABILE.

¶Ipſius potentiæ cognitiuæ eſt dirigere: appetitiuæ autem, exequi. Potentiarum verò appetitiuarum, quædam dirigitur à potentia cognitiua ei eſſentialiter coniuncta: prout ſenſitiua, & rationalis: quædam autem à cognitiua, & extrinſeca: prout appetitiua naturalis, quæ à primę cauſſæ intellectu infallibili dirigitur. ¶Agens enim naturale, vnitatem modi agendi præciſius retinet: minuſq; in effectibus variabile. Plus autem agens ſenſitiuum. Et plurimum agens liberum in ſuo modo agendi diuerſificatur.

Cognitiuæ ad appetitiuam habitudo quadruplex.

¶Secundum notabile. Quadruplici habitudine: vt ſuprà tangebam, cognitiua, ſuæ appetitiuæ connectitur, videlicet correſpondentia identitate actuum proportione & eorum dependentia. ¶Primò igitur correſpondẽtia. Exempli gratia, intellectui, qui eſt potentia cognitiua, correſpondet voluntas, quæ eſt potentia appetitiua: pariter ſenſui interiori, vel exteriori cognitiuo ſua reſpondet appetitiua. Eſt igitur quidam guſtus cognitiuus ſaporis: & quidam guſtus appetitiuus eiuſdem: & ſic de alijs. ¶Secundò, identitate, vt voluntas intellectui identificatur: ſiue voluntas eſt ipſe intellectus: patet: voluntas, eſt anima volens, aut volitiua: intellectus autem, eſt anima intelligens, aut intellectiua. Pariter guſtus appetitiuus guſtui cognitiuo identificatur: idem igitur ſenſus numero eſt obiecti, cognitiuus, & appetitiuus eiuſdem diuerſis actibus.

Cognitiuæ cuilibet reſpondet ſua appetitiua. Cognitiuæ potẽtię idẽtificatur ſua appetitiua.

Cognitiuæ & appetitiuæ actus ꝓportionãtur.

¶Tertiò actuum proportione: ipſius enim intellectus, quædam ſunt notitiæ communes: quædam ſingulares: ſic ipſius voluntatis, quædam volitionis communes: quædam ſingulares,: & ita de alijs actuum differentijs. Ipſius pariter ſenſus ſunt duntaxat notitiæ ſingulares: ſic nec eius ſunt actus appetitiui, niſi ſingulares. Non eſt enim prorſus à probabilitate alienum, ſicut in intellectu, quædam ſunt notitiæ abſtractiuæ: quædam intuitiuæ requirentes obiecti præſentiam: ſic in voluntate ſuo modo volitiones abſtractiuæ: & quædam intuitiuæ, ſ. obiecti præſentiam requirentes: & penes hoc aſſignari poſſet differentia inter dei fruitionem in via: & fruitionem in patria: & hoc valde eſt ipſi materiæ de actu intrinſece bono accommodum: de quo aliàs. ¶Quartò, eorum dependentia. Voluntas enim ab intellectu depẽdet in ſuo actu: nequit enim tũm notitia ſenſitiua elicere actum: videlicet ſine intellectiua cognitione: nec ſenſus cùm intellectiua notitia poteſt in appetitiuum exire ſine ſenſitiua cognitione.

PRIMA CONCLVSIO.

Appetitus ſenſitiu9 potius ſuam cognitiuam ſequit quàm rationalis.

¶Pręciſius ſuam cognitiuam inſequitur appetitus ſenſitiuus, quàm rationalis. patet: poteſt appetitus rationalis cum eadem obiecti notitia intellectiua contrarios elicere actus: nunc velle: ſtatim nole; non autem appetitus ſenſitiuus: quinimò obiecti notitiam ſub ratione conuenientis apprehenſi, naturaliter ſequitur proſecutio; & diſconuenientis fuga: non autem ſic in voluntate. Tunc etiam ſenſus fortius appetit quod ſub maioris boni ratione ſentitur: non autem ſemper voluntas cognitũ melius plus amat.

Intelle. qualiter ſenſum cognitiuum corrigat & volũtas ſenſũ appetitiuũ

¶Secunda concluſio. Et ſi ratio ſenſum cognitiuum, & voluntas ſenſum appetitiuum corrigat: non tamen correctione ſubiectionis: patet: intellectus habẽs iſtud principium, nullum molle ſic applicatum frangit durum: & in virtute huius principij, iudicans baculum pro media parte in aqua non eſſe fractum: non per hoc facit ſenſum iudicare, vt ipſe: quinimò inuariatum manet in ſenſu fractionis iudicium; ſic ſenſu refugiente doloroſum

quod eſt volendum, voluntas illud volens non facit ſenſum illud proſequi. Quarè in huiuſmodi correctiõe neuter ſubijcit ſibi ſenſum: veruntamen vterq; à ſenſu diuertitur. ſcilicet aliter iudicans, aut volens.

¶Tertia concluſio. Reciproca poteſt eſſe inter intellectum, & voluntatem directio, ſeu correctio. Patet, volũtatem aliquid volentem poteſt intellectus reprehendere dictando ei illud non eſſe volendum: pariter intellectui aliquid credenti poteſt voluntas imperare non credi.

¶Primum dubium. Fames prima, aut ſitis, cuius obiecti cognitionem ſequatur: pono nullum præceſſiſſe cibi, vel potus experimentum: hac ratione coacti nonnulli concedunt appetitum ſenſitiuum quandoq; in incognitum ferri. Aliter reſpondeo: præmittens primam animalis famem, vel ſitim eſſe ſenſationem quãdam orificij ſtomachi tædioſam: aut actum huiuſmodi alterationis refugitiuum. ¶Sic igitur. Prima fames, vel ſitis, non eſt cibi, vel potus appetitus: quinimò poſt experientiam qua cognitum eſt famem, vel ſitim, ſeu huiuſmodi alterationem per cibum, vel potum remoueri: appetitur cibus, aut potus, tanquàm huiuſmodi tædioſæ ſenſationis remotiuus, aut naturæ reſtauratiuus. ¶Multiplicem famis, aut ſitis acceptionem, alibi per amplius declaro. Fames prima cuius obiecti ſit.

¶Secundum dubium. Appetitus ſenſitiuus cibum, vel potum appetens, cum ſit ſolum ſingularium, quem cibum, vel potum appetit. ¶Reſpondeo: quem alias guſtauit, cuius occurrit ſenſitiua recordatio: ſic equus auenam quam aliquandò guſtauit, aut vidit, ipſe appetit: cùm non ſit ei alterius ſpecies: & ſic nec alia ſenſitiua recordatio.

De liberi arbitrij obiectione.

CAP. II

Obiectũ idẽ cognitiuę & ſuę appetitiuæ.

Cognitiuæ, & ſuæ appetitiuæ, eſt idẽ obiectum adæquatum: & ſub eadẽ tam obiectiua, quàm inmutatiua ratione. Eſſe quidem cognitionis obiectum, eſt ipſum eſſe cognitum. volitionis autem, eſt eſſe volitum. Nõ dubitabit igitur philoſophiæ peritus, aliquorum actuũ voluntatis circunſtantias eſſe obiecta: & aliquorum non: quorundam plures, quorundam pauciores, pro voluntatis arbitrio: quæ in omne ſibi oſtenſum ferri poteſt, aut non ferri volendo, vel nolendo. Sic quodcunq; vitium, virtutis obiectum: & omnis virtus, obiectum vitij eſſe poteſt.

Vitiũ poteſt eſſe virtutis obiectum & contrà.

PRIMVM NOTABILE.

Dvplex eſt hic idẽtitas, videlicet obiecti, & rationis. Quò ad primã: omne cognitũ à potẽtia cognitiua poteſt eſſe à ſua appetitiua volitũ, aut nolitũ. Quò ad ſecundã pariter ſub ea ratione cõnotatiua, qua obiectũ eſt cognitũ, poteſt eſſe volitũ, vel nolitũ: quinimò & ſub ea ratione immutatiua: videlicet communi, ſingulari, affirmatiua, negatiua, categorica, hypothetica, diſiuncta, copulata, diſiunctiua, copulatiua: & alijs modis immutatiuis, quibus obiectum eſt cognitum, poteſt eſſe volitum, vel nolitum.

SECVNDVM NOTABILE.

¶ Ipſius intellectus obiectum, eſt ens. pariter & voluntatis. color, eſt viſus cognitiui obiectum: pariter & viſus appetitiui. ſonus, eſt auditus cognitiui obiectum: ſic & auditus appetitiui: & ita de reliquis. Quodlibet

igitur ens poteſt eſſe à voluntate volitum, aut nolitum: pariter omnis color à viſu: omnis ſonus ab auditu volitus, aut nolitus, nomine ad proſecutionem, vel fugam extenſo. ¶ Perſpicuum eſt igitur, vt dicebatur, omne vitium poteſt eſſe virtutis obiectum, ſcilicet nolendo: & omnis virtus vitij obiectum pariter volendo.

PRIMA CONCLVSIO.

¶ In hoc differt appetitus rationalis à ſenſitiuo: quoniã iſte neceſſitatur ferri in obiectum ſibi oſtenſum: non autem ille: quinimò ferri poteſt in plurium oſtẽſorum vnũ: aut in eorum multa, aut in nullum; patet, eſt potentia libera.

¶ Secunda concluſio. Tantæ eſt libertatis voluntas, qđ opere cum circunſtantijs ei oſtenſo, potens eſt ferri duntaxat in opus, aut in non opus cum vnica circunſtantia, aut cum duabus, vel pluribus: patet, opus oſtenſum nõ neceſſitat voluntatem ad volendum. igitur nec circunſtantia: exempli gratia, oſtenſa voluntati eleemoſyna dãda cum loco, tempore, fine, &c. poteſt hunc actum vnicum elicere: volo dare eleemoſinam: aut iſtum, volo dare eleemoſynam hoc loco: aut iſtum, volo dare eleemoſinam hoc loco, & hoc tempore: vel iſtum, volo dare hoc loco, hoc tẽpore, hoc fine. differunt ẽm, ſpecie actus illi, propter totalis obiecti alietatem. Ex quo fit perſpicuum aliquorum actuum voluntatis circunſtantias eſſe obiecta: & aliquorum non. id eſt, ipſas aliquibus actibus eſſe volitas, aut nolitas, & aliquibus non. ¶ Dupliciter ẽm contingit eas non eſſe obiecta quandoque: quia non oſtenduntur per intellectum voluntatis quandoque, voluntatis beneplacito, quæ in eas oſtenſas non fertur ſed ſuſpenſa, manet circa eas. Et ſic dupliciter accidit circunſtantias eſſe adiacentes, quandoque non oſtenſas, quandoque oſtenſas.

PRIMVM DVBIVM.

¶ An habitus dicendus ſit habere obiectũ. ¶ Reſpõdeo ſic. ſed diuerſimodè ab actu, nã act⁹ potẽtiã vitaliter imutat eã faciens in obiectũ tẽdere: habit⁹ aũt ad huiuſmodi

Habitus an obiectũ habeat.

actum inclinat:horum enim quatuor, idem eſt obiectũ, videlicet ipſius potentiæ,ipſius actus, ipſius paſſionis, & habitus geniti ex actu.

Totale actus obiectum.

¶Secundum dubium.Penes quid attēditur ipſius act⁹ totale obiectum. ¶Reſpondeo: penes omnium collectionem in quæ fertur actus. ¶Diligenter enim in moralibus venit hæc collectio conſideranda:nam penes huiuſmodi totalitatem ſumitur ſpecifica actuum conueniētia,vel differentia,atque bonitatis,aut malitię crementũ, vel decrementum.

Regulariter voluntas,eſt poſsibilium ſub ratione boni & mali apparentium:ipſa nihilominus, eius abſoluta libertate,eſt poſsibilium, & impoſsibilium,& neutraliter oſtenſorum.Eſt pariter boni,& mali,& neutraliter oſtenſi,tam ſcilicet proſecutione,quàm fuga.Velle quidem poteſt impoſsibile: & nole poſsibile: velle malum: & nole bonum non aliter oſtenſum: ſicq; omnis obiecti cognitio ad volitionem ſufficiens, ad nolitionem ſufficit,& contrà.

PRIMVM NOTABILE.

De voluntatis obiecto quãtũ ad poſſibilitatem.

¶De poſſibili,& impoſſibili,hæc propoſitio: voluntas, eſt impoſſibilium, poſtergato logices rigore capitur in hoc ſenſu:voluntas, eſt aliquorum volendo ea taliter ſe habere qualiter non poſſunt ſe habere:illa autem ſunt entia poſſibilia.Et ita de hac.voluntas, vult impoſſibile, id eſt aliquid taliter ſe habere,qualiter nequit ſe habere; & illud quidem eſt ens poſſibile.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Voluntas, poteſt velle impoſſibile oſtenſum ei tanq̃ poſſibile:patet,poteſt intellectus ei aſſentire:igitur & voluntas conſentire.poteſt etiam nole illud:igitur & velle, cum nulla ſit repugnantia.

¶Secunda concluſio.Poteſt voluntas velle impoſſibile oſtenſum ei tanquàm impoſſibile.patet, vbi per aliqua motiua oſtenderetur ei impoſſibile; & per alia fortiora

impoſſibile.

¶Tertia cõcluſio. Volũtas poteſt velle impoſſibile oſtẽſum ei, tanq̃ impoſſibile & nullo motiuo oſtenſum, tanquàm poſſibile, in quo ſcilicet nulla apparet poſſibilitatis ratio. patet: nil obeſt, & in hoc ipſa eſt intellectu potentior, qui nequit propoſitioni ineuidenti, ſine motiuo veritatis aſſentire, etiam interueniente ad hoc voluntatis imperio.

¶Quarta concluſio. Ex opinione probabili volũtas poteſt velle impoſſibile oſtenſum, non tanquàm poſſibile, neq; tanquàm impoſſibile. Nam ipſa poteſt velle complexè obiectum non oſtenſum complexè, videlicet ſimplicibus apprehenſionibus oblatum. Exempli gratia, cum ſolis apprehenſionibus ſimplicibus ſui & æqualitatis & dei, poteſt voluntas velle ſe eſſe deo æqualem: quod in lucifero fuiſſe aſſerunt dicentes voluntatem poſſe componere aut diuidere, intellectu non componente, aut diuidente.

¶Secundum notabile. De bono & malo, dubitant docti. An proprium voluntatis obiectum, ſit bonum vel malum, verum, aut apparẽs. Bonum quidem obiectum proſequutionis: id eſt volitionis: & malum obiectum fugæ, id eſt nolitionis. ¶Eſt vna opinio, quòd ſic, aſſerens voluntatem impotentem velle obiectum, niſi appareat bonum: nec nole, niſi appareat malum. ¶Contrà. non poſſet voluntas actum elicere ſine notitia boni, vel mali connotatiua: cùm ſic apparere, ſit notitiam taliter connotatiuam habere. ¶Prætereà, non videtur vndè ſit impoſſibilitas volendi ſe eſſe hominem ſine notitia boni, aut mali connotatiua: inſuper cur nequeat conſcientiæ dictanti hoc bonum eſſe agendum ſine alia cognitione ſe diſformare, videlicet nolendo illud: cùm non cogatur velle. ¶Amplius circa quicquid cõtingit mereri volẽdo: cõtingit demereri nolẽdo: opus igĩ præcepti oſtendatur ſolũ ſub ratione boni: cõtingit demereri nolẽdo illud: igitur cõtingit ipſum oſtẽſum ſolũ ſub ratione boni eſſe nolitum. Sint igitur concluſiones, non facta in logicali appellatione vi.

De volũtatis obiecto q̃tũ ad bonitatem, vel malitiam.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Voluntas,poteſt velle malum ſcilicet oſtenſum ei tanquàm bonum.iſtud eſt perſpicuum.

¶Secunda concluſio. Poteſt velle malum oſtenſum ei, tanquam malum:patet : vbi per aliqua motiua oſtenditur malum:& per fortiora oſtenderetur bonum,aut malum,ex vna conditione:& ex alia,bonum.

¶Tertia concluſio.Poteſt voluntas velle malum,oſtenſum tanquàm malum,non oſtenſum tanquàm bonum, videlicet in quo nulla apparet boni ratio ,patet : ex notabili.

¶Quarta concluſio. Poteſt velle obiectum oſtenſum non tanquàm bonum:neque tanquàm malum. oſtẽdo, poteſt velle ſortem eſſe hominem, nulla ei oſtenſa bonitate,vel malitia.¶Idem dico de nolitione , quò ad malum,poteſt nole bonum oſtenſum,tanquàm malum.poteſt nole bonum oſtenſum ei,tanquàm bonum, vbi alijs motiuis oſtenditur malum: poteſt nole bonum oſtẽſum tanquàm bonum non oſtenſum tanquam malum. Poteſt nole obiectum oſtenſum:nec tanquàm bonum nec tanquàm malum. ¶Et ad autoritates , nemo malè agit ad malum reſpiciens , & in hoc omnis malus ignorans. Hinc Auguſtinus libro queſtionum quod recitatur. xv. q.j.ca.merito.Si diligenter inſpiciatur, fortè ipſum peccare nemo velit:ſed ꝓpter aliud quod vult peccat.Omnes quippe homines qui ſcientes faciunt quod nõ licet : vellent licere facere:vſque adeò ipſum peccare nemo appetit,propter hoc ipſum , ſed propter illud quod ex eo ſequitur. Ex hoc videtur innuere Auguſtinus voluntatem non velle aliquid, niſi ſub ratione boni apparentis, honeſti, aut vtilis,vel delectabilis.¶Reſpondeo ſimiles autoritates eſſe intelligendas regulariter,& de potentia voluntatis ordinata:ſecus de potentia eius abſoluta,qua vult vti ſuæ libertatis plenitudine.

Intellectus huius propoſitionis,volũtas eſt impoſſibilium.

PRIMVM DVBIVM.

¶Cum obiectum intellectus ſit ens , pariter & voluntatis : qualiter dicatur voluntas impoſſibilium? ¶Reſpondeo,vt ſuprà;eſt entium etiam poſſibiliũ aliqualiter

ſe habere qualiter nequeunt ſe habere.

¶Secundum dubium. An omne vitium ſub colore boni ſurrepat? ¶Reſpondeo, regulariter ita eſt: non deeſt peccanti occaſio, atque in peccatis excuſatio; non tamen vniuerſaliter; vt ſuprà oſtendi.

An omne vitiũ ſurrepat ſub apparentia boni.

De liberi arbitrij actibus.

CAP. III

Liberi arbitrij actus prima diuiſione, ſunt volitio, nolitio, & actus mixtus, qualis eſt actus tertius medij in finem: quorum vnum eſt volitum: alterum autem nolitum. Quò fiet actum eundem eſſe diuerſorum, amorem, & odium: imò eiuſdem, diuerſis apprehenſionibus apprehenſi. Pariter actum eundem, fruitionem, & vſum: duliam: & latriam: eodemq́; actu mtensè, & remiſſe diligi. Dogmatizari enim ſolet: vniuerſaliter nolitionem præcedat volitio: ſiue odium, amor: actumq́; tertium medij & finis præcedant ipſorum extremorum actus: ſic nec poſſe primum voluntatis actum, nolitionem eſſe, ſiue odium, aut actum tertiũ finis, & medij. A` quorum ſententia recedens, dico: quamuis id communiter accidat: liberi tamen arbitrij facultati ſubiacet oppoſitum.

Triplex voluntatis act⁹.

Tritum dogma de ordine actuũ.

PRIMVM NOTABILE.

DVbitant multi an poſſit eſſe vnus, idemq́; actus finis,

De vnitate actus medij & finis.

& mediorum ad finem:ſed profectò non video hoc du‑cendum in dubium,ſcilicet,quin præter duos extremo‑rum actus,elicibilis ſit vnus tertius amborum.Oſtendo: intellectus vno ſimplici aſſenſu poteſt propoſitioni hy‑potheticæ cauſſali,vel alteri aſſentire: nec quidpiàm vo‑lũtati obeſt:cur nequeat pariter vno ſimplici actu ſic vel‑le hypotheticè:dico igitur,ꝙ poteſt.Exẽpli gratia,Ama‑re proximũ propter deum vno ſimplici actu qui ſit am‑borum amor:& proximi propter deum.Ille idem actus, eſt vſus,& fruitio:vſus proximi; & fruitio dei:nam illo actu proximus propter deum diligitur:& deus propter ſe.Idem pariter actus,eſſe poteſt dulia,& latria: prout il‑le,quo quis honorem exhibet creaturæ propter deum ſu per omnia colendum:ipſe inquàm,eſt dulia creaturæ,& dei latria:toto illo actu diligitur deus: & eodẽ toto actu creatura:& illo quidem actu intenſius deus,quàm crea‑

Corollariũ. tura diligitur.Ex his promptum eſt actum eundem eſſe amorem,& odium:& ita volitionem,& nolitionem: cu iuſmodi eſt actus, quo quis vult orare propter peccatũ vitandum:eſt amor,volitioq́ orationis, & odium, atq́

Corollariũ. nolitio peccati.Similiter actus,quo quis odit peccatum propter deum,eſt peccati odium,& amor dei. quinimò fatendum eſt actum eundem reſpectu eiuſdem obiecti diuerſis apprehenſibilibus apprehenſi odium & amorẽ eſſe:gratia exempli:pecuniam, qua fratri ſubuenire pro‑ponebas, ipſe frater furetur te credente alterum feciſſe: & ex hoc odias furem propter fratrem amatũ;iſte actus, eſt ipſius fratris odium & amor eiuſdem.

¶Secundum notabile. In actu tertio non fit bonitatis, & malitiæ mixtio;quæri enim poſſet.an actus tertius re‑latiuus medij illiciti in finẽ bonum:aut medij liciti in finẽ malũ ſit bonus,& malus:bonus,reſpectu vnius,& malꝰ reſpectu alterius:prout velle mẽtiri ꝓpter ſaluandũ ꝓxi‑

Ex integro naſcit̃ bonũ. mi honorẽ; aut velle propter vanã gloriã ieiunare. Re‑ſpondeo,totus malus eſt:& non bonus. Nam bonitas ex cauſſarum integritate,atq́ circunſtãtiarum ſurgit:ma‑litia autẽ ex vnius defectu. ¶Circũſtãtia igit̃ vna vitiãs, aufert ab actu moralem quãcunq́,bonitate quę ineſſet.

Prima

PRIMA CONCLVSIO.

¶Communis eſt:& trita,loquentium ſententia, actum medij & finis tertium ab actibus extremorum depēdere:& non ſic eſt. probo: poteſt intellectus actu ſimplici hypotheticè intelligere ſine extremorum aſſenſibus. Igitur & voluntas velle,quæ potentior eſt,& quæ communiori opinione poteſt cōponere, & diuidere, intellectu non componente,vel diuidente. ¶Dico igitur duo. Primum,poſito in intellectu iudicio comparatiuo de diligēdo proximo propter deum:poteſt immediatè voluntas illi iudicio ſe conformare vno actu nullos alios actus præeliciens. ¶Dico ſecundò.ab actibus ſimplicibus extremorum non neceſſitatur voluntas actum elicere. Tertium:quinimò liberè eum elicit,etiam ſtantibus duobus extremorum actibus:ille enim tertius actus eſt liber.

An actus medius pendeat ab extremis neceſſariò,

¶Secunda concluſio. Communi opinione omnis nolitio volitionem præſupponit,ſic q̇ nihil ſit nolitum, niſi quia apprehenditur aliquid volito repugnans: nihilq́ odiatur,niſi quia alicui rei amatæ contrarium: id tamen falſum eſt:ſuadeo:contingit primum appetitus ſenſitiui actum eſſe nole,ſeu actum refugitiuum: ſcilicet quandò primum obiectum ſenſui occurrens, eſt diſconueniens atq; doloroſum: nec minus potens eſt voluntas: quarè dico vbi primum obiectum voluntati oblatum oſtenderetur ei ſub apparentia mali odibilis, poſſet ipſa illud reſpuere:ſiue nole abſque alio actu.ſic igitur eſſet ſine amore odium.

An volitio à volitione pendeat.

¶Primum dubium. An voluntatis actus ſit cognitiu°. ¶Reſpondent nonnulli affirmatiuè,dicentes volitionē eſſe quandam obiecti cognitionem. ¶Hæc opinio caret fulcimento:tum etiam voluntas per proprium eius actum ſufficiēter illuminaretur. Præterea,cur obiecti volitio eſſet notitia apprehenſiua potius q̇ iudicatiua: aut cōtrà. ¶Teneo igit̄ cōtrariū:& dico diuerſos eſſe immutādi modos cognitionis,& volitiōis. Cognitiōis em̄ immutatio, nō eſt ꝓſecutiōis, vel fuge: ſed cuiuſdā repræſentationis ſimilitudinariæ, qua ſcilicet qualitas illa exiſtens naturalis ſimilitudo obiecti potentiā facit tendere

An voluntatis actus ſit cognitio obiecti.

cognitiuè in obiectũ.volitionis autè immutatio,eſt proſecutionis,nolitionis,aut fugę faciẽs ſcilicet animę proſecutiuè,vel refugitiuè in obiectum tendere.

Volitio an ſit perfectior cognitione ſeu voluntas intellectu.

¶Secundum dubium.Cuius duarũ potentiarũ ſit actus perfectior:ſolet moueri quęſtio:an perfectior ſit volũtas, quàm intellectus:videlicet penes eorũ actus. nam potẽtiarũ non eſt realis diſtinctio.intellectus quidẽ eſt voluntas,& econuerſò.Ad dubium ſunt contrariæ authorum opiniones:ſed vera mihi videtur illa voluntate intellectui præferens.tùm nobiliſſima animę proprietas, eſt libertas,quę volũtati cõpetit:nõ intellectui vt tali: tùm etiam ꝙ intellectus voluntatẽ dirigat,iſtud eſt per modũ famulãtis dominę ſuæ quæ eſt minus nobilis cõditio ꝙ dominari. Præterea volũtatis eſt imperare alijs potẽtijs, etiã intellectui imperat, nõ contrà,quæ eſt nobilior conditio. Amplius: omnis potentia cognitiua,eſt propter appetitiuam ordinata:& non econuerſò. Igitur eſt perfectior:ſufficiant pro nunc hæ rationes.

Libertas voluntati competit.

Odium dei an ſit poſſibile.

¶Tertium dubium.An deus ſit obiectũ terminatiuè capax odij.Ad hoc eſt vna opinio quam ſequitur doctor ſubtilis aſſerens odiũ dei non eſſe poſſibile:& pro eo, auditis omnibus cõtra eũ argumentis,dicendũ eſſet id nõ ex parte potentiæ intellectiuæ:neq; etiã appetitiuæ ꝓuenire:ſed ex obiecti natura tantæ perfectionis,atq; excellentiæ:vt nequeat odiũ terminare:quemadmodũ ſonus viſionẽ terminare nequit:cũ igitur ter arguunt: ſub quacunq; odibilitatis apparentia poteſt ab intellectu apprehendi creatura:etiã deus:ſed rationes, ſeu apparentię odibilitatis creaturæ ſufficiunt voluntati ad eliciendũ obiecti creati odium:ergo illæ deo applicatæ ſufficient voluntati ad eliciendũ eius odiũ:cõſequẽtia patet cũ maiore:& minor ꝓbatur:poteſt intellect⁹ errãs deũ tanꝙ iniuſtẽ vltorẽ apprehẽdere,atq; tyrãno deteriorẽ:quia ſcilicet pro momẽtaneo peccato ſempiternã infligit pœnam. Reſpondere cõſequẽter cõceſſis præmiſſis negãdo cõſequẽtiã:nõ probat eñ illud argumentũ aliud, ꝙ odij dei impoſſibilitatẽ,nõ ex parte intellectus,aut volũtatis ꝓuenire.Prouenit autem ex natura obiecti. Et ad authoritates

quę videntur odiū dei prohibere,atq; aſſerere ipſum eſſe peccatorū grauiſſimum.Reſponderetur accipi odiū pro dilectionis omiſſione,tempore quo diligendus eſt de⁹: aut pro crimine in deū patrato,ac ſi ipſe odio haberetur: prout eſt nominis dei deteſtatio,aut diuinū cultū ſpernere:& huiuſmodi quæ non neceſſariò ex dei odio habēt originē.❡Eſt alia cōtraria opinio profectò probabilior: ſuadeo:nihil eſt aſſerendū niſi experiētia,authoritas, vel ratio monſtret:ſed nullo illorū triū monſtratur odij dei impoſſibilitas.Primò:non experientia:quinimò contrarium ex magna voluntatis libertate. Secundò. non authoritate:nam valdè plures ſunt authoritates hoc nomine odium dei vtentes.Tertiò.non ratione:cūm ſint lōgè fortiores in oppoſitum.vt infrà patebit intuenti. Prætereà(intellectu errante apprehendente illud obiectum tanquàm ſibi diſconueniens,atq; odibile per hoc quòd æternā infligit pœnā à qua liberaretur ſi deus non eſſet, credente pariter erroneè poſſibile deum non eſſe)poſſet ex hoc voluntas velle deum non eſſe,& iſtud eſt verè odium:poſſet & vindictam appetere,volēs male eſſe deo quod pariter eſt odium:igitur odiū dei eſt poſſibile. hæc eſt ratio fortior ratione contrarium opinantium, quæ eſt hæc:nulla in deo imperfectionis, vel odibilitatis ratio: igitur non poteſt volūtas odium dei elicere. Prorſus inualidum eſt hoc argumentū:nam conſtat voluntatē non ferri in obiectum iuxta ſuæ naturæ proprietatem: ſed ſecundū quod apparet & oſtendit̄ per intellectū tale, vel tale: poteſt autē per intellectū errantē oſtēdi volūtati ſub rationib⁹ odibilitatis : quarè poterit odiri ſic apparens.

❡Quartum dubium.Præcedenti continuū: ꝙ claræ dei viſioni odium eius ſit cōpoſſibile.Quidam præcedentis dubij partē affirmatiuā tenentes,reſpondent ad iſtud negatiuè.❡Sed teneo ſic:ſuadeo:cum ea ſtat iudicium ſub rationibus odibilitatis oſtēdens ipſum, ſcilicet oſtendēs deum eſſe ei nociuum.: quia ſempiternæ gehennæ inflictiuum : prout eſſet in damnato, cui clarè appareret: deus : poſſet enim velle deum non eſſe ; quatenus à tanta liberaretur pœna, hanc materiam amplius in

Odiūm dei an ſit clarę eius viſioni cōpoſſibile.

quarto examinaui:ſed pro nunc vlterius fateor, & dico admiſſos eſſe in voluntate actus naturales ex obiectorũ intuitionibus ſurrepentes:ita quòd viſionẽ ſummi boni concomitaretur naturaliter amor,non eſſet odium illius generis poſſibile,ſcilicet per modum intuitiõis ſe habẽs: nam dei intuitio ſimplex nullam habet odibilitatis connotationem:poſſet tamen cum illo amore ſtare dei odiũ alterius generis complexum:& non per modum intuitionis ſe habens.

Odium dei intuitiuum impoſſibile abſtractiuũ ſic.

¶Quintum dubium.Pro quo cõtra dicta obijcitur eſſe peccatum aliquod infinitæ malitiæ, ſcilicet odium dei. patet:ipſius odij deĩ quælibet pars proportionalis eſſet peior quàm hoc odium proximi: & ſunt infinitæ tales partes in dei odio;ergo in eo ſunt infinitæ malitiæ maiores,quam malitia huius odij proximi: igitur vnam infinitam malitiam conſtituent.Reſpondeo, argumentũ ità de odio proximi procederet ad certum actũ minus malum cõparatę:quarè nõ probat impoſſibilitatẽ odij dei: veruntamen pro obiectionis materia ſunt hic incidentaliter duæ habendæ regulæ. ¶Prima:peccatorum ſpecie differentium,vnum eſt altero infinitę grauius: odiũ dei quantuncunq; remiſſum,eſt odio proximi quantũcunq; intenſo grauius:nec poteſt æquari,prout nequit nigredo per quodcũq; ſui augmentum attingere perfectionis albedinis æqualitatem:non enim potuit peccatũ adæ per quotcunq; detrimenta ſibi, & ſuæ poſteritati futura aggrauari vſq; ad æqualitatẽ peccati euæ quod fuit appetitus ęqualitatis diuinę ſcientię.Peccatum autem adę, fuit velle per eſum pomi vxori cõplacere quam contriſtare timuit. ¶Secunda regula. Peccatorum ſpecie differẽtiũ pœnæ eſſentiales ſpecie differunt; quarè vna in infinitũ eſt alia peior:cĩpuis etiã non ſit intenſior: mirandũ: videmus enim duos ſapores æque intenſos ſpecie diuerſos inæqualiter guſtũ lædere:& per vnũ quàm per alterum peius eſſe guſtui:pariter in ſaporibus qualitatiuè æqualibus conuenientibus inęqualiter benè eſſe:ſic in pœnis: & præmijs eſſentialibus.¶Corollariè ſequitur.non cuilibet peccato grauiori reſpondet pœna intenſiuè maior:

Duæ regulę.

Prima regula.

Secũda regula.

Peccato grauiori non

ſtat dei odiũ vſq; adeò remiſſum eſſe:& odium proximi tam intenſum:vt pœna primi ſit pœna ſecundi graduali ter remiſſior:infinitè tamen peius erit animæ per illam, quàm per iſtã intenſiorẽ. ¶Ex his habetur reſponſio: nã in rebus ſpecie differentibus infinita inter ſe inæqualia, & aliquo certo alterius ſpeciei maiora non conſtituunt aliquid infinitè tale:exempli gratia,infinitæ partes huius albedinis proportionales perfectiores hac nigredine nõ conſtituunt infinitã albedinis perfectionẽ:ſed benè albedinem infinitè hac nigredine perfectiorem.

ſemper pena reſpõdet intenſiuè maior, deterior autẽ ſic.

ACtuum liberi arbitrij,quidam obiectiuè incomplexus:quidam complexus obiectiuè: incomplexum dico,quod voluntas in obiectum fertur nõ affirmatiuè, aut negatiuè:complexum autem, per oppoſitum. Quarè quendam eſſe cathegoricè complexũ: quendam hypotheticè conſtabit.

Actuũ voluntatis quidam incomplexi quidã complexi.

PRIMVM NOTABILE.

¶Opinantur aliqui nullum voluntatis actum eſſe obiectiuè incomplexum:& id ſuadent:nam velle deum,non eſt aliud,quàm velle deum eſſe,aut velle deũ eſſe deum. Prętereà (teſte Ariſtotele ſecũdo rhetorices)diligere aliquem,eſt velle illi ineſſe bonũ:tùm aliter in via eſſent ſimul in voluntate duæ fruitiones dei: & pariter in patria ſcilicet vna obiectiuè ſimplex,& alia cõplexa. ¶Reſpondeo:bonũ notitia ſimplici oſtenſum volũtati placet etiã priuſquàm velit ei aliquid ineſſe,vel infore: dico igitur, illa prima boni placentia eſt ſimplex amor ſimplici notitiæ boni correſpondens: dèinde ex illa boni placentia optat illi voluntas bonum aliquod ineſſe,vel infore: & iſte eſt actus obiectiuè cõplexus.& quamuis poſſit præpoſterari ordo,tamen regulariter ex primo elicitur ſecundus. ¶Nego igitur non eſſe aliud velle deũ: quàm velle deum eſſe,vel ipſum eſſe deum:ſed actus ille eſt quidam dei amor,atq; complacentia. Poteſt enim ipſi voluntati placere tãta ſummi boni pulchritudo abſque hoc quòd velit ei aliquid ineſſe,vel infore. ¶Et ad Ariſtotelem dico regulariter ita fieri ſcilicet ex tali amore ſimplici bonũ

Amor rei ſimplex eſt quidem eius placentia.

aliquod ineſſe optamus rei ſic amatæ: ſunt nihilominus actus diſtincti: quarè in Ariſtotelis dicto debet potius efficientiæ habitudo quàm habitudo identitatis intelligi. ¶Dico inſuper extenſo fruitionis nomine non incōuenit ſimul obiecti eiuſdem in voluntate plures eſſe fruitiones, tam in via, quàm in patria: prout in intellectu eſſe eiuſdem obiecti ſimul duas notitias: vnam ſimplicem, aliam complexam, vnam apprehenſiuam, alteram iudicatiuam.

Actus complexus per terminū eius expreſſiuum cognoſcitur.

¶Secundum notabile. Per terminum obiecti expreſſiuū cognoſcitur incomplexio, vel complexio. Exemplū primi. Amo ſortem. Exemplum ſecundi. Volo ſortem eſſe doctum: volo eum eſſe prudentem: & ipſum eſſe iuſtum: volo papam ſedere, vel ipſum non ſedere: volo ſortē ſaluari ſi ipſe eſt in gratia: volo iſtum puniri, quia ipſe demeruit. ¶Hic notetur, quòd talium propoſitionū multæ ſunt diſtinguendæ. capi em̄ poſſunt in ſenſu tam cathegorico, quā m hypothetico: in ſenſu quidem cathegorico, verbo cadente in totum ſequens: in ſenſu autem hypothetico, verbo duntaxat primam partem modificante. Exempli gratia, pone in me volitionē qua volo ſortem puniri: & non aliam obiectiuè complexam. hæc propoſitio, volo ſortem puniri, quia demeruit, eſt vera in ſenſu cathegorico: nā denotatur ꝙ ipſum demeruiſſe eſt cauſſa qua eſt mihi punitionis eius volitio. in ſenſu autem hypothetico falſa eſt. Nam denotatur ineſſe mihi totius illius hypotheticę volitionē, ſortes punitur quia ipſe demeruit, quòd eſt ex hypotheſi falſum.

¶Primum dubium. Iuxta modum dicentium volūtatem poſſe componere, vel diuidere, intellectu non componente, vel diuidente. an valeat pariter voluntas hypotheticè velle intellectu nō hypotheticè intelligente? Reſpondendum ſic eadem ratione.

Voluntatis actus nō ex partibus diuerſarū rationū cōponit.

¶Secundum dubium. An actus voluntatis complexus ſit ex partibus diuerſarum rationum compoſitus. ¶Reſpondendum non, ſicut nec ipſius intellectus aſſenſus: habet tamen prout omnis alia qualitas partes ſuas graduales, videlicet eiuſdem ſpeciei ſeſe intendentes.

Ctuum liberi arbitrij, quidam efficax, quidā inefficax: efficax, qui natus eſt circunſcripto aliūde impedimento operationem ſortiri imperatā: & per oppoſitū dicitur inefficax: primus, per volo explicari ſolet: ſecundus, per vellem: primus, volitio: ſecūdus, velleitas, aut complacentia appellatur. Nole pariter duplex: efficax, & inefficax. Primum, per nolo: ſecundum, per nolem communiter exprimitur: illud, nolitio: iſtud, noleitas nuncupatur. vtrumque nihilominus verè nolitionem appellari & rectè per nolo explicari poſſe minimè contradico. Non enim penes actuum intenſionem, & remiſsionem hæc ſumitur efficaciæ & inefficaciæ differentia: nec penes obiectorum alietatem: ſed ſpecie diſcriminantur, differentia ſuos immutandi modos ſumpta. Eſt itaq; efficax potior: videlicet in bonis melior: & in malis deterior. Actuū liberi arbitrij quidam efficax quidē inefficax. Act9 efficax & inefficax differunt.

PRIMVM NOTABILE.

¶Quidam actum efficacem ſic definiunt: eſt quo volēs aliquid, quærit media ad aſſequendum illud. non valet hæc definitio: volitio em̄ efficax operationis: & ipſa mediorum volitio ſunt actus condiſtincti: tùm etiam ſubiectæ libertati voluntatis cum volitione operationis efficacis nullatenus media quærere: fateor tamē regulariter ſic eſſe videlicet volens efficaciter finem quærat; actum igitur efficacem, vt ſuprà, definio. Actus efficacis quid deſcriptio reprobata.

¶Secundū notabile. Actus inefficax nequit efficax fieri: quātuncunq; em̄ gradualiter intendať nō ſortireť exteriorē operationē ab eo imperante. ¶Sequitur corollariū. efficacia, & inefficacia non ſunt differentiæ penes gradualem intenſionē ſumptæ: imò contingit actum inefficacem actu efficace eſſe gradualiter intenſiorē: ipſius em̄ actus efficacis quantuluſcunq; gradus eſt actus efficax: nō dico æquè efficax aut æquè promptè exequens operationem aut æqualiter vincens impedimentū: ſic inefficacis quantuluſcunq; gradus eſt actus inefficax. Actus inefficax nequit efficax fieri.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Ad efficaciam non requiritur operationis imperatæ efficientia: ſed ſufficientia eiuſdem. patet:contingit actũ inuariatum operationem imperatam non ſortiri: & poſteà eundem continuatum producere eam remoto impedimento.¶Dico igitur: non omnis efficax volitio operationem ſortitur exteriorem.nam quandoq; extrinſecum requirit ſuffragium:prout mẽbrorum corporis, vel aliorum,quorum defectu impeditur volitionis executio in ſe efficacis ex qua exterior produceretur operatio ſecluſo extrinſeco impedimento:ipſa enim efficax volitio, eſt operationis imperatę cauſſa merè naturalis: quare à ſua efficientia prout aliæ cauſſæ naturales poteſt ab agẽtibus naturalibus impediri.

Actus efficax eſt in bonis melior & in malis deterior.

¶Secunda cõcluſio.Actus efficax eſt actu inefficace potior in bonitate,vel malitia:ſcilicet in bonis melior,& in malis deterior.id probatione non eget: & ita efficaciter volens eleemoſynam dare & dans:plus meretur quàm inefficaciter volens dare,& nõ dans:nec quidem ratione actus exterioris eſt hæc inæqualitas:ſed ex actuũ interiorum ſpecie differentium diſcrimine.vbi enim actus ille efficax impediretur ab operis exterioris efficientia: non minus eſſet meritorius ꝙ nunc cũ opere exteriori.

Habitus aliquis an ſit dicendus efficax.

¶Primum dubium:An iuxta duo illa actuum genera: duo ſint genera habituum.¶Reſpondeo ſic:& ſumitur efficacia,vel inefficacia comparatione ad actum:ex actu quidem efficaci habitus efficax:ex inefficaci inefficax generatur:& ad ſimilem actum inclinatiuus.

Velle formaliter imperat quis.

¶Secũdum dubium.An idem ſibi velint actus efficax: & actus formaliter imperatiuus executionis.¶Reſpondeo ſic:cui adiungo velle formaliter imperatiuum eſſe: velle abſolute efficax:velle autem æquiualenter imperatiuum ſolet definiri velle cõditionaliter efficax. Exempli gratia:membrũ applicans ad dandã indigenti eleemoſynã habet primi generis volitionẽ dationis ; pauper autẽ nõ habens vndè,qui ſi haberet daret, habet ſecũdi generis volitionẽ.¶Solet dici iſte actus habere pro obiecto impedimentũ,non autẽ primus ; quarè ſpecie differunt:

nec velle æquiualenter imperatiuum, effici poteſt formaliter imperatiuum. ¶ Sed quicquid de cõmuni illa definitione cenſendũ ſit: dico dupliciter aliquod velle poteſt cõditionale nuncupari. vno modo obiectiuè: videlicet quia in totali eius obiecto implicetur conditio, cuiuſmodi totius conditionalis volitio. Alio modo: quia gratia alicuius conditionis ineſt actus ille ſine quo haberetur efficax: cognito enim operis impedimẽto, elicitur volitio operis inefficax: loco cuius ſine tali impedimento elicita fuiſſet alia efficax: illa igitur non incongruè conditionata atque etiam æquiualenter imperatiua diceretur: quoniam volitionis efficacis, quæ impedimento ſecluſo ineſſet gerit vicem, & locum tenet.

Aliqđ velle poteſt dupliciter conditionale nuncupari.

Actuum efficacium, quidam plenè efficax: quidã ſemiplenè: primum dico eum qui iuuamine alterius ſubſumpti dictaminis non indiget: ſecundũ autem, per oppoſitũ. Efficax enim ipſius finis volitio dictamine mediorum adiuta efficitur efficax mediorũ ad finẽ: pariter efficax maioris ſyllogiſmi practici volitio cũ iuuamine dictaminis minoris ſubſumptæ reddit̃ efficax concluſionis: illa volitio dictamine adiuta volitionẽ efficacẽ medij: & iſta volitionẽ cõcluſionis efficacẽ comproducit: pariter ipſius finis volitio efficax iuuante dictamine medij repugnãtis effic̃it efficax impeditiua medij. nolitio autẽ efficax finis ſuffragante dictamine medij neceſſario cõducẽtis ad finẽ efficitur efficax impeditiua medij: vtraq; igit̃ dictamine adiuta nolitionẽ medij coefficit. ¶ Perſpicuũ eſt igitur quàm vtiles in bonis, & quàm pernitioſi in malis, ſunt vniuerſales actus atque finiũ: ſunt enim aliorum fœcundi propagatores.

Actus efficax duplex.

Efficax volitio aut nolitio finis aut maioris ſyllogiſmi qualiter ad mediũ aut ad cõcluſionẽ ſe habent.

BIBLIOTECA NA ROMA VITTORIO EM

PRIMVM NOTABILE.

¶ Actus plenè efficax, eſt actus efficax operationis ab eo imperatæ: prout volo loqui: hæc volitio loquutionẽ efficit: actus verò ſemiplenè efficax eſt, qui alicuius ope-

Quid actus plenè efficax & q̄ ſemiplenè efficax.

rationis non ab eo imperare eſt effectiuus cum alicuius dictaminis iuuamine. Exempli gratia, volo ſanitatē: hæc volitio non ipſam ſanitatem efficit: ſi tamē fuerit efficax: & oſtendatur voluntati potatio rei amaræ ſanitati neceſſaria, ipſa cum hoc dictamine efficit potationis rei amarę volitionem; hæc autem volitio ipſam potationem efficit.

Idem actus eſt plenè vnius operatiōis efficax & alterius ſemiplenè.

¶Secūdum notabile. Contingit eundem actum eſſe plenè vnius operationis efficacem, & ſemiplenè alterius: prout efficax velle ambulationis eſt plenè illius operationis efficax: & ſemiplenè efficax volitionis medij oſtenſi neceſſarij ad ambulationem. ¶Sint igitur concluſiones pro regulis habendæ.

¶Prima regula. Efficax volitio finis cum iudicio medij ad illum finem neceſſarij efficit illius medij volitionem. hinc dici ſolet: volitio efficax finis, eſt mediorū ad finem effectrix: & addo ſaltem effectrix volitionum mediorū, ſcilicet quæ per intellectum voluntati oſtenduntur ad illum finem neceſſaria.

¶Secunda regula. Maioris ſyllogiſmi practici efficax volitio cum iudicio minoris efficit ipſius concluſionis volitionem. Exēpli gratia, huius ſyllogiſmi omne opus pręcepti eſt faciendum: & hoc eſt opus præcepti: igitur eſt faciendum: dico, hæc volitio efficax volo omne corpus præcepti facere cum iudicio dictante hoc eſſe opus præcepti, cauſat huius operis agendi volitionem.

¶Tertia regula. Volitio efficax finis cum iudicio medij fini repugnantis, atq̧ eum impediētis, efficit illius medij volitionem. Exempli gratia, efficax ſanitatis volitio cum iudicio dictante potionem huius veneni ſanitati repugnare efficit potionis huius veneni nolitionē: & ita efficax volitio placendi deo cum iudicio dictante homicidium illi repugnare, homicidij nolitionem comproducit.

¶Quarta regula. Alicuius finis efficax nolitio cum iudicio medij ineuitabiliter ad illum finem conducentis, nolitionem huiuſmodi medij cauſat. Exempli gratia; efficax

ægritudinis nolitio cum iudicio dictante huius veneni potionem eſſe ineuitabiliter ægritudinis illatiuam efficit potionis huius veneni nolitionem: ſic efficax offenſionis dei nolitio cum iudicio dictāte hoc homicidium eſſe dei offenſiuum nolitionem homicidij coefficit: patet igitur quàm vtiles in bonis, & quàm perniciosi in malis ſint huiuſmodi vniuerſales actus aliorum actuum genitores.

¶Primum dubium. An ad volitionem finis aut maioris ipſius ſyllogiſmi eſſe efficacem medij aut cōcluſionis, requiratur dictaminis ſubſumpti veritas? Reſpondeo: impertinens eſt huic efficaciæ veritas. Efficacia volitionis nō requirit dictaminis veritatem nec ſufficit apprehenſio.

¶Secundum dubium. An ad talem efficaciam ſufficiat illius ſubſumpti ſine iudicio apprehenſio complexa.

¶Reſpondeo non: veruntamen fateor cum huiuſmodi apprehenſione poſſe voluntatem ſua libertate actum medij, aut concluſionis elicere: non autem id fiet in virtute efficaciæ volitionis finis, aut maioris ſyllogiſmi practici.

SE compatiuntur eiuſdem obiecti velle & nole: vnum efficax: & alterum inefficax. ¶Stant itaque ſimul efficax fornicationis nole: & eiuſdem inefficax volitio, ſiue complacentia: pariter velle efficax iejunandi: & eiuſdem inefficax nolitio, ſeu quædam ipſius diſplicentia. Id in mandatorum obſeruantia diligenter conſidera: crebrò enim cum peccato fit efficax operis præcepti executio cum peccato quidem per velle, aut nole inefficax: ſcilicet complacentiæ, vel diſplicētiæ. Quandò igitur timore pœnæ quis non fornicatur biphariam eſſe poteſt: aut timor vtrunq; velle fornicationis tollit: aut ipſe velle inefficax relinquit: idem in operibus bonis: idem pariter de amore præmij, aut de alio motiuo cenſendum eſt. Velle & nole eiuſdem obiecti ſunt cōpoſſibilia vnū efficax & alterū inefficax.

PRIMVM NOTABILE.

Actum non ponit ipſa cõditionalis per quã act⁹ inefficax exprimi ſolet.

¶Solet talis actus inefficaciꝫ explicari & male ꝓpoſitione conditionali. exempli gratia: vellem furari ſi non immineret pœna: vt enim libro de libero arbitrio oſtendo hæc propoſitio, nullum denotat ineſſe actũ: ſolũ denotatur quod ineſſet actus poſita conditione illic expreſſa. quarẽ quamuis cum talis conditionalis veritate ſæpe ſit actus inefficax in voluntate: poteſt tamen illa propoſitio ſine voluntatis actu verificari: vt ſubtiliter conſiderãti innoteſcet: voluntate enim nullum actum habente: haberet tamen velle ſi non immineret æterna pœna retrahens. hæc propoſitio eſt vera, ſortes vellet fornicari ſi nõ immineret pœna: & verẽ de ſeipſo dicit, vellem fornicari ſi non immineret pœna.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Compoſſibiles ſunt actus prænominati. probo. cum ſint diuerſorum generum non eſt inter eos contrarietas. tũm etiam experimento. Nam in volente efficaciter proijcere merces in mare, eſt quædã proiectionis diſplicẽtia: hanc dico nole inefficax quę efficacem compatitur volitionem.

¶Secunda concluſio. Prout eiuſdem obiecti velle efficax: & nole inefficax: aut econuerſò ſe compatiuntur: ſic eiuſdem obiecti velle inefficax & velle efficax. patet: cõmuniter operis oſtenſi conuenientis habetur quædam complacentia priuſquàm per efficacẽ volitionẽ fiat executio: & idẽ de nolitione.

Actus inefficax tempore quo quis ad efficacẽ obligatur nõ eſt per hoc vitioſus.

¶Primum dubium. An actus inefficax eo tempore quo quis ad efficacem obligatur ſit vitioſus? ¶Reſpondeo non. cum ſit operis boni conformiter rectæ rationi elicitus. nec recta ratio dictat non eſſe efficaciter volendum: ſed eſſe efficaciter volendum. ¶Dictamini igitur dictanti aliquid eſſe agendum, poteſt voluntas in volendo ſe conformare tam per actum efficacem, quàm per inefficacem. ¶Veruntamen, an in caſu dubij retento, hęc propoſitio ſit vera: eſt inefficaciter volendum. ¶Reſpondeo quòd ſic. ſaltem dictione non obligationem importãte: prout iſta eſt huic complacendum; licitum eſt complace

re: licitum eſt actum complacentiæ inefficacem habere. ¶Secundum dubium. An actus inefficax ſit habitus, aut paſſionis productiuus? videtur quod non: aliàs eiuſdem obiecti ſe compaterentur contrariæ paſſiones. ſcilicet ex volitione efficaci gaudium: & ex nolitione efficaci triſtitia. ¶Reſpondeo ad dubium affirmatiuè. & ad obiectionem, quibuſcunq; vocentur nominibus paſſiones illę, dico eas non eſſe formaliter contrarias: ſicut nec actus. Dogmatiſant enim communiter ad triſtitiam ſufficere nolitionem conditionatam: cùm ea tamen ſtat efficax operis volitio: ex qua cum iudicio conformi produci gaudium non dubitabit quis philoſop. hię gnarus: ſtabunt igitur ſimul triſtitia & gaudium.

Actus ineffi cax eſt tã habitus quàm paſſionis productiuus.

ACtuum liberi arbitrij, quidam liber: quidam naturalis: liber, quem liberè elicit voluntas, videlicet ex ſe potens eum pro tunc elicere: ac etiã non elicere. Et per oppoſitum, naturalis, qui non libere voluntate coagente producitur in ea: ſed ab alio ipſam neceßitatem. ¶ *Eam verò ad actum neceßitari, eſt multiphariam: multisq; modis dicibile. Primo, ex ipſius connexione appetitui ſenſitiuo. Secundo, habitudine finis ad medium. Tertio, neceßitate ſequele concluſionis per minorem oſtenſæ ſequi ex aliqua vniuerſali volita. Quarto, in virtute antecedentis voliti cum ſequela non includentis nolitum. Quinto, quorundam opinione, ex ipſius habitus magnitudine. Sexto, ex magnitudine bonitatis, aut malitiæ obiecti oſtenſæ. Septimo, via continuationis actus. Octauo, à prima cauſſa voluntatẽ præueniente. Nono ad ipſam & voluntatem actũ proprium imperante.*

Actuũ voluntatis, quidã liber, quidã naturalis.

Voluntatem neceſſitari eſt nouẽ modis dicibile.

PRIMVM NOTABILE.

¶Nouem enumeraui modos, quibus apparenter imaginari poſſet volũtatem ad actum neceſſitari. ¶Primus eſt quorundam opinione ex voluntatis connexione

Primus modus quo poteſt voluntas ad actum neceſſitari.

appetitui ſenſitiuo: cui ipſa nata eſt condelectari & contriſtari. Ita igitur quòd ex actu appetitus ſenſitiui naturaliter ſurrepat, & ſcateat in voluntate actus illi proportionatus: ſcilicet proſecutionis proſecutio: et fugę fuga, poſita in intellectu cognitione: nec voluntate aliundè ſufficienter diſtracta. Exempli gratia, obiecto doloroſe ſenſum immutante ſcatet naturaliter in voluntate eiuſdem obiecti nolitio: atq; odium cum triſtitia: pariter obiecto delectabiliter immutante ſenſum, ſurrepit in voluntate naturaliter eiuſdem obiecti volitio ſeu amor cum gaudio: & iſti ſunt motus voluntatis primò primi atq; ſurreptitij ſæpè deliberationem atq; vſum libertatis præuenientes: quibus liberè ſe conformare atque libere ſe difformare poteſt voluntas. Sunt igitur in voluntate compoſſibiles eiuſdem obiecti duo actus nomine ſimiles: vnus naturalis: alter liber: pariter eiuſdem obiecti duo actus nomine & non re contrarij: vnus naturalis: alter liber. Exempli gratia, volitioni naturali compoſſibilis eſt eiuſdem obiecti nolitio libera: & nolitioni volitio. Nec libertati voluntatis ſubiacet hos motus naturales directè impedire, quin inſurgant. Indirectè quidem ſic. videlicet per obiecti remotionem à ſenſu vel ipſius ſenſus ab obiecto: aut per conuerſionem intellectus ad alia obiecta: quibus intentus ceſſet ab illorum ſenſibilium conſideratione: aut per omnimodam viſus rationis ſublationem, videlicet ſomno, aut alio medio prouocatam. ❧ Et venit diligenter notandum hanc voluntatis ipſi ſenſui connexionem non eſſe efficientiæ: ſed ordinis naturæ: non enim ipſius ſenſus actus effectiuè cauſſant ſimiles in voluntate: ſed hoc ordine fit: videlicet in ſenſu, poſita proſecutione, vel fuga cauſata à cognitione ſenſitiua ſuggeritur voluntati naturalis proſecutio, vel fuga: quæ à cognitione intellectiua eiuſdem obiecti producitur. Eſt igitur connexio cognitiuę ad cognitiuam: & appetitiuę ad appetitiuam. ❧ Secundus modus neceſſitandi voluntatem, eſt ex connexione finis ad mediū oſtenſum neceſſarium: quo fieret poſita ipſius finis efficaci volitione cum iudicio medij neceſſarij ad illum finem, non

Secūdus modus neceſſitandi volūtatis.

eſſe in libera voluntatis poteſtate, quin producatur illius medij volitio: ſic igitur efficaciter volens beatitudinem iudicans ad eam eſſe neceſſarium ſubdere collum tyranno, neceſſitatur velle collũ tyranno ſubdere. ¶ Tertius modus eſt ex habitudine illationis concluſionis oſtenſę per minorem ſequi ex aliqua vniuerſali: quo fieret poſita maioris efficaci volitione cũ iudicio minoris ſubſumptæ non eſſe in libera voluntatis poteſtate: quin in ea fiat, & producatur concluſionis illatę volitio: hinc volens efficaciter omnem furem ſuſpendi, & iudicans regem eſſe furem, neceſſitatur velle regem ſuſpẽdi. ¶ Quartus modus primo ſatis vicinus, eſt ex habitudine conſequentis oſtenſi & voliti ſequi ex antecedente volito non includente nolitum: ita ꝙ antecedens ſit volitum: & credatur conſequens ſequi ex antecedente: ſitq́ volitum ſequi ex illo: non eſt in libera poteſtate voluntatis: quin velit conſequens illud: poſitis itaq; illis tribus actibus, volitione, antecedente, iudicio bonitatis cõſequentiæ & volitione talis bonitatis, neceſſitatur voluntas velle conſequens.

Tertius modus neceſſitãdi volũtatẽ.

Quartus modus neceſſitãdę volũtatis.

¶ Ex quo hanc ſumunt regulam: ſi conſequentia ſit bona, ſcita, & volita eſſe bona: & antecedens ſit volitum: etiam cõſequens: quæ regula à pleriſque reſtringitur: modò antecedẽs non includat aliquod nolitum: prout hic, proijcio merces in mare propter tempeſtatem quæ eſt: ergò tempeſtas eſt. ¶ Quintus modus neceſſitandæ voluntatis ponitur à nonnullis ex magnitudine habitus: vbi dicit Olkot poſſe tam intenſum eſſe habitum in voluntate: ꝙ ſtante intenſionis gradu cum alijs requiſitis, voluntas neceſſariò actum ꝓducit: ex hoc (inquit ille doctor) voluntas regulariter producit actus ſuos modo naturæ & non liberè: licet liberè interpretatiuè: & id experimento oſtendit in vita humana: nam paucos de actibus noſtris deliberamus per collectionem, vel ſyllogiſmum practicum: ſed regulamur per conſuetudinem: homo (inquit) raro deliberat quandò vult ponere caputium: vel alia indumenta: ſed ſicut conſueuimus & habituati ſumus; ſic quaſi naturaliter operamur.

Quintus modus neceſſitãdę volũtatis.

Sextus modus neceſſitandæ volũtatis.

¶ Sextus modus ab alijs ponitur ex magnitudine bonitatis oſtenſe voluntati eam alliciẽtis: imò ad ſui amorem neceſſitantis: et ita de malitia reſpectu odij: hinc dicunt dei clare viſi cognitionem neceſſitare voluntatem ad diligendum deum: miſeriam autem ad odiendum.

Septim⁹ modus neceſſitandæ volũtatis.

¶ Septimus modus ex rei permanẽtis natura: ſcilicet via continuationis qua neceſſitatur voluntas actum poſt elicionem continuare per certum tempus: iuxta Ariſtotelis dictum: nihil fit: vt raptim tranſeat. vbi dogmatiſari ſolet actum etiam inſtantaneè elicitum neceſſariò per certum tempus continuari neceſſitate naturæ, neceſſe pro tali tẽpore moraliter bonum, vel malum: ſaltem noua bonitate, vel malitia: cũ pro tunc ei deficiat libertas: quę eſt præcipua bonitatis, vel malitiæ conditio.

Octauus modus neceſſitandæ volũtatis.

¶ Octauus neceſſitationis modus, eſt à cauſa prima: ſcilicet de potente ipſi voluntati actus aliquos infundere: & id dupliciter fieri poteſt: vno modo non coagente voluntate: alio modo ſic.

Nonus modus neceſſitationis ipſius voluntatis.

¶ Nonus modus à ſeipſa actum proprium efficaciter imperante: volunrate enim efficaciter volente odire ſortem naturaliter producitur ab illa efficaci volitione odium ſortis: & ita de alijs actibus reflexis imperantibus proprios voluntatis actus elici.

PRIMA CONCLVSIO.

¶ Quamuis communiter indubitati ſint tres vltimi modi: veruntamen ſex alijs modis poſſet probabiliter negari eſſe in voluntate actus aliquos naturales: patet: nullũ motiuum pro his efficaciter militat: fateor facti regularis eſſe ſex illas connexiones: non autem neceſſitatis ineuitabilis: diceretur igitur, illis cauſis ſuprà aſſignatis poſita voluntas merè liberè actus ſequentes elicit, potẽs potentia eius abſoluta eos non elicere, ſiue cauſas illas ſuſpendere: tanta nihilominus eſt voluntatis illis cauſis adiutæ promptitudo & inclinatio: vt mox ipſa illis cauſis allecta agat: nec regulariter illis coagere deficiat: quare videatur naturaliter agere.

SECVNDA CONCLVSIO.

¶ Probabiliter dici poſſet ab illis ſex cauſis poſſe voluntatem neceſſitari: non qualitercunq;: ſed non renitentem, hoc eſt

hoc eſt niſi à voluntate liberè renitente impediantur illæ cauſſæ producent in ea prænominatos actus: ipſa ſcilicet non liberè coagente renitente: tamen poteſt quaſcunq; cauſſas creatas vincere, eam ad actum inclinantes.

¶Tertia concluſio. Probabilis voluntatis neceſſitatio ad actus aliquos non excludit potentiam ad liberos actus nomine contrarios: quinimò potens eſt anima cum actibus illis naturalibus deliberare: & actus liberos illis contrarios elicere: hæc enim non eſt incompoſſibilitatis contrarietas: quarè eos nomine contrarios appellaui: vnus eſt velle: & alter nole

¶Quarta concluſio. Probabile eſt non poſſe voluntatē à cauſſa ſecunda ſine proprio actu libero neceſſitari: & per hoc excludūtur primus modus, quintus, & ſextus, admiſſis reliquis, in quibus concurrit proprius voluntatis actus. Extremam omnium illorū modorū deciſionē, cui non modica opus eſt indagine, libro de libero arbitrio tradam.

¶Primum dubium. An quicunq; actus naturalis, & ſimilis liber, ſpecie differant? ¶Reſpondeo non: oſtendo: nam actus tempore naturalis coutinuationis exiſtēs naturalis poteſt iterum liber effici. Præterea aliquis actus quem deus ſolus infundit poteſt à voluntate creata continuari liberè deo ſcilicet permittēte: qui actum eiuſdem ſpeciei cum actu libero infundere valet: non igitur incōuenit actum aliquem naturalē eſſe cum actu libero eiuſdem ſpeciei: & qui elicitus eſt naturaliter, poteſt illa cauſſa abſente continuari liberè. Nec nego poſſibiles eſſe eiuſdem obiecti naturales actus ſpecie diuerſos à liberis: & qui nequeunt efficiētia volūtatis creatæ fieri liberi. *Actū liberū & actū naturalē cōtingit non ſpecie differre.*

¶Secundum dubium. An actus liber factus naturalis ſit actui libero oppoſitæ denominationis contrarius? ¶Reſponderi poteſt quòd non: nec vnius actus continuatio naturalis impedit pro tunc liberam actus contrarij elicitionem: aliter voluntas inſtantaneè eliciens dei odium, impoſſibilitaretur poſt illud inſtās diligere deum: impoſſibilitaretur pœnitere propter deum: non eſſet ei pro tunc ſalutis remedium, de hoc infrà. Ex quo hæc *Actus fact⁹ naturalis an actui libero cōtrariæ denominatiōis ſit incōpoſſibilis.*

ſequerentur corollaria. Primum: cõtingit aliquem ſimul diligere deũ: & odire eũ vno tẽpore liberè: & altero naturaliter. patet, tẽpore naturalis continuationis vnius illorum actuum poteſt liberè elici actus contrarius; imò temporibus eorum communicantibus in parte communicationis temporum naturalis cõtinuationis odit deũ: & diligit ambobus actibus naturalibus. ¶ Secundnm corollarium: aliquis odit deum nolens odire: aut diligit nolens diligere: patet, poteſt ea inuita continuari actus: nolit igitur continuari odium dei: habetur propoſitum: ipſa non vult odire deum: & odit eum & ita de dilectione. ¶ Tertium corollarium: aliquis odit deum non peccans per hoc. ſ. tempore naturalis continuationis: quarè contingit in gratia diligere deum ſuper omnia: & per hoc non mereri. Quæ reſtant dubia tangentur alio huius libri capitulo.

Actuũ voluntatis quidã inſtantaneè, quidã ſucceſſiuè elicitur nec ad hui⁹ aut illius determinationẽ requiritur actus reflexus: idem de habitu & paſſione.

Actuum liberi arbitrij, quidam inſtantaneè, quidam ſucceſſiuè elicitur. His pariter modis tam paſſionem, quàm habitum produci cõtingit: nec tamen actuum ſpeciem permutat hæc productionũ differentia: ad quam nec voluntatis requiritur per actum reflexum determinatio: prout enim ad eliciendum actum non requiritur velle elicere: ſic ad inſtantaneè, vel ſucceſſiuè producendum non eſt opus velle ſic, aut ſic, elicere eum.

PRIMVM NOTABILE.

¶ Actum ſucceſſiuè elici, eſt partibiliter ſecundum partium temporis ſucceſſionẽ produci: actus enim ex duobus actibus inſtantaneis compoſitus, videlicet duobus inſtantibus elicitus partibiliter fit: non autem propriè ſucceſſiuè. ¶ Actum autem inſtantaneè elici, eſt in inſtanti totum ſimul fieri: aut ſaltem in inſtantibus ſecundum ſuas partes. Actus enim quem deus immediatè poſt hoc inſtans totum ſimul produceret, producitur impartibili-

Quid ſit actũ inſtantaneè elici.

ter:non autem ſucceſſiuè; nec inſtantaneè per primum ſui eſſe.

¶Secũdum notabile. Prout de productione: ſic de corruptione ſuo modo cenſendum eſt; videlicet dupliciter actum reſecari atque corrumpi ſucceſſiuè & inſtantaneè.

¶Fuit enim quorundam opinio, omnem voluntatis actum ſucceſſiuè produci; aliorum autem inſtantaneè.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Vtroq; modo potens eſt voluntas in actum: inſtantaneè quidẽ: probo: cõtingit nullã eſſe reſiſtentiã: nec extrinſecã: nec intrinſecã: ſucceſſiuè verò pariter oſtẽdo: poteſt voluntas actum ſuum augere: atq; gradualiter intendere ſecundum quòd obiectum apparet melius: ſed poteſt ſucceſſiuè creſcere bonitatis obiecti apparentia: ergo & amor eiuſdem obiecti ſucceſſiuè creſcere poterit. ¶Sequitur corollariè: actum inſtantaneè elicitum poteſt voluntas ſucceſſiuè augere, ſiue gradualiter intendere: & inde ſecundum communem neothericorum opinionem de naturali actus continuatione, contingit vnum actũ partim liberum eſſe: & partim naturalem. id patet quoniam gradus naturaliter continuatus gradum eiuſdem ſpeciei intẽdit pro certo inſtãti liberè elicitum. igitur pro tũc totius actus conflati vna pars, eſt actus liber, altera autem naturalis.

Actus idem partim liber partim naturalis.

¶Secunda concluſio. Contingit voluntatis paſſionem tam inſtantanee quàm ſucceſſiue produci: pariter & habitum: oſtendo: producitur atq; creſcit paſſio, vel habitꝰ ſimul cum actu elicito: igitur ex actu inſtantanee elicito producitur pro eodem inſtanti paſſio, atq; habitus. poſt illud autem inſtans actu ſucceſſiue creſcente, ſucceſſiue creſcit paſſio, etiam habitus.

¶Primum dubium. An meritum atque demeritum, vel inſtantaneum poſſit temporario coæquari? ¶Reſpõdeo ſic, nam gradualis intenſio recompenſare poteſt; quantum temporalis continuatio ſuperaddit.

Meritum inſtantan[illegible] temporario [illegible] quari poteſt.

¶Secundum dubium. An voluntas inſtantaneè poſſit velle ſucceſſiuè agere: pariter ſucceſſiuè poſſit velle agere inſtantaneè? ¶Reſpondeo ſic: prout inſtãtaneè velle poteſt currere; & ſucceſſiuè velle poteſt aliquid ſubitò fieri.

Actuũ atq; paſſionũ & habituũ penes qd ſumatur ſpecifica differentia.

Penes vitaliter immutandi modos: aut penes totalia obiecta ſpecie differunt. aut conueniunt liberi arbitrij actus: pariter paßiones: habitus autem penes actus. ¶*Et hæc à poſteriori ſeu indicatiuè ſumitur diſtinctio: hoc eſt illa ſunt nobis differentiæ vel conuenientiæ indicia.*

PRIMVM NOTABILE.

Cauſſarum differentia aut identitas non ſemper arguit cã eſſe effectum,

¶Specifica cauſſarum differentia aliquos effectus producentium nõn eſt ſufficiens differentiæ ſpecificæ effectiuum argumentum: nec identitas identitatis. Primũ probo: à cauſſis ſpecie differentibus eiuſdem ſpeciei manãt: prout à ſole & igne calores: ſic à motiuis ſpecie diſtinctis, poſſunt vnius concluſionis aſſenſus produci eiuſdẽ ſpeciei: à motiuis ſpecie diuerſis voluntati coagentibus volitiones ſpecie conſimiles. ¶Secundum oſtendo: à caloribus, intenſo & remiſſo effectus ſpecie diuerſi ſunt producibiles: videlicet quatuor humores: aut alia huiuſmodi: quinimò ab eodem calore propter diſtantiam, aut paſſi diuerſitatem: in anima autem actus ipſe paſſionem & habitum producit ſpecie differentes.

¶Secundum notabile. Argumentum differentiæ vel cõuenietiæ actuum ſuprà poſitum eſt à poſteriori ſumptũ: ſcilicet quo ad nos, ſeu indicatiuè. Eſt enim nobis differentiæ indicium, vel conuenientiæ: quod addo: quoniã illa animæ accidentia extra eam poſita: & ſic non vitaliter immutantia: nec obiecta pro tunc habẽtia verè eſſentialiter conuenirent ſpecie vel differrent.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Non modò liberi arbitrij, ſed cunctarum potentiarũ animæ actus, penes duos ſupradictos modos ſpecie differunt, vel conueniunt; patet; identitas, aut differentia

cauſſarum comproducentium,vt oſtēdi, non eſt ſufficiēs argumentum,igitur &c. ¶Quò ad primū,eiuſdem obiecti volitio & nolitio ſpecie differunt penes ſuos immutandi modos:ſimiliter eiuſdem obiecti actus intuitiuus & abſtractiuus,ſiue voluntatis ſint ambo,ſiue intellectꝰ: pariter actus indicatiuus,qui per volo explicatur & alter optatiuus,qui exprimitur per vellē; & ita de reliquis differentijs vitaliter immutatiuis: illi inquàm actus penes hoc,ſpecie diſtinguūtur. ¶Ex parte autem obiectorum eſt dupliciter conſyderatio:vno modo,penes materiam:alio modo penes modos ſe habēdi alijs verbis ex parte obiecti naturalis,vel ex parte obiecti formalis: nā ad ſpecificam identitatē requiritur penes vtrunq; omnimoda identitas,diſcrimine enim primi iſti actus velle ieiunare,velle orare,ſpecie differunt:pariter iſti: volo orare die feſto: volo orare die feriali: & iſti volo orare,volo orare in loco ſacro:nullius eṁ illarū cōbinationū eſt idem obiectū totale: diſcrimine autē ſecundi iſti actus ſpecie ſunt diuerſi:ſcilicet diligere ſortē currentē: diligere ſortē quieſcētem:quorū idē eſt ex parte rei obiectū nō condiſtinguendo motum à mobili:eſt tamen modorum ſe habendi diuerſitas. & ita velle cognoſcere bertham ſolutā: velle cognoſcere eam ligatam,differūt ſpecie propter varias ex parte obiectorum connotationes: & ſic in cęteris tàm virtutum quàm vitiorum materijs:quæ ſummoperè pro varijs dubijs abſoluendis veniunt conſyderanda.

Actuū differentiā ſpecificam nō ſolū arguit alietas rei obiectiua: ſed etiam modi ſe habendi diuerſitas.

¶Ex his igitur perſpicuum eſt circunſtantiam ex parte obiecti ſe tenentem variare ſpeciem naturæ:ipſa autē ſolum adiacēs non niſi ineſſe moris dat ſpeciem: & idem de prudentia cenſeo dicendum:quæ poteſt eſſe ipſius actus moralis obiectum,vel ſolum adiacens circūſtantia.

¶Primum dubium. An omnis actus quinimò omnis creatura certe ſit ſpeciei ſpecialiſſimæ? ¶Reſpondeo ſic: oſtendo,omnis res eſt plurificabilis per indiuidua æqua lis perfectionis eſſentialis:illa autem inter ſe ſpecie ſpecialiſſima conueniunt: igitur in ſpecie ſpecialiſſima conſtituuntur. ¶Video enim in moralibus aberrantes multos credentes quaſdam virtutes genericas ideò dici ta-

Actus quilibet eſt certæ ſpecici ſpecialiſſimæ.

Refellit quorundam errorem.

les:quoniam ſpecie ſpecialiſſima careant: prout ſunt iſti actus:volo recte agere:volo temperatè agere:aut fortiter,aut iuſte &c. ¶ Contrà, hæ duæ volitiones, volo recte agere,volo recte agere, ſunt inter ſe æqualis perfectionis eſſentialis:igitur eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę: pariter de iſto actu volo temperatè agere: cuius ſimilia indiuidua plurificari poſſunt. ¶ Dico igitur tales voluntatis actus aut habitus applicari genericos communitate prædicationis ſecundum notitias genericas eis reſpondentes:genericus enim virtutis conceptus,aut generica temperantiæ notitia, eſt de pluribus ſpecie differentib⁹ prædicabilis.

Actus generici ſunt in ſpecie ſpecialiſſima moris conſtituti.

¶ Secundum dubium. An prædicti actus generici ſint pariter ineſſe moris in ſpecie ſpecialiſſima cōſtituti? ¶ Reſpondeo ſic:oſtendo:eiuſdem adæquati obiecti duo actus generici ſunt omninò ſimilis & æqualis bonitatis: igitur ſunt inter ſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ineſſe moris:iſte ergò actus volo recte agere,cum actibus ſimilibus repetitis conſtituitur in ſpecie ſpecialiſſima moris. appellatur autem bonitas generica,quia obiectiuè circa materiam verſatur ſecūdum genericam boni rationem, ſeu ſecundum conceptum genericum boni: & ita in alijs conuenit dicendum.

Voluntas an poſſit allici, retrahi, facilitari difficultari,ſpontaneari cogi,neceſſitari,cōpoſſibilitari,violentari.

Poteſt liberum arbitrium ad ſuos actus allici atq; retrahi,facilitari,atq; difficultari,ſpontaneari, cogi,neceßitari,& impoßibilitari,non autem violētari:ſed vt ita dicam naturalizari. ¶ Voluntatem allici,eſt aliquo motiuo ſuaderi. Retrahi,eſt motiuo diſſuaderi. ¶ Facilitari ad actum,eſt cauſſam habere coadiuuantem aut remoueri cōtrariam. Difficultari, eſt cauſſam coadiuuantem remoueri aut ineſſe contrariam. ¶ Spontaneari,nomine ficto,eſt voluntatem actum habere volentem. Cogi autem,eſt actum habere nolētem. Neceßitari,eſt actum recipere à quo pro tunc liberè deſiſtere nequit. Impoßibilitari, eſt non poſſe pro tunc

in actum. Naturalizari, eſt eam per modum naturæ actum recipere ſecundum naturalem eius inclinationem: Violentari autem ad actum, eſt eum contranaturalem eius inclinationem recipere.

PRIMVM NOTABILE.

¶Voluntatem allici, eſt eam habere motiuũ perſuadens, rettahi, eſt motiuum diſſuadens adeſſe. ¶ Sic igitur notitia voluntati oſtendens aliquod genus bonitatis, atq; amabilitatis: obiecti ſcilicet vtilis, delectabilis, vel honeſti allicit ad amorem atq; volitionem: ab odio autẽ atq; nolitione retrahit: pariter notitia quæ voluntati aliquod genus malitiæ, atque odibilitatis obiecti oſtendit: retrahit ab amore, atque volitione: & allicit ad odium, ſiue nolitionem.

¶*Secundum* notabile. Voluntatem ad actum ſuũ producendum facilitari, eſt cauſſam coadiuuantem habere: aut cauſſam remoueri adiutorio contrariam. ipſam autẽ ad actum aliquem difficultari, eſt cauſſam coadiuuãtem ad illum actum deeſſe: vel coadiuuantem ad actum contrarium adeſſe. Quare difficultari non eſt aliquo modo voluntatis vim atq; virtutem diminui: quantò enim ipſi voluntati coagit cauſſa fortior: tantùm promptius atq; intenſius ipſa ſuum elicit actum. non igitur datur intentiſiſſimus actus quem elicere poteſt voluntas adiuta, nã infinitẽ creſcere poteſt cauſſa iuuans: continuẽ autem cũ maiori iuuamine intenſiorem actum ipſa elicere poteſt. Voluntatem ad actũ ſuũ producendũ facilitari qd ſit.

¶Quadruplex enim cauſſa creata poteſt voluntati ad actum eliciendum coagere & ita facilitare: videlicet iudicium: habitus: actus voluntatis: & appetitus ſenſitiuus. ¶Primò quidem iudicium obiecti oſtenſiuum ſub apparentia boni facilitat ad amorem: & difficultat ad odium pariter iudicium oſtenſiuum obiecti ſub apparẽtia mali facilitat ad odiũ & alios actus cõcomitãtes. difficultat autẽ ad amorem hinc cum iudicio oſtenſiuo Volũtati coagere poteſt quadruplex cauſſa ſcd'a.

hominis tanquàm ei inimici difficultatur voluntas hunc amare vel bonum ei exoptare. ¶Secundò, habitus ad ſuum facilitat actū; nam coagit ad eū, voluntas igitur habituata duplici iuuamine facilitatur ad actus: primo ex ipſorum habituum coefficiētia: ſecundo, ex concurſu iudiciorum ipſius intellectus conformiter habituati ad voluntatem: talis eſt enim voluntatis & intellectus connexio: vt eius habitus habeant regulariter in intellectu correſpondētes habitus iudicatiuos: qui in eo producebantur ex iudicijs: quando in voluntate ex actibus geniti ſunt habitus: hinc materijs occurrētibus habituum appetitiuorum ſurgunt ab habitibus intellectiuis intellectiua iudicia ſuadentia voluntati in rebus conſuetis operari: & cum his quidem ſunt ipſius voluntatis habitus eam ad idem inclinantes: ſic igitur ex duplici illo iuuamine fortiter mouente promptè elicit volūtas actus ſuos: ſicq; expeditè operatur tanquàm ſi per modum naturæ ageret. Illa enim eſt cauſſa cur hominibus habituatis frequētius occurrunt conformiter ad ſuos habitus iudicia: & idem de cōplexione: nā ſecundū diuerſarū complexionum naturalium inclinationes, ſe offerunt ſurrepentia quædam dictamina agendorum & fugiendorum complexionibus conformia: quibus voluntas allecta, atque directa ſequitur vt plurimum ipſius habitus, vel complexionis impulſum: niſi aliud fuerit rationis iudicium legi conforme dictanti de bono, vel malo maiori quàm ſit illud oſtenſum ſecundum habitus vel complexionis inclinationem: hinc prouidè in hoc debet eſſe ratio vigil. ¶Tertiò, voluntatis actus poteſt eam ad alium actū facilitare, nam ei coagere poteſt: gratia exempli, amor facilitat ad optādum rei amatæ bonum: & difficultat ad volendū ei incommodū: pariter odiū facilitat ad optādum malum, & difficultat ad bonum: ſic & vna virtus ad aliā virtutem, voluntatem facilitat: & vitiū ad vitiū. ¶Quartò, de appetitu ſenſitiuo qualiter facilitet vel difficultet voluntatem corpori immerſam ſaluari poteſt abſq; appetitus ſenſitiui concurſu coagentis voluntati: videlicet ex iudicio intellectiuo proportionato iudicio ſenſus: &

Habitibus volūtatis reſpondent habitus intellectiui.

Habitib⁹ & cōplexionibus conformia regulariter ſurrepunt iudicia.

ex connexionis magnitudine voluntatis cum ſenſualitate. Nemo enim carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit, & fouet eam: tanta eſt enim vis amoris, vt vix rei amatæ aliquid deneget: ſicq́ difficultatur voluntas aliquid ſenſualitati denegare, vel pœnam quam ipſa recuſat infligere. hinc inter tria tẽtationum genera (inquit magiſter ſententiarum libro ſecundo diſtinct. xxj.) tentatio carnis interior difficilius vincitur: quia interius oppugnans de noſtro contra nos roboratur: quòd reſpectu eiuſdem peccati carnis reſtringi ſolet. diuerſorum autem peccatorum comparatione ſe habent vt excedens & exceſſum: quidam plus honoribus, q̃ voluptatibus afficitur: quidam econuerſo: quarè ille difficilius tentationi honorum à dæmone reſiſtit quàm tentationi voluptatum à carne ſuggeſtę: alter autem econuerſo: quinimò de eodem peccato dico idem contingere. nam poteſt ex conditione perſonæ (prout in naturaliter frigido) eſſe valde modica carnis tentatio quam ad idem peccatum poterit maiorem ingerere dæmon, propter ampliorem boni oſtenſionem. fateor tamẽ quòd ex animæ ad carnem cõnexione: magis afficitur voluntas iudicio ex carne ortum habenti, quàm æquali iudicio à dæmone ſuggeſto: ſaltẽ cum primo carne ſenſibiliter immutata & non cum ſecũdo: quòd notãter addo: quoniam vbi eſſent omnia paria: ſcilicet æqua obiecti oſtenſio cum æquali carnis immutatiõe vna ab intrinſeca corporis diſpoſitione: & alia à dæmone: illæ cauſſę in eodem paſſo æqualiter diſpoſito eũdẽ haberẽt effectum: veruntamen regulariter in carnis tentatione fit ſenſibilis immutatio qualiter non in altera. ¶ Quintò de fomite originali voluntatem ad bonũ difficultante: & facilitante ad malum: dico, vt de complexione. de bonitatis autem, vel malitiæ augmento, vel decremento, ratione facilitatis aut difficultatis futurus eſt ſermo.

Tentatio carnis interior inter tria tentationum genera difficilius vincitur an indeficiẽter ſit verum.

¶ Tertium notabile. Ficto nomine coactioni contrario, voluntas ſpontaneatur habens actum volens habere eum. ¶ Ad eliciendum actum non requiritur velle elicere eum: aliter non vitaretur actuum reflexorum infinitas: ſic igitur communiter ſortes liberè amat: & non vult

amare:libere odit:& non vult odire.¶Cogi autem dicetur voluntas quæ habere aliquid nolens illud ineſſe. ¶Tria ſunt enim in voluntate, ſcilicet actus, paſſiones, & habitus.Quò ad habitum propriũ cadere poteſt coactio:nam poteſt ea nolente generari habitus, atq; genitus continuari & permanere:oſtendo,naturalis eſt ipſius habitus productio atq; permanentia. ¶Quò ad paſſionem ſimiliter cadit coactio poſito actu, hoc eſt poſito actu generatur paſſio,vel continuatur voluntate nolente illud:pleriq; enim vellent non tanto affici gaudio, vel triſtitia poſitis actibus,qui tamen illis paſſionibus afficiuntur recuſantes ab actibus deſiſtere. ¶Quò autem ad actum ſuum,primò dico eam poſſe à prima cauſſa cogi ad actus ſuſceptionem,ac eiuſdem continuationem. Nam poteſt deus ipſi voluntati inuitæ actum immittere,& immiſſum continuare.ſic eſt in dæmonibus:qui aliquos eorum actus reſecare nequeunt aliter pœnam ſuam ſcilicet triſtitiam exterminare valerent ablatis videlicet actibus, qui ſunt nolitionis, detentionis, vel priuationis. ¶Supereſt de coactione à cauſſa ſecunda.vbi dico,ſuppoſita veritate de actuum naturali continuatione, cogi poteſt voluntas ad eum,ſcilicet poſt elicitionem:continuetur enim actus ipſa eum continuari nolente:ſic igitur admiſſis in voluntate actibus naturalibus prout ab habitu,ab appetitu ſenſitiuo,aut aliundè,eam poſſe ad talium elicitionem cogi applicatis cauſſis fatendum eſt:ita quòd ſurrepant ea nolente illi motus.Poteſt deniq; cogi ad determinatas actuum merè liberorũ cõditiones: prout ad determinatam actus intenſionem coagente ei habitu:& ad ſimiles non ſub libertate actu poſito,cadentes.

Voluntatem neceſſitari ad actum qd ſit.

¶Quartum notabile.Voluntatem neceſſitari ad actum, eſt recipere eum à quo pro tũc liberè deſiſtere nequit:cuius modos nouem ſuprà numeraui:ſufficit nunc cõcludere inter coactionem,& neceſſitationis differẽtiam. Quoties enim voluntas cogitur:neceſſitatur: & non contrà: nam contingit eam neceſſitari non inuitam, hoc eſt non nolentem neceſſitari,imò volentem.¶Impoſſibilitari verò ad actum,eſt non poſſe pro tunc in illum: & intellige

Pro tunc,id eſt, præciſe cum cauſſis tunc aſſiſtentibus. Sic igitur in intellectu nulla exiſtente cognitione volun-tas pro tunc impoſſibilitatur actum elicere:prout in dor-mientibus,in fatuis,aut aliter vſu rationis caretibus.Co-collarium.Vbicunq; obiecti non habetur cognitio, dici-tur pro tunc voluntas ad actum illius obiecti impoſſibi-litari. ſic igitur omnis cauſſa tollens rationis vſum,ideſt vſum intellectus,impoſſibilitat volũtatem pro tũc ad a-ctum:& retrahẽs à certi obiecti conſideratione impoſſi-bilitat eam pro tũc ad illius obiecti appetitiuum actum: pariter cauſſa voluntatem neceſſitans ad vnum actũ im-poſſibilitat eam ad actum verè contrarium: defectu ſimi liter alterius cauſſæ neceſſariò requiſitæ, impoſſibilitatur pro tunc potentia ad actum: ſic enim ad actum malum impoſſibilitatur volũtas beati,videlicet prima cauſſa or-dinãte non ei ad actum vitioſum coagere: pariter ad a-ctus plenè bonos impoſſibilitatur dãnatus, videlicet ex impoſſibilitatione relationis actuum in finem vltimum dilectum:nam à dei odio deſiſtere nequeunt.Alios autẽ actus ex genere bonos elicere poſſunt.

Quid ſit vo-luntatẽ ĩpoſſi-bilitari ad a-ctũ.Corolla-rium.

¶Quintum notabile.Violentari,eſt alicui cõtra eius na-turalem inclinationem aliquid ineſſe,vel deeſſe:cuius op poſitum ſi volueris appelletur quietari: ignis enim p fri-goris inhærentiam,vel per priuationem caloris violenta retur.¶Sic igitur eſt duplex violentari, ſcilicet poſitiuè, & priuatiuè.¶Quò enim ad primum,voluntatẽ ad actũ ſuum violentari eſſet ei actum contra naturalem eius in-clinationẽ ineſſe quod fieri nequit ab vlla cauſſa ſecunda, vel prima:nam ad omnem eius actum inclinationem ha bet:ita igitur quòd nec ſimul per velle & nole eiuſdem obiecti violẽtaretur: ſed potius violentatur actus ab a-ctu.Quò aũt ad ſecundum à nonnullis conceditur volũ-tati poſſibilis aliqua violentatio.Exempli gratia,ipſa to-to niſu conante diligere proximũ,& deo non ei ad dile-ctionẽ coagẽte:in hoc caſu volũtas violẽtaret̃ priuatiuè, ſcilicet per nõ poſitionẽ actus ad quẽ nititur: ſed ꝑfectò rõne ſimili nõ eſſet negãdũ eã poſſe poſitiuè violẽtari,ſci-licet ea toto conatu dilectiõi reſiſtẽte et deo eã immittẽte,

Violẽtari du plex.

Volūtas dupliciter conſiderari poteſt.

¶Quid igitur cenſendum ſit:dico. dupliciter conſiderari poteſt voluntas,vno modo,vt natura: alio modo, vt libera.Primo quidem modo,inſunt ei, prout alijs rebus creatis,naturales ſuæ inclinationes adeſſe conſeruari, ad benè eſſe,& huiuſmodi:ipſa enim beatitudo naturā perficit.quarè præter ſpontaneam atq; liberam voluntatis inclinationem ad beatitudinem,eſt(etiam omni cognitione ſecluſa)ei tanquàm naturæ inclinatio naturalis ad eandem: & idcircò per eius priuationem tempore debito violentatur.Aliter enim priuatio beatitudinis non eſſet dānato pœna.Dico inſuper per triſtitiam male immutatiuè eſt ipſi voluntati prout ſenſui per dolorem: quarè per triſtitiam violentatur poſitiuè voluntas: quomodò ſenſus per dolorem: & in violentationis oppoſitum fit ei per gaudium & delectationem quietatio.

Ratio à quib⁹ cauſſis abſorberi poſſit.

¶Primum dubium. A quibus cauſſis abſorberi poteſt ratio. ¶Reſpondeo primo ex vehementi paſſione ſenſus ſic animam rapiente: vt(ipſa illi vehementi paſſioni delectationis,vel doloris intenta & fixa)ceſſet aliorū obiectorum cōſideratio. ¶Secundo,pariter abſorbetur ex vehementi voluntatis paſſione:ſic prorſus animā cōuertentis ad obiectorū cōſiderationē:quorum eſt talis vehemēs prout gaudij,vel triſtitiæ paſſio:vt pereat aliorū agēdorū,aut fugiendorum aduertentia, atq; conſideratio. ¶Tertiò,abſorbetur ex vehementi apprehenſione obiecti in ſenſu, vel intellectu: ſic fixè potentiam cognitiuam conuertente ad certi obiecti conſiderationem:vt euaneſcat aliorum conſideratio.Cum enim animæ efficientia, atq; attentio ſit finita : hinc pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus : quandoq; ſic alicui obiecto viſo figitur quis,vt loquentem non audiat:pariter quandoq; vſque adeò alicui interius ſpeculabili vehementer afficitur intellectus:vt tranſeuntem iſte ſic raptus non videat, nec audiat loquentem.¶Quartò,abſorbetur ratio recta à voluntatis imperio intellectum retrahentis ab agendorum conſideratione,atq; conuertentis eum ad conſiderāda illicita,& vias quæ perducunt ad illa: cuiuſmodi eſt voluntas deprauata quæ intellectum excæcare dicit̄,

ſcilicet ne rectè agenda conſideret: & per oppoſitum vo luntas pia intellectum illuminare poteſt: ſcilicet eum à cõ ſiderationibus obiectorum illicitorum retrahendo: & vl tro conuertendo ad licita: ſic enim vſq adeò nonnulli ex tollunt voluntatis ad intellectum dominium: vt volun tatem deprauatam afferant poſſe cum aliquo motiuo fa cere intellectum oppoſito primi principij: atq quorum cunq euidentium oppoſitis aſſentire, de quo ſuprà: id autem fateor, affectata volũtas facere poteſt intellectum credere plus quàm ratio probet.

¶Secundum dubium. An poſſit ex peccatoris malitia creſcere cæcitas intellectus vſq ad ſynderesis extinctio nem? ¶Syndereſis enim, eſt aſſenſus, vel habitus princi pij practici, ſcilicet euidentis & per ſe noti: qualia ſunt iu ris naturalis principia de honeſto ſequendo, & turpi vi tando. ¶Eſt igitur duplex ſynderesis ſcilicet actualis, & habitualis. Poſſet aliter capi ſyndereſis pro intellect⁹ na turali inſtinctu: atq inclinatione aſſentiendi huiuſmodi principijs practicis euidentibus & per ſe notis: nomina ad placitum ſignificant: quarè tranſeat hæc acceptio.

Syndereſim an extingue re poſſit mali tia.

Syndereſis duplex.

¶Reſpondeo igitur, cum huiuſmodi naturalis inſtinct⁹, ſeu inclinatio ſit ĩpe intellectus, clarũ eſt nõ poſſe per na turã extingui ſyndereſim. ¶Accepta verò ſyndereſi pro actu, vel habitu: dico, põt ĩpediri ſyndereſis quãtũ ad actũ per nõ præſentationẽ principiorũ intellectui: certũ eſt in tellectũ nõ ſemp ad quęcũq euidẽtia p ſe nota aduerte re: nec igitur ſemper eorum aſſenſum habere: quare e tiã poteſt intellectus eſſe ſine ſyndereſis habitu, ſcilicet an te primum actum. An autem præſentatis intellectui prin cipijs practicis: id eſt habita eorum apprehenſione poſ ſit productio aſſenſus impediri? reſponderẽt affirmatiuè id afferentes de primo principio: ſcilicet quòd voluntas deprauata poteſt cum aliquo motiuo impedire intelle ctum illis principijs practicis per ſe notis aſſentire: quin imò eiſdem diſſentire: aſſentire eorundem oppoſitis: & generari oppoſitorum habitus, ex quibus principiorum habitus geniti corrumpantur. ſic enim tam quò ad actũ quàm habitum extingueretur ſyndereſis: nõ autem irre

Syndereſis quædam ceptiones im peditiuæ.

cuperabiliter: nam reuiuiſcere poſſet videlicet à ſuo effe-
ctu non impeditus per voluntatem deprauatã apprehen
ſionibus illorum principiorum.

Syndereſis extinctio q̃ periculoſa.

¶O quàm igitur periculoſum in homine deprauato fo-
ret ſic ſyndereſim atq; rationis lumen extingui. Nã ipſa
eſt quæ intus remurmurans errantem redire ad boni, &
æqui ſemitã, derelicto turpi inhoneſto, continuè inſtigat:

Per raro ſi ĩ homine ſyndereſis cæcitas.

fateor in tam deprauatam cæcitatem raro hominem de-
trudi: nam (teſte Auguſtino ſecundo de ciuitate dei) tan
ta eſt vis probitatis & caſtitatis: vt omnis vel penè om-
nis eius laude moueatur humana natura: nec vſq; adeò
fit turpitudine vitioſa: vt totum amittat ſenſum honeſta-
tis. hæc ille. ¶Quinimò in damnatis viget huiuſmodi na
turalis rationis lumen: quorum nec ignis extinguet: nec
vermis morietur. ¶Sic enim prudentis eſt cùm aliqua in
ſurgit paſſio, vel tentatio eam vigilanter præuenire: vide
licet potentiam intellectiuam ad aliud conuertendo: ne
adeò creſcens rationem abſorbeat: et ceſſantibus iudicijs
rationis in turpes, & dedecoros actus more brutorum
prorumpatur ſecundum paſſionum & tentationum im-
petum: talis enim negligentia voluntati cohibere poten-
ti imputaretur.

De liberi arbitrij paſſionibus.

CAP. III.

Paſſio quid ſit.

*PAſſio (relictis alijs vocabuli acce-
ptionibus) eſt potentiæ cognitiuæ,
aut eius appetitiuæ accidens actum
naturaliter concomitans: ab ipſoq;
ineſſe, & conſeruari dependens.*

Paſſiones reſecare volẽs reſecet actus.

*¶Qui igitur ipſas animæ paſſio-
nes, ne inſurgant, impedire cupit: ipſius animæ actus im
pediat: ſi pariter ipſas iam inexiſtentes moderare aut
reſecare velit ipſos actus moderet, aut tollat: ſi verò ne-*

queat nouerit quòd nec ipſe paſſiones reſecare, aut moderare poteſt. ¶ *His ſuperaddo huiuſmodi accidentia vitaliter immutare: quinimò potentiam conſummatè fœlicitare, aut infœlicitare.*

PRIMVM NOTABILE.

¶ Extenſo nomine omne accidens appellatur ſubiecti paſſio, cui inhæret; ſic quædam corporis qualitates, paſſiones animæ prouocantes, ſolent paſſiones nuncupari. Aliter capitur pro ſolo potentiæ cognitiuę, aut appetitiuæ actu, aut actum concomitante: ſtrictius autem, prout ſuprà definiui, condiſtinguendo actui & habitui paſſionem.

¶ Secundum notabile. In ſuperiori paſſionis definitione duo tanguntur ſcilicet naturalis concomitantia per quam differt ab actu. Et conſeruatio per quam differt ab habitu. Quò ad primum. Paſſionem præcedit actus ſaltem proprietate naturę; eamq́ producit abſq; obiecti coefficientia. Exēpli gratia, in ſenſu delectatio ab actu proſequutiuo cum ſenſatione conuenientis, & dolor ab actu refugitiuo cum ſenſatione diſconuenientis gignitur pariter in voluntate gaudium à volitione cum iudicio conformi: & triſtitia à nolitione cum iudicio difformi: hinc dicitur triſtitia eſſe de his quæ nobis nolentibus accidunt: & ita gaudium de his quæ nobis volentibus accidunt: accidunt, id eſt accidere creduntur. ¶ Quò ad ſecundum dico; nequit naturaliter huiuſmodi paſſio producta manere ſine actus præſentia: per hoc differt ab habitu, vel ſpecie. Et quòd non coagat obiectum patet: non minus huiuſmodi paſſiones cum obiecti abſentia fierent manentibus actibus illis ſiue in ſenſu, ſiue in potentia ſuperiori. Qui igitur (vt ſuprà dicebam) triſtitiam ab aliquo moderari, vel penitus auferri deſiderat: curet harum duarum cauſſarum vnam moderari, vel omninò remoueri: ſcilicet obiecti conſiderationem: aut euentus rei nolitionem; ſic de gaudio, quò ad duas eius cauſſas, Sunt enim tam in cognitiua

Paſſio in quibus ab actu & habitu differat.

Paſſio nō ab obiecto gignitur.

quàm appetitiua,paſſiones.Nihilominus materiæ ſubiectæ ſufficiet de paſſionibus potentiæ appetitiuę determinare quæ an ſint animæ accidentia cōdiſtincta actibus.

Paſſio an ſit accidens con diſtictum actui.

¶Tertium notabile. Eſt quorundam opinio negatiua. exempli gratia:gaudium eſt ipſa volitio : triſtitia autem nolitio:& ita in ſenſu de delectatione,& dolore. Eſt autem aliorum ſententia contraria quam ſequuntur Scotus,Okam,& alij:vtriuſq; apparentem probabilitatem in quarto ſententiarum amplè monſtraui vtrinq; rationes ſoluendo:verumtamen apparentiores ſunt, & profectò fortiores pro ſecunda:quarè eam ſequor ex trito, et communi diſtinctionis rerum iudicio : videlicet ſeparabilitatis re, vel proprietate.Non eſt enim pro hoc ſtatu potius medium concludens ipſam nolitionem eſſe accidēs con diſtinctum animæ,quàm ex hoc,quòd poteſt manere anima non exiſtente in ea nolitione:ſed poteſt pariter manere nolitio non exiſtente triſtitia : ſcilicet vbi res nolita ſciretur non ineſſe quæ inerat. igitur &c. Tum etiam in beato eſt nolitio,& non triſtitia:pariter in damnatis volitio rei accidentis,& non gaudium.Sufficiant pro nunc hæ rationes contrarijs fortiores iſtis ſcilicet. ¶Primò, fruitio & delectatio ſunt eiuſdem potentiæ, & eiuſdem obiecti.ergo ſunt idem actus.Secūdò,immediatè ſequūtur ad eundem actum cognoſcitiuum & non vnus mediante alio:igitur ſunt idem actus.Tertiò, odium definitur triſtitia boni alieni.Quartò, eundem habent effectū per ſe & immediatè, ſcilicet perficere operationem. Ad primum reſpondet Okan.Delectatio vel non habet obiectum propriè loquendo: vel ſi habeat : ſic ſuum obiectum erit dilectio,vel cognitio rei dilectæ:quarè ſunt diuerſorum obiectorum.Contrà. Gaudio recto non dicitur quis de cognitione,vel dilectione proſperitatis gaudere: ſed de ipſa proſperitate. Dico igitur indeficienter eſſe eiuſdem obiecti hæc tria:cognitionem,volitionem, & gaudium.Et ad argumentum,nego conſequentiam. Notitia enim intuitiua,& abſtractiua:pariter apprehenſiua,& iudicatiua:volitio ſimiliter, & nolitio , ſunt eiuſdem potentiæ & eiuſdem obiecti;differunt tamen ſpecie

Paſſio habet obiectum.

ſcilicet

ſcilicet penes varios modos vitaliter imutatiuos. ¶Ad ſecundum reſpondet Okam cum Scoto: licet delectatio ſenſibilis poſſit immediatè ſequi ſenſationem ſine actu appetitus ſenſitiui: tamen delectatio volũtatis cauſſatur immediatè à dilectione: & dilectio à cognitione, & ita ſequuntur ad diuerſos actus. Dico hanc euaſionem nullam. Nam ita delectatio ſenſus diſtinguitur ab actu proſecutiuo, ſicut gaudium à volitione: tum etiam obiecti conuenientis ſenſatio non minus potens eſt in appetitu ſenſitiuo actum cauſſare proſequutiuum, quàm illic delectationem: concludo igitur nunquàm delectationem in appetitu ſenſitiuo ſine eiuſdem appetitus actu produci. ¶Reſpondeo igitur ad obiectionem negando aſſumptum: nam ad cognitionem ſequitur dilectio: & ad hos duos actus ſequitur delectatio. ¶Ad tertium reſpõdeo, frequenter paſſionis nomen accipi pro actu, vt illic triſtitia pro nolitione ad quam ipſa ſequitur. ¶Ad quartum dico eiuſdem actus duos gradus æqualiter perficere potentiam: & tamen vnus non eſt alter: quare non militat obiectio.

Paſſio etiã ipſius ſenſus præſupponit actum.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Animæ paſſiones condiſtinguũtur actibus: actuumꝙ moderatione, aut reſecatione moderantur, vel reſecantur. Prima pars patuit ex maiori rationum apparentia ꝙ pro oppoſito. Concluditur enim condiſtingui volitionẽ cognitioni, aut ipſi animæ, per hoc quòd poteſt anima, aut cognitio, manere non remanente volitione: ſed poteſt pariter manere obiecti nolitio non remanente triſtitia. fugere autem ad nolitionum diuerſitatem, quarum vna ſit triſtitia, & non altera, fictitium eſt. ¶Secunda cõcluſionis particula nota eſt ex paſſionum ab actibus dependentia. Vbi corollariè ſequitur dupliciter fieri poſſe paſſionum ipſius appetitus rationalis moderationem aut reſecationẽ, ſecũdũ quòd ex duob⁹ cauſſantẽ actib⁹: vno modo ex parte cognitiõis: alio modo ex parte act⁹ appetitiui. Exẽpli gratia, triſtitiã reſecat memoriæ obiecti ablatio: aut eiuſdẽ prænoliti in volitum permutatio.

¶Secunda concluſio. Huiuſmodi paſſiones ſunt accidẽ

tia vitaliter immutantia quæ ipſum appetitũ fœlicitant, aut infœlicitant. ¶ Primam partem oſtendo, potentia appetitiua eis tendit in obiecta: & hoc quiſq; experitur, videlicet aliter immutari animã cum triſtitia quàm abſque ea. ¶ Secundã partẽ probo. nã vltimatè benè, vel malè eſt appetitui immutationib⁹ eorũ: delectatio quidẽ ſenſum fœlicitat: & dolor infœlicitat eũ: gaudiũ voluntatẽ fœlicitat: & benè eſt naturæ: triſtitia infœlicitat eã: & malè eſt naturæ ipſius: quamuis enim ex delectatione exuperãte aliquando in corpore detrimentum contingat: veruntamen ipſi appetitui ſenſitiuo benè eſt ſic delectabiliter immutari: quamuis etiam poſſit aliquis dolor magnum corpori ferre commodũ: malè tamen eſt appetitui ſenſitiuo ſic immutari. De gaudio, & triſtitia, idẽ dico in volũtate: videlicet tam reſpectu boni ſimpliciter, q̃ mali ſimpliciter, vel indifferẽtis. bene vitaliter eſt naturæ per gaudij immutationẽ: & malè per immutationem triſtitiæ; & quia actui cognitiuo, & actui appetitiuo perficientibus naturã, adueniunt paſſiones illæ: hinc dixi eas cõſummatè fœlicitare, atq; infœlicitare appetitum. Sint incidentaliter propoſitiones.

PRIMA PROPOSITIO.

Fœlicitas & infœlicitas cõſummant i paſſionib⁹.

¶ In his æterna fœlicitas, æternaq; infœlicitas cõſummatur: cõſiſtit æterna fœlicitas in ſummi boni clara cognitione, in eius fruitione, & conſummatè in gaudio ex illis actibus conſurgente. æterna autẽ infœlicitas in detẽtionis pro hoc, vel illo peccato, cognitione, in eius nolitione: & cõſummatè in triſtitia ex illis actibus conſurgente.

Fœlicitates atq; infœlicitates meritis aut demeritis ſpecie diſtinctis correſpondent ſic diuerſæ.

¶ Secũda propoſitio. Diſtinctis meritis, diſtinctę fœlicitates: & diſtinctis demeritis, diſtinctę infœlicitates maiores, vel minores, ſecũdũ meritorũ, vel immeritorũ mẽſuras deputãtur: meritis enim ſpecie differentibus, gaudia ſpecie differẽtia dant: & demeritis ſpecie diſtinctis, pariter triſtitiæ ſpecie differẽtes ex nolitionibus ſpecie etiam diuerſis ortę: prout ſunt, nolo pro iſto peccato detineri: nolo pro illo, &c.

¶ Tertia ꝓpoſitio. Duplex eſt beatitudo, eſſentialis videlicet, & accidẽtalis; prima ſummũ bonũ habet ꝓ obie

ꝙo:ſecũda aũt,eſt gaudiũ ipſi beato ex alio obiecto cõſurgens:prout gaudiũ de viatorũ emẽdatione, aut aliũ dè:iſta augeť,minuiť,interrũpiť:nõ aũt prima:ab iſta libere deſiſtere poteſt beatus:nõ aũt à prima. ¶Duplex eſt pariter infœlicitas, ſeu pœna.ſ.eſſẽtialis,& accidẽtalis:illa eſt pœna ipſi demerito in punitionem determinata: altera aũt,eſt pœna aliũdè accidẽtaliter cõſurgẽs:ꝑut dæmonis triſtitia de nõ poſſe iſtũ, vel illũ ad peccatũ ꝑducere: iſta,augeť,minuiť,vel interrũpiť:nõ aũt prima: ab iſta qs dãnatorũ deſiſtere põt:nõ aũt ab illa. ¶Rurſum duplex eſt dãnati pœna.ſ dãni,& ſenſus:pœna dãni, eſt priuatio beatitudinis ꝓ tũc debitę.Pœna aũt ſenſus,eſt actus, vel paſſio (vt dictũ eſt) afflictiua. hæc peccato actuali reſpondet;illa verò originali. Nõ affliguuntur eñ paruuli cũ ſolo originali mortui:ſed cõmodo beatitudinis carẽt. ¶Primum dubium. An beatificetur quis extra cœlũ: & per contrariũ extra infernum infœlicitetur? Reſpondendum eſt beatum,vbicunq; fuerit,ęqualiter beatificari: & dãnatum æque cruciari. Angelus noſter cuſtos cõtinuè ſummũ bonũ intueť:cœleſtẽ videt curiam. nec ex noſtro peccato triſtať.dæmõ pariter in hominis habitaculo tentãs,nõ gaudet ex pctõris lapſu:nec vllũ per hoc dať ei refrigeriũ:ſed poti⁹ afflictionis accidẽtalis augmẽtũ. dicũt aliqui dęmones quocũq; ierint ignẽ ferre diuina virtute: q à nobis nõ videť,deo actionẽ impediẽte. Nõ igiť pro eorũ cõmodo:ſed inuidia, deprauatoq; affectu tentant. ¶Subdubitať:an fœlices illi ſpũs angelici, vel humani mereanť:& demereantur infœlices? Rñdẽdũ. nõ ſũt eñ extra merẽdi,& demerẽdi ſtatũ.vnde hominũ ſtat⁹ merẽdi, & demerẽdi,eſt citra mortẽ. Angelorũ aũt,fuit tẽporis morula quædã,qua in gratia ſine clara viſione dei cũ ſufficiẽti agẽdorũ cognitiõe creati,in eaq; ſuo libero arbitrio relicti,potẽtes erãt mereri,& demereri:ea aũt elapſa, merẽdi & demerẽdi ſtat⁹ euacuat⁹ eſt.Fuerũt igiť per illã morulã viatores:ꝑut hoĩes,vita comite. ¶Viator eñ,eſt rõnaľ creatura quę ſecũdũ diuinas leges ordinatas,ẽ ĩ ſtatu merẽdi & demerẽdi:quarè chriſt⁹ ꝗuis mereri poterat ſaltẽ nobis,nõ tñ fuit viator; quia demereri nõ poterat,

Pœna dãni: pœna ſenſus.

Angelus hominis cuſtos non ex eius lapſu triſtať: nec ex eo dęmõ gaudet.

Angeli viatores fuerũt.

Viator qd ſit

ſecũdũ leges dei ordinatas. Chriſti autẽ mater, quàmuis diuinitus confirmata fuerit in gratia: pariter apoſtoli: veruntamen poſt eorum confirmationem fuerũt viatores: nam communibus legibus ordinatis, non repugnabat eos mereri, atque demereri.

Angeli atq; animæ qualiter in igne crucientur.

¶Secundum dubium. De modo quo in igne cruciãtur ſpiritus. ¶Reſpondeo. fuit multiplex opinio. vna Thomæ, quòd ex apprehenſione diſconuenientiæ ignis. nã ex ea cauſſatͤ nolitio: et ex nolitione, triſtitia afflictiua. Cõtrà: non eſt ex natura rei ſpiritui diſconueniens. Eſt igitͤ prius natura eum eſſe nolitum, quàm eſſe diſconuenientem. ¶Secunda opinio, eſt Henrici de gandauo imaginantis dæmonem ſolum in igne, actione ignis cruciari, deo infundẽte ſpiritui habitum, quo ipſe redditur actionis, atq; paſſionis ipſius ignis ſuſceptiuus. ¶Tertia poteſt addi opinio, id ſcilicet fieri per virtutem aliquam ſupernaturalem igni ſuperadditam: quæ ſit diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum. Contra has duas imaginationes: nam calor, eſt accidens extenſum. ſpiritus autem, ſubiectum inextenſum: igitur non eſt illius effectus capax. Prætereà, ipſa ſola ignis apprehenſio, non eſt naturæ ſpiritus diſcõueniens: ſed potius perficiens. ¶Eſſet enim ad has obiectiones reſpondendum actionem ignis ſic ſupernaturali virtute agentis imprimi ſpiritui non calorem, aut aliam corpoream qualitatem: ſed ſpiritualem quandam qualitatem ſuo modo ſpiritui ſpiritualiter nociuam atq; lędentem: vt ſenſibile ſenſui ſcilicet obiectiuẽ immutantẽ ſpiritum: ex cuius cognitione cauſſaretur naturalis fuga: & ex cognitione & fuga paſſio quædam dolori ſimilis affligens ſpiritum. ¶Quarta fuit opinio ad ſaluandum modum cruciatus dæmonum, aſſerens eis data corpora in quibus actione ignis affligantur: prout animæ corporibus coniunctæ. Reprobatur per pariſiẽſes articulos hæc aſſertio: tùm etiam nequeunt corporibus vniri informatiuẽ: quòd tamen neceſſarium eſſet. quinimò ipſa anima corpori intime præſente non ipſum informante nõ fieret per quãcunq; corporis læſionẽ dolor. Nequit dæmon in corpore aſſumpto operatiões vegetatiuas, vel ſenſitiuas

exercere: localiter autem motiuas ſic: prout ambulare, loqui, comeſſe, bibere: non autem nutriri, digerere, ſentire, dolere. ¶ Quinta opinio dicit abſq; corporibus ſubſtantias ſpiritales pœna ſpiritali puniri atque cruciari: ſcilicet triſtitia cauſſata ex nolitione detentionis in igne pro tali, vel tali peccato: præter quam quidem pœnam reaſſumptis corporibus cruciabuntur animæ ſenſitiuo dolore, actione ignis illa non conſumentis corpora, deo ipſa cõſeruante. Ex quo dolore nolito ſurget in voluntate triſtitia noua: quare aliquo genere pœnæ cruciabuntur tũc animæ, quo non dæmones. Has opiniones in quarto amplius examinaui: quarum vltima communius à doctis tenetur.

E Numerari ſolent vndecim ipſius appetitiuæ potentiæ paßiones: ſcilicet amor, & odium: deſiderium, & fuga: gaudium, & triſtitia: ſpes & deſperatio: timor, & audacia: & ira: cui nulla aßignatur oppoſita paßio. Et quamuis non careat æquiuocatione vocabulum: cùm quandoque pro actibus: quandoque pro accidentibus ipſos actus concomitantibus capiatur: veruntamen hic, ſecunda vſurus ſum acceptione. ¶ Cauſſantur enim paßiones huiuſmodi, ex duobus actuum generibus, ſcilicet intellectus, & voluntatis. ¶ Sex quidem primæ ad potentiam concupiſcibilem. Aliæ verò ad iraſcibilem pertinere dicuntur: eadem nihilominus potentia, ſcilicet volũtas & cõcupiſcibilis, & iraſcibilis nuncupatur: cõcupiſcibilis, reſpectu obiecti ſimpliciter oſtenſi boni, vel mali, id eſt, oſtenſi ſine rei arduitate. Appellatũ autẽ iraſcibilis, reſpectu obiecti oſtenſi boni, vel mali cũ arduitate & difficultate adipiſcendi, vel repellẽdi. Dicitũ igitũ iraſcibilis, pro quãto obiectũ propter arduitatẽ & difficultatẽ eleuatũ eſt, ſuper facilẽ volũtatis poteſtatẽ. Dogmatizari ſolet amorẽ eſſe boni abſolutè: deſideriũ boni, vt abſentis: gaudium boni, vt adepti. Pariter odiũ

Paßiões vndecim ipſius potentiæ appetitiuæ.

Paßio volũtatis ex duobus actibus producitur.

mali abſolute: fuga mali, vt abſentis, licet imminẽtis: triſtitia mali præſentis, ſiue inexiſtẽtis: ſic igitᷣ ſunt tres, reſpectu boni: & tres reſpectu mali. Quò autẽ ad iraſcibilem quæ ſibi arduum appropriat dicitur ſpes eſſe boni futuri cum confidentia adipiſcendi: deſperatio boni futuri cũ diffidẽtia: audacia mali futuri cũ confidẽtia repellẽdi & oppugnãdi: timor aũt atq; metus, eſt mali futuri cũ diffidẽtia repellẽdi. Ira autẽ, eſt præteritæ offenſæ triſtitia cũ appetitu vindictæ. his hæc duo adiungo: primũ, hæ paſſiones, ſecũdum ſuos vitaliter immutandi modos, modis variis, corpus realiter tranſmutant. Secundum, ad eas pronificãt corporum diſpoſitiones: ſecundũ quas plurimum animabus inſitum eſt ſequi corpora.

PRIMVM NOTABILE.

¶Non tenue opus eſt perſcrutari à quibus actibus prænumeratæ cauſſentur paſſiones. Quæ autem ſentio dicã. ¶Imprimis de ipſa concupiſcibili quò ad primam contrarietatum combinationem: volitio boni in ſe, & cognitio, naturaliter paſſionem quandam producunt: quæ dicitur amor, aut magis propriè libido, aut placẽtia: vt nomen amoris actui deputetur. Nolitio autem mali in ſe, & cognitio, paſſionem illam efficiunt: quæ appellatur odium: aut magis propriè abhominatio ſeu horror: vt nomen odij pariter actui cõtrahatur. & dixi vtrobiq; in ſe, id eſt, nominibus rem adeſſe, vel abeſſe non connotantibus: ſed duntaxat obiecti bonitatem, vel malitiam volũtati oſtenſam. ¶Quò ad ſecundam conbinationem dico: volitio qua voluntas vult bonum infore, & cognitio ꝙ inerit, paſſionẽ cauſſant naturaliter: quæ à pleriſq; dicitur deſiderium: aut rectius cupido, vel cõcupiſcentia: vt deſiderij vocabulũ actui aptetur. Nolitio verò qua vult malũ infore: & cognitio, quod qua eſt nolitũ malum inerit, paſſionem cauſſant naturaliter nomine fugam ſiue reſilitionẽ. ¶Quo ad tertiam combinationem, volitio, qua vult bonum ineſſe, & cognitio inexiſtentię,

gaudium efficiunt,ſeu lętitiam:nolitio mali inexiſtentis, & cognitio inexiſtentiæ,triſtitiam cauſſant,ſeu anguſtiã. ¶De iraſcibili verò,dici ſolet non eſſe paſſionem eius reſpectu præſentis inexiſtentis:& huius ratio eſt.Nam qđ ineſt,non habet ardui rationem ad præcauẽdum, vel ad adipiſcendum:reſpectu autem præteriti,eſt ira: & reſpectu futuri,ſunt reliquæ. ¶Quò igitur ad primam combinationem dicẽdum.volitio boni ardui atq; difficilis abſentis,& adipiſcendi,ſi fuerit cum adeptionis confidentia,paſſionem cauſſat:quæ accommodato nomine dicitur ſpes:ſi autem cum diffidentia,gignit paſſionem:quæ appellatur deſperatio. ¶Quò ad ſecundam combinationem:nolitio mali ardui atq; difficilis noliti in fore: aut eſt cum confidentia repellendi:ſic cauſſat audaciam,paſſionem:aut cum diffidentia,ſic timorem ſeu metum producit.Sunt igitur ſpes & deſperatio,reſpectu boni:audacia verò & timor reſpectu mali. ¶Quò ad tertiam ſpeciem: ira,eſt paſſio miſta, ex triſtitia præteritæ offenſæ,& deſiderio vindictæ.Sed an ipſa ſit paſſiones illæ duæ:an vna eis cõdiſtincta:vtrumq; dici poteſt:prout enim idem voluntatis actus,eſt volitio,& nolitio:ſic ab illo actu tertio cauſſari poteſt paſſio vna ſimul appellanda gaudium,& triſtitia,aut ſpes,& deſperatio:& ita de alijs contrarietatum combinationibus,reſpectu diuerſorum obiectorũ: Nec hoc impedit,quin pariter duę illæ paſſiones,ſcilicet triſtitia præteritæ offenſæ & deſiderium vindictæ valeant ſimul ira nuncupari:quinimò & ipſa triſtitia, deſiderio ei aſſiſtẽte,vocari poteſt ira. Nomina ad placitum ſignificant nec deeſt vſus. ¶An enim vniuerſaliter ad ſingulas prænumeratas paſſiones requirantur dictæ cõbinationes boni & mali ſub his connotationibus? Oſtendo ſuperius quòd non. Dico enim obiecti nudè oſtenſi,hoc eſt,ſine boni aut mali connotatione, quod ſit volitum,& cognitum, ineſſe producitur gaudium.cum nolitione autem, triſtitiam adiungo: pariter gaudij, & triſtitiæ nomen ſæpe extendi, tam reſpectu futuri, aut pręteriti,quàm præſentis.De his amplior libro de libero arbitrio fiet examinatio.

Iræ nomen accipi poteſt pro vna ſimplici paſſiõe aut ꝓ aggregato ex duabus.

¶Secundum notabile. Ex actibus ſuprà aſſignatis, cauſſantur huiuſmodi paſſiones: nihilominus ex corporum varietate, contrahunt animæ ad paſſiones ipſas nõ modicam pronitatum varietatem. Primò quidem, ex appetitu ſenſitiuo: & conſequenter ex parte liberi arbitrij colligati: atq; immerſi ſenſui, cui natum eſt condelectari, atq; cõtriſtari. ¶Vbi hoc habeas documentũ: ſenſatio ipſam organi diſpoſitionem obſeruat in proſecutionis, aut fugæ productione: ſicq; eiuſdem obiecti ſenſatio facit in vno actum refugitiuum, & altero proſequutiuum, propter obiecti ad corpus ſic diſpoſitum conuenientiã, vel diſconuenientiam, ſimilitudinem, vel diſſimilitudinẽ. veritatem huius oſtendit lupi apprehenſio in oue aut lupo. Quo fit (teſte Ariſtotele) animæ inſequuntur corpora: neceſſariò quidem quò ad appetitum ſenſitiuum: & inclinatiuè quò ad liberum arbitrium: id enim, vt amplius noſcas, placuit hæc ex philoſophiæ theſauris annectere ſcilicet: Corpori ſanguineo anima immerſa, eſt naturaliter læta: amatiua, pia, benigna, ad riſum facilis, liberalis, potuum, & ciborum delicatorum cupida; & ad res venereas prona. ¶In corpore autẽ cholerico, ipſa eſt naturaliter in agendis impetuoſa, vigil, audax, animo elata, in arduorum honorum & adminiſtrationum appetitu, prona ad iram, facileq; placabilis: & prodiga. ¶In corpore flegmatico, pigra, atque ſomnolenta, paruiloqua: arduorum honorum, atque adminiſtrationum contemptiua, ad iram tarda, pauco cibo, atque potu cõtenta, ad venerem rara. ¶In corpore autem melancholico, timida, triſtis, ſuſpicioſa, tacitè cogitabunda, ſolitariaq;, auara, in opinione pertinax, ad iram tarda, & implicabilis cũ irata fuerit. Has, & alias quàm plures pronitates contrahunt à corporibus animæ. Et quoniam varijs alimentis variantur corpora in qualitatibus, ſpiritibus, & humoribus, qui ſunt quædam paſſionum ſeminaria, atq; alimenta: hinc ex eis morum pronitates diuerſificari oportet. Nulli enĩ dubium ad timiditatem, vel audaciam, ſpem, vel deſperationem, gaudium, vel triſtitiam, ad iram, atque furorẽ; & alias paſſiones pronificare certa ciborum genera; quæ

Animæ inſequuntur corpora neceſſariò quidem quo ad appetitum ſenſitiuũ & inclinatiue quò ad volũtatẽ.

autem ſint illa: ad quas've paſſiones nõ eſt pręſentis ſpeculationis aperire.idem de loci habitabilis conditione: idem de anni temporibus,hyeme,eſtate,&c. ℂCũm pariter corporibus dominentur aſtra:nec parũ ab eis tam in manifeſtis,quàm occultis proprietatibus diſcriminentur.hinc ex ipſis contrahi poſſunt ad varios mores act⁹, & paſſiones,incitamenta,fomentaq́ varia. ℂTradiderunt aſtrorum obſeruatores ſaturno dominante geniturę animam corpori ſic qualificato coniunctam,pigram, triſtem,ſolitariam,timidam,auaram,ſuſpitioſam, diu tenentem iram pertinacem. ℂIoue dominante,geniturę animam in corpore ſi: qualificato lętam,honeſtam, humilem,liberalem:arduorum,atq; conuerſationis maiorũ appetitiuam.ℂMarte ſic dominante,eã eſſe furioſam,audacem,appetitiuã dominandi,vigilẽ,mobilem. ℂSole autẽ,eam fidelẽ,alti cordis,honeſtã,piam,religioni deditam.ℂVenere autem,eam eſſe fidelẽ,lętam, benignam, gratam,amatiuam,piam,luxurioſam,muſicę amatricem. ℂMercurio autem,eam eſſe ingenioſam,quarũcunq; artium,& ſcientiarũ cupidam, modeſtam, facundam ſermone,religioni deditam,iuſtam,atq; alijs fidelem. ℂLuna autem ſic prędominante,geniturę animã corpus ſic qualificatum inhabitantem, atq; informantem, eſſe grauem,ſtabilem,honeſtam,parentibus affectam, & potui tardam.ℂHęc enim ab autorib⁹ vitia naturalia,aut virtutes nuncupantur: non quòd in eis ſit plena vitij. aut virtutis ratio:ſed ad huiuſmodi ſpronificatio, atq; ſeminarium quoddam,animam ad certos mores cõtinuè ſollicitans: cui ſapiens dominatur:ſtulti autem indulgent: quorum infinitus eſt numerus.

ℂTertium notabile.Dicunť paſſiones mentis: dicuntur & cordis:ſed vnde hoc? dico:animę paſſiões iuxta ſuos vitaliter immutandi modos corpus realiter immutãt: appellantur enim mentis paſſiones:paſſionesq́ animi propter vitalem animę immutationẽ:paſſiones verò cordis propter realẽ corporis tranſmutationẽ:quia.ſ.cor principaliter patitur,cui ſeruiũt ſpiritus,& ſanguis:qui etiã illis paſſionibus diuerſimodè mouẽtur. ℂIn gaudio,paula-

Paſſiões cur cordis,cur mentis dicãtur.

Paſſiões corpora trãſmutant.

rim cor verſus pectus dilatať:in triſtitia,moueť paulatim verſus dorſum.In ira vero,ſubitò verſus pectus:in timore ſubitò verſus dorſum:in verecundia ſubitò ad vtrūq3: in anguſtia aūt paulatim. ❡Gaudiū itaq3 dilatat cor: & triſtitia cōſtringit: in gaudio fit à corde ſpirituū effuſio ꝑ corpus:in triſtitia aūt retētio.Et indè in gaudio calefiunt exteriora mēbra: & frigeſcit cor depauperatū ſpū. In triſtitia aūt calefit cor infieri frigeſcētibus exterioribus. Finali aūt effectu,frigeſcunt omnia nimia conſtrictione tādē ſuffocato calore.

Paſſionum refrenatio & moderatio differunt.

❡Primum dubium.Qualiter differunt refrenare paſſiones: & eas moderare.Reſpondeo:refrenare,eſt cohibere nè ſuo impetu paſſiones contrà rectam rationem inſurgant.Moderare verò, eſt vti ipſis conformiter ad rectam rationē vbi oportet,quādo oportet, ſecundū qualitatem materiæ,quādoq3 excitando eas,quādoq3 reprimēdo:licitum enim eſſet exigēte materia paſſionē furoris excitare: prout duci belli,aut pariter paſſionē veneris procreaturo ꝓlem,aliàs frigido.& ita de reliqs:quamuis enim de his quæ inſunt à natura nō laudemur,neq3 vituperemur:per eorum tamē vſum liberum,vel libere permiſſum ſic.

Prudēs qualiter aſtris dominetur atq3 cōplexioni.

❡Secūdum dubium.Qualiter aſtris dominetur prudēs: & ſapiens complexioni? Reſpondeo : primò & potiſſimè, quò ad proprios liberi arbitrij actus: quantacunq3 ſit inclinatio dominatur prudens.

❡Secundo,partim quò ad inclinationum diminutionē, videlicet per cauſſarum contrariarum applicationem, corpus ad contraria diſpoſitiones alterantium: quinimò poteſt ipſa natiua complexio permutari.

❡Tertio,quò ad animę accidentia inclinationes contrarias facientia:prout ſunt habitus per vſum,& exercitium virtutum acquiſiti.

❡Quarto,quò ad fugam occaſionum hunc corporis fomitem excitantium.

De liberi arbitrii habitibus.

CAP. V.

Habitus, eſt qualitas quædam in potentia operatiua ex actu, vel actibus naturaliter genita, remanens in ea, tranſeuntibus actibus, inclinans habentem immediatè ad conſimiles actus. ¶ *Volens igitur non generari in eo habitum, non exerceat actus: aliter ex actibus velit, nolit, producetur habitus ad actus inclinatiuus.*

Habitus quid.

Habitum nolens generari non exerceat actus.

PRIMVM NOTABILE.

¶Quorundam opinio non condiſtinguit potẽtię ipſum habitum, videlicet habitũ eſſe potẽtiam tranſeuntibus actibus diſpoſitiorem, pronioremve ad ſimiles. Alijs contrarium aſſerentibus ſcilicet eſſe accidens ipſi potẽtiæ ſuperadditũ. hinc promptũ eſt, nihil nõ accidentis ſuſceptiuũ eſſe habituabile. cum igitur deus ſit ens ſimpliciter ſimplex: non eſt habitus habituabilis.

Habitus nõ accidens ipſi potentiæ cõdiſtinctum.

¶*Secundum notabile.* Variæ ſunt habitus acceptiones: quib⁹ poſtergatis, prout ſubiectæ materiæ quadrat, vtar vocabulo ſuprà definito: vbi enumeratę ſunt ipſius habitus proprietates ſequentibus concluſionibus amplius explanandæ.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Habitus, eſt qualitas ipſi potentiæ operatiuę condiſtincta: & huius motiuum eſt experimentale ratione firmatum ſcilicet quoniam tranſeuntibus actibus, reperitur potentia operatiua magis, quàm prius inclinata: magiſq; prona ad conſimiles actus: etiam omni alio circũſcripto: & nulla foret huius ratio: niſi tranſeuntibus actibus fuiſſet aliquid in ipſa potentia operatiua derelictum, poſteà ipſam inclinans ad conſimiles actus: igitur eſt concludendum aliquid derelinqui: & illud quidem eſt qualitas ei inhærens, peculiari nomine habitus.

¶*Secũda cõcluſio.* Naturaliter gñat:õndo, poſito aliquo actu, ẽt ĩ volũtate, nõ ẽ in libera ci⁹ ptãte ĩpedire habitus

productionem ex tali actu.igitur ipſa non liberè cõcur- rit effectiuè ad eius productionem:ſi ergò comproducat id facit,vt natura. ¶Dico tamen voluntatis habitum nõ poſteà actum producere:niſi liberè coagente ei volunta- te:patet igitur,quòd actus neceſſitat voluntatem ad ha- bitum:habitus aũt,non eam ad actum neceſſitat.

An ex vno actu valde in tẽſo ſeu eriã remiſſo poſ- ſit gñari ha- bitus.

¶Tertia concluſio.Poteſt ex vno actu ſaltem valdè in- tenſo generari habitus:quinimò etiam dico ex vno actu remiſſo:probo,ſubmultiplex potentia poteſt in ſubmul- tiplicem effectum.igitur ex actu remiſſo habitus produ- cetur remiſſus, ſecundum actus remiſſionem: vbi aduer- te,ex eius remiſſione multi enim non habitum,ſed diſpo ſitionem vocant.Propterea quoniam non eſt de difficili mobilis à ſubiecto . nihilominus quamuis nomina ad placitum ſignificent,dico ipſum mereri nomẽ habitus:nã eſt eiuſdem ſpeciei cũ eo : quinimò fiet habitus intenſio- ris pars.Non igitur requiritur illa tanta mobilitatis à ſub iecto difficultas:ſufficit permanentia,tranſeunte actu.

¶Quarta concluſio. Hoc modo ex actibus generatur habitus,videlicet,èx vno actu vnus habitus:deinde ex ſecundo actu alius intendens primum:& ex tertio actu: & ſequentibus conſimiliter. Illi igitur habitus partiales ſeſe intendunt:& actus vnum totalem habitum conſti- tuunt.Habitus enim,qualitas eſt gradualiter infinitè di- uiſibilis,infinitas ſcilicet continens partes proportiona- les,quarum quælibet eſt habitus.

Habit⁹ quo modo cre- ſcat atq; intẽ- datur.

Habitus eſt qualitas pma nẽs actu trã- ſeunte.

¶Quinta concluſio.Habitus, eſt qualitas remanens in potentia operatiua tranſeuntibus actibus: vbi duo tan- guntur. ¶Primò potentiæ identitas. in eadem enim po- tentia,eſt habitus in qua ſuus actus. Exempli gratia,ex actibus voluntatis generatur habitus in voluntate: ex actibus intellectus,in ipſo intellectu:nec ex vnius poten tiæ actibus generatur habitus in alia potentia:nequeunt actus appetitus ſenſitiui,aut ipſius intellectus , generare voluntatis habitum:aut contrà. ¶Secundò,tangitur ip- ſius habitus permanentia,tranſeuntibus actibus. ¶Hinc conclude eſſe qualitatem à ſuo actu ſpecie diſtinctam. ¶Quòd ſi obijcias;actus frequentatus intendit habitũ.

igitur eſt qualitas eiuſdem ſpeciei cum ipſo. ¶Reſpondeo.antecedens eſt in rigore falſum intellectū de formali intenſione:intellectū autē accipi debet,intendit effectiue idem actus frequentatus nouum generat habitū: ex quo cum habitu pręcedente fit vnus habit⁹ intenſior.

¶Sexta concluſio.Ipſius habitus officium, eſt inclinare: inclinare autem ad actum,eſt partialiter producere actū: ſic non inclinat: niſi quandiu actum producit. ¶Poſſet nihilominus ſubtiliſando imaginari inclinationem eſſe quendam niſum atq; conatum ad actum quem etiam habitus faciat circunſcripta ipſius actus productione: & huic ſuffragari videtur experientia:nam poſt pœnitētiam reconciliati percipiunt ſe ad vitia inclinatos: nec,tamen inclinationibus conſentiunt. videntur igitur eſſe inclinationes ſine actuum productione.

Habitus officium eſt inclinare ad actū.

¶Septima concluſio.Habitus inclinat immediatè dūtaxat ad actus ſimiles: id experientia docet. ¶Quarè vnius potentiæ habitus non comproducit alterius actum: prout habitus cognitiuus non efficit appetitiuos actus: nec habitus appetitiuus actus cognitiuos agēs ꝑ modū habitus. Nec eiuſdem potētiæ habitus actum ſpecie diſferentem ab illo à quo genitus eſt.Exempli gratia:habit⁹ vnius articuli dumtaxat ad illius aſſenſum,habitus dilectionis dei non,niſi & ad dei amorē,immediatè inclinat.

Inclinatio qd ſit. An ſine actuū productiōe ſint inclinatiōes.

¶Octaua concluſio.Habitus ad proprios actus immediatè & ad quoſdam alios mediatè inclinat.Inclinare immediatè ad actum, eſt efficientiam ipſius actus attingere ſine actu medio quē producat: mediatè aūt inclinare ad actum,eſt mediante actu proprio coefficiente alterum actum inclinare ad eum. ¶Ex quò ſumeretur regula:ipſe habitus ad omnem actum producibilem à ſuo proprio actu mediatè inclinat: prout habitus præmiſſarum mediatè ad concluſionis aſſenſum,ideſt,mediante ſuo actu producēte aſſenſum cōcluſionis:habitus pariter amoris finis inclinat mediatè ideſt mediante ſuo actu ad act⁹ mediorum:hinc ſumpta eſt hęc communis doctrina:omnis habitus inclinat mediatè tollere impeditiuum ſui proprij actus;& ponere conductiuum. ¶An autem verè efficië-

Inclinare immediatè qd.

Inclinare mediatè quid.

ter habitus attingat actum ad quem dicit̃ mediatè inclinare: probabile eſt qđ non: non em̃ pater efficienter productionem prolis filij ſui attingit: cuius tamen dicit̃ cauſſa mediatè. Eſſe itaq̧ cauſſam mediatã, eſt eſſe cãm cauſſę.

Habitus ĩ ſola potentia p̃ actuũ frequẽtationem ponendus.

¶Nona concluſio. In ſola potentia per actuum frequentationem inclinabili ponendus eſt habit⁹: nec niſi reſpectu actuum ad quos ipſa ſic eſt inclinabilis. oſtẽdo: nam ex huiuſmodi inclinatione deprehenſus eſt habitus: vt lucidè ex motiuo patuit: quò ſuprà probatũ eſt habitũ eſſe qualitatem ipſi potentię, condiſtinctã. ¶SEQVVNTVR COROLLARIA. ¶Primum. Non eſt in potentia merè naturali habitus: ſcilicet in agente ſine cognitione: prout in lapide, vel igne: non enim lapis poſt frequentem aſcenſum, vel deſcenſum: nec ignis poſt frequentem calefactionem reperitur inclinatio: & ita de alijs. Idem de vegetatiua potẽtia dico: fateor in talib⁹ potẽtijs naturalibus poſſe exercitio quãdoq̧ aliqua auferri impedientia actum, vel induci coadiuuamina: non tamẽ per modũ habitus agentia: prout amplè libro. ij. de cauſſis proprietatis. xv. oſtendi.

Habitus in quibus potẽtijs ſunt repeꝛibiles & in quibus nõ.

¶Secundum corollarium. Non eſt habitus in organica potentia motiua, vt eſt talis: patet: non reperitur poſt motuum frequentiam inclinatio: atq̧ per modum habituationis pronior: tùm etiam tales motus eius nõ ſunt qualitates ei condiſtinctæ: igitur non ſunt habituũ generatiui. Prætereà actus maior habitum generat intenſiorem: atq̧ magis diſponentem ad actum ſimilem: ſed contingit actum motiuum ſeu motionẽ maiorẽ magis potentiã motiuam indiſponere quam diſponere: igitur nõ gignit habitũ. Preterea, habitus ille in membro eſſet qualitas motiua membri: & per conſequẽs non poſito impedimẽto ipſa continuè membrũ moueret: concludo igitur ex operationibus imperatis potentiæ motiuę nullum generari habitum: ſecus ex actibus imperantibus in voluntate: aut etiam in appetitu ſenſitiuo.

Habitus an ſit in organica potẽtia.

¶Tertiũ corollarium. In potẽtia ſenſitiua exteriori ſiue cognitiua ſiue appetitiua, non generat̃ habitus: patet prę cedẽti motiuo. Tùm etiam quò ad cognitiuã exteriorẽ:

in ea ſunt duntaxat noticiæ intuitiuæ: illæ autem nullũ generãt habitum:aliàs produceretur ibi actus intuitiuus abſente obiecto:& eadẽ eſt de appetitiua exteriori ratio.

¶Quartum corollarium.In ſenſu interiori tam cognitiuo,quàm appetitiuo, eſt habitus quò ad aliquos actus, & quò ad aliquos non:non eſt quidẽ habitus quò ad actus intuitiuos.vt ſuprà de exteriori oſtendi:quò autem ad abſtractiuos,iudicatiuos,et appetitiuos,ſic patet:quędam bruta videmus diſciplinę,& eruditionis capacia:et per actuum frequentationem acquirere quorũdam operum conſuetudinalem quandã peritiã ſub arte,vel induſtria cadentiũ. Hæc enim cõſuetudinalis peritia, habitus eſt cognitiuus directiu⁹ eorũ in illis artificialib⁹: & eadẽ eſt,de appetitu ſenſitiuo interiore,ratio. Vbi aduerte differre in ſenſu ſpecialem & habitum cognitiuũ: nam ſpecies,eſt obiectorum incomplexẽ ſenſatorum:habitus autem cognitiuus,complexorum: ſpecies pariter ab obiecto ſenſato cauſſatur:habitus autem cognitiuus à iudicijs:non igitur ſolum in intellectu,aut voluntate reperitur habitus. (Habitus & ſpecies differunt.) ¶Quintũ corollariũ. Quorũdã actuũ ſunt habitus in intellectu:& quorũdã nõ patet,notitiarũ intuitiuarũ nõ ſunt habitus:omnis eñ intuitio ab obiecto & potẽtia paritur:abſtractiuæ pariter apprehenſiuæ ponuntur à ſpeciebus cauſſari:iudicatiuarũ autẽ, ſunt habitus: nam per actuum frequẽtationẽ fit ad actus ſimiles pronificatio,atq; inclinatio:vt patet de cõſuetis credere aliq̃d, à q̃bus vix per motiua fortia auferri põt credulitatis inclinatio. (Habit⁹ quorundã actuũ ſunt in intellectu & quorundã non.) ¶Sextum corollariũ. In volũtate ſunt habitus. patet ex inclinatione, atq; pronificatione per actuũ exercitium maior quàm ante ipſum.

¶Primum dubium.An reſpectu quorumcunq; actuum voluntatis ſit habitus? ¶Eſt vna opinio , quòd non,dicens in ſola potentia eſſe ponendum habitum, quæ eſt ad vtrũq; cõtrariorũ indeterminata:& nõ in illa quæ neceſſariò coagit,poſitis omnibus requiſitis: nam in ea nõ eſt opus inclinante.Concludunt ſic opinantes in intellectu reſpectu principiorum nõ eſſe habitũ:cum neceſſariò coagat intellectus poſitis eorum notitijs apprehẽſiuis:pariter nec in voluntate reſpectu fœlicitatis ; cùm nullus (Habitum in intellectu negãt aliqui.)

poſſit nole fœlicitatem:aut ſummam velle miſeriã. ¶Videtur atque dicere beatus thomas,non eſſe reſpectum dilectionis dei habitu acquiſitum:cùm voluntas ſit ad dilectionẽ ità determinata,cùm nequeat in oppoſitũ.¶Contrà. aſſenſus præmiſſarum cum aſſenſu bonitatis conſequentiæ neceſſitant intellectũ aſſentire concluſioni: ,put apprehenſiones principiorum ad eis aſſentiendum: pariter ſecundum probabilem opinionem,efficax volitio finis cum iudicio neceſſitat ad finis volitionem:nihilominus tam ex aſſenſu illius concluſionis,quàm ex volitione medij,cauſſantur habitus:igitur hæc neceſſitatio productionis actus,non eſt ratio ſufficiens negare habitus productionem.¶Tùm etiam,eorum motiuum eſt inualidum:videlicet,ex quo potentia iam naturaliter poſitis cauſſis inclinatur:igitur non indiget habitu inclinante. Contrà:quod inclinatur, poteſt magis inclinari: aliàs, poſt habitus primi productionem,nunquàm in illa potentia produceretur ſimilis habitus:cum iam potẽtia per habitum illum inclinetur: poteſt enim fortius inclinari, ſic ad propoſitum intellectus,cum apprehenſionibus terminorum naturaliter inclinatus,principijs aſſentiri: poteſt fortius inclinari.ſ.habitu illis apprehenſionibus coagente:pariter voluntas,cum oſtenſione ſummi boni inclinata,poteſt plus inclinari:ſcilicet coagente habitu: & ità in reliquis.

¶Secundum dubium.Pro quo obijcitur potentiã operatiuam naturalem eſſe habituabilem. ¶Nam tria ſunt duntaxat principia ad naturalia opera,videlicet,complexio,compoſitio,& vnitas:ſed ſine alicuius horum permutatione,poteſt potentia naturalis per operum frequẽtationem,aut melius,aut deterius,in ſimilia opera: ergo per habitum:conſequentia patet cum maiore: & minorem probat experientia in hominibus ſimilis complexionis,quorum vnus eſt comeſtioni,aut potui,aut quarundam rerum digeſtioni aſſuefactus. Alter ſomno diurno: alter aeri,atq; calori:vt viticolæ,fornaciarij fabri, vitriarij, curſores: talibus enim aſſueti, multò melius non aſſuetis ſe habent. ¶Reſpõdeo:prout libro ſecundo de cauſſis

Habituari nõnunq̃ apparet potẽtia quæ nõ habituatur.

cauſſis proprietate.xv.negando minorem:in prænumeratis enim experientijs non fiunt illa ſine principiorũ naturalium permutatione. ¶Primò quidem per certi cibi, vel potus aſſuefactionem,acquiritur membris complexio cibo,vel potui proportionalis. ¶Secũdò:pariter ex ſomno acquiritur corporalis diſpoſitio dormitionem requirens:qua omiſſa læditur natura. ¶Tertiò,in fornaciarijs,& huiuſmodi iuxta fornacem aſſiſtentium, conſumitur ex frequentia humidum,roridum aptum per ignẽ bulire,quo conſumpto minus læduntur. ¶Acquiritur etiam corporalibus calori,vel frigori expoſitis quædam denſitas:per quam aſſueti facilius illa tolerant:nam durũ difficulter à cauſſa extrinſeca patitur. ¶In reliquis pariter laboribus,partes exercitatæ fiunt ſolidiores; & à ſuperfluitatibus puriores, atq; fortiores. ¶Et generaliter non reperitur in talibus facilitatio ex aſſuefactione abſq; aliqua reali permutatione in principijs naturalib⁹ facta: quarè non per hanc facilitationem concluditur ſufficienter vllum illic generari habitum.

¶Ex dictis ſequitur corollariũ. Duplex eſt aſſuefactio: puræ intẽtionalis:& realis.Prima quidẽ,eſt habitus proprie dictus,videlicet ſine reali permutatiõe in principijs: acquiſibilis per naturã ex actu,vel actib⁹: & non aliter, atq; ad ſimiles actus inclinãs(nõ eſt hic de habitu ſupernaturali ſermo)aſſuefactio aũt realis, eſt quędã habilitas quæ cũ frequẽtatione operationũ acquiritur per realem in principijs naturalibus permutationẽ factã: & talis eſt à materiali agente factibilis nõ ad aliquos actus inclinans potentiã:nec eſt qualitas ſpiritalis:ſed corporea prima vel ſecunda:aut ipſummet agens à quo remotũ eſt, vel additũ aliquod impediẽs,aut iuuans; ſubiungo de potentia ſenſitiua exteriori patens exemplũ:poteſt vidẽdi diſpoſitio abſque habitu meliorari:videlicet in oculo per pelliculæ,vel humoris ablationẽ:aut per eius ſubtiliationem,aut ingroſſationẽ, vel aliã qualitatiuã impreſſionem.Exemplum de potentia motiua. Acquiri poteſt cõplicabilitas quædã,atq; cõtrahibilitas per oblationẽ, vel confractionem humorum,aut partium, aut aliorum

Habitus & aſſuefactio differũt. duplex eſt aſſuefactio.

impedientium,vel per qualitatum mollificantiũ,aut conſolidantium impreſſionẽ:quod oleis,& vnguẽtis fieri ſolet:quibus mẽbra redduntur agilia:& magis animę obedientia in actuũ atq; motionũ membrorũ exercitio: cui iuuamen prębet in anima eſſe habit⁹ varios cognitiuos, atq; appetitiuos per actuũ frequentiã acquiſitos: promptecp membrorũ exteriorũ directiuos. Exemplum de vegetatiua: poteſt quis paulatina aſſuefactione veneno nutriri: cuius probatio fuit in puella napello nutrita:& in altera iuſquiamo: non quidem habitu: ſed corporea qualitate impreſſa: quæ fuit animæ inſtrumentũ,quo ipſa veneno dominabatur,& coagente calore napellum cõuertebat,vel iuſquiamum in corporis ſubſtantiã. Exemplũ habes in re inanimata ſimile: quæ poteſt abſq; habitus acquiſitione diſponi ad actionũ, vel paſſionum facilitatem. Redditur enim baculus plicabilior,ex frequenti ei⁹ plicatione,qua fit quædam ſubtilis aliquarum partiũ cõfractio,aut viſcoſitatis diſſolutio. Non igit̃ in his omnibus cogimur habitum aſſerere.

Attende de puella napello nutrita.

HAbitus coefficit actum: eumq; totum comproducit: & non niſi in ſpecie ſimilem. Nec potentia exiens in actum habituata, valet ipſius habitus efficientiam impedire. Neq; impedire pariter certam actus intenſionem ab habitu prouenientem. Nec ſufficiẽs eſt ipſe cum ſola potentia ſuum gignere actum.

NOTABILE.

¶Quorũdam fuit opinio concurſum habitus ad actum non eſſe efficientiæ: quam opinionẽ tenens Durãdus diſtinctione.xxiij.q.ij.tertij,ſic obijcit: omnis cauſſa intendens effectum eſſet ſufficiens per ſe inducere gradum ratione cuius effectus ſit intenſior:& per conſequens habitus poſſet in aliquem actũ,ſaltem remiſſum,ſine concurſu potentiæ. Præterea,habens habitum opinatiuum, nõ aſſentit clarius,quàm ante habitũ: ergò habitus nõ coefficit actum. ¶Ad primum, nego antecedens; intelligendo per ſe,id eſt, ſine alterius cauſſæ concurſu. Ad ſecundum,concedo antecedens; aſſentit enim intenſius. ¶Re

Habitus nõ per efficiẽtiæ circulationẽ generatur infinitus.

pſico. Habitus eſſet infinitus:pariter actus: videlicet ex circulatione efficientiæ: deduco. primus actus habitum producens ſit a:iam iſte habitus productus ſuperaddet illi actui certum gradum nouum; & iſte nonus gradus actus,nouum gradum habitus: & iſte nouus gradus habitus,iterum nouum gradum actus æqualem: & nouus gradus actus,nouum gradũ habitus æqualem:& ſic, ſine ſtatu,cùm ſint cauſſæ naturales:& nullus nouus act⁹, vel habitus impedietur ſuperaddere gradũ aliquẽ æqualem:igitur. ℂAd argumentũ ſatis difficile. Dico dupliciter poſſe ſaluari non eſſe actum vel habitum infinitũ per huiuſmodi circulationem.vno modo ex finita limitatione potentiæ:tam in efficientia, quàm in vitali immutatione:propter quam in huiuſmodi circulatione tandem eſſet in aliquo nouo habitu,vel actu ſtatus, ſcilicet nihil efficiente,propter potentiæ incapacitatem. ℂSecundo modo,ponendo effectus,& cauſſæ inæqualitatẽ,ſcilicet, quia actus habitum non ei æquè intẽſum producat, aut habitus non actum ei æquè intenſum. Nam in tali circulatione etiã infinita,non produceretur actus,vel habitus infinitus & hoc propter continuam remiſſionem effect⁹ ad ſuam cauſſam.

PRIMA CONCLVSIO.

ℂIpſius habitus ad actũ concurſus eſt verę efficientiæ: probo eſt cauſſalitas:& non alterius generis. tùm etiam quæro:cur gratia habitus ſit ipſius act⁹ intenſio maior. ℂSecunda concluſio. Eſt actus totus à potentia totus, vel ab habitu.primum patet:ſine efficientia potentiæ nõ coefficit habitus.ſecundum pariter oſtendo.eadem eſt ratio de vna ipſius actus parte; & de alia. Quando igitur propter habitus præſentiam atque efficientiam producitur actus intenſior, quàm produceretur à potentia ſine habitu:non eſt imaginandum illius totius actus intenſioris vnã partẽ eſſe ſeparatim à poten tia,& alterã ab habitu:quinimò à potẽtia, & ab habitu eſt q̃libet ei⁹ pars. exẽplũ habes de iuuante alterum ad portandũ pondus: nam vterque totum portat idem; pariter de motiuo potentiam, aut aliud motiuum iuuante ad ali-

Habitus ad actũ cauſſatitas eſt efficiẽtiæ.

cuius aſſenſus ꝓductionē:totus effectus ab vtroq; ꝓducitur. Fateor quandoq; aliter fieri poſſe,ſcilicet,ſeparatim cauſſis applicatis:ſit enim actus præcedens habitũ, q per aduenientem habitũ intendatur.ipſe intēſus nō eſt totus ab habitu.

Habitus aliquis an immediatè actũ alium à ſuo ꝓprio ꝓducere valeat.

¶Tertia concluſio.Habitus non niſi actũ ſpecie ſimilem actui procedenti cũ coefficit:aut ſaltē actũ obiectiuè cōmunicantē cũ illo.patet,nam per inclinationē ad huiuſmodi actũ deprehendit habitus ipſe, atq; habituum diſtinctio. Illam particulã,aut ſaltē, &c. ſuperaddidi:quoniam diceret fortaſſis quiſpiã,in intellectu habitũ propoſitiōis ſingularis affirmatiuę immediatè ad aſſenſum ſuæ particularis,& in voluntate habitũ obiecti particularis, prout volo fortiter aggredi immediatè ad actum confuſum,volo fortiter agere,inclinare:q ab illo ſpecie differt: pariter in intellectu habitũ totius copulatiuę immediatè vtriusq; partis aſſenſum,& in voluntate habitũ tertium finis,& medij immediatè vtriusq; propriũ actum efficere.Nolens tamen hæc concedere dicat in his omnibus requiri propriũ ipſius habitus actum:aliter non coaget. ¶Sed replico:habitus intellectiuus productus à iudicio exiſtētiæ rei per notitiam intuitiuã producto,cauſſat immediatè in rei abſentia iudicium,quo iudicatur fuiſſe:& iſtud iudicium ſpecie differt ab illo pariter in voluntate habitus amoris cauſſati per intuitiuam obiecti: poſteã in eius abſentia inclinat immediatè ad eiuſdem obiecti amorem:qui tamen ſpecie ab illo diſtinguitur. ¶Hæc aliqui concedunt:ſed nolens concedere dicat ad primũ non ab habitu:ſed à notitia abſtractiua cauſſari iudiciũ illud:ita q; quēadmodum intuitiua iudicium producit, quo iudicatur obiectũ eſſe: ſic ab abſtractiua cauſſata,à propria ſpecie rei aliquando intuitè cauſſatur iudicium quo iudicatur illud fuiſſe:& concedo hoc eſſe iudicium euidens,non autem per ſe notum,cùm non ſignificat intuitiua ad ipſum cauſſandũ. Quò autē ad aliud obiectũ de voluntate ponendo ambos illos amores eſſe eiuſdem ſpeciei,non eſſet difficultas:concedendo verò amorem aliquem ſuo modo intuitiuum diceretur habitum nō ex

eo cauſſari, vel ipſum cauſſatum non niſi ad amorem illius ſpeciei effectiuè immediatè concurrere.

¶Quarta concluſio. Nequit potentia habituata exiens in actũ coefficientiã illius habitus impedire: nec impedire certam intenſionis latitudinẽ ab habitu prouenientẽm: ita ꝙ poſito voluntatis concurſu elicientis actum velit, nolit, coagit habitus: & velit, nolit, erit actus intenſior, ꝙ ſine habitu eſſet cũ eodẽ volũtatis conatu. ¶Sequitur Corollariũ. quamuis conſentire inclinationi ſubiaceat liberi arbitrij imperio: non tamen ipſa inclinatio, ſignanter iam ad actũ præmiſſo voluntatis cõcurſu: nec ex hoc conclude ipſam abſolutè ad gradũ neceſſitari quẽ ſuperaddit habitus: nã poteſt voluntas nõ agere. ſic igiť adeò liber eſt exceſſus: ſicut totus actus ſine habitu eſſet. ¶De habitibus em, quorũ actus libero ſubiacẽt arbitrio intelligiť illud Ariſtotelis. Habitibus vtimur cũ volumus.

Habitus ad actũ coeffiͤcientiã nequit impedire voluntas eliciẽs actum.

¶Quinta cõcluſio. Nequit habitus cũ ſola potentia exire in actũ. inductiuè oſtendo, quoniã ſi fuerit potentiæ appetitiuæ, ſic ad actũ requiritur obiecti cognitio: ſi autẽ potẽtię cognitiuæ fuerit, habitus ille eſt iudicatiuus: cùm apprehenſiones ſint ab obiectis, vel ſpeciebus; aſſenſus autem ſine apprehenſione cauſſatur.

Habitus nequit cũ ſola potẽtia efficere actum.

¶Dubium. An in propoſitionibus ineuidẽtibus requiratur cũ apprehenſione motiuũ: qualiter ante habitus acquiſitionẽ requirebatur: & ad aſſenſum cõcluſionis, iam prius per demonſtrationem notificatæ, opus ſit demonſtratione, prout ante habitum. Reſpondeo: homini habituato non requiritur motiuũ, quale prius, patet: tranſeuntibus demonſtrationibus cùm poſteà proponuntur concluſiones, quibus ſumus habituati, mox eis aſſentimus: & idem de propoſitionibus fidei, vel alijs ineuidẽtibus non refricando motiua, quibus dudum moti aſſentiebamus. ¶Dices forſitan, requiri volũtatis imperium, aut motiuum neceſſitans, quale ad primum aſſenſum generatiuum habitus. ¶Hinc non videtur quadrare hominum experientia mox ſine actu voluntatis credentium his quibus aſſentire habituati ſunt: tùm etiam de carentib⁹ vſu rationis, id in ſenſu interiori locũ nõ haberet.

Habitus an abſq; motiuo valeat aſſenſum ineuidentẽ producere.

NOn corrumpitur habitus per ſolam actuum ceſſationem. ¶ Conclude igitur, animæ rationalis habitum, fore naturaliter incorruptibilem, qui careret contrario: prout eſt ſpecies intelligibilis per naturã exiſtit indelebilis: ſolet etenim poni ipſius habitus cum habitu incompoßibilitas, qualis eſt actus cum actu: non autem actus cum habitu. ¶ Sic habitus non per habitum: ſed per actum corrumperetur.

PRIMVM NOTABILE.

Corrumpi aliquid contingit tripliciter.

¶ Tripliciter cõtingit aliquid corrumpi: ſcilicet per ſubiecti corruptionem: per conſeruantis ablationem: & per formaliter, aut virtualiter contrarium. Virtualiter quidẽ, quod poteſt producere effectum cõtrariũ, cuiuſmodi eſt actus reſpectu habitus oppoſiti. Nam poteſt habitũ contrarium producere. ¶ Primo modo corrumpitur ipſius bruti habitus: & ſpecies cũ quo ſimul interit anima: ſpecies pariter, atq; habitus potentiæ ſenſitiuæ hominis per eius mortem, vel per organi ſenſus corruptionem corrũpitur: ſi res ita habeat, q̃ illa accidentia toti compoſito, vel organo inhęreant. Secundo modo, notitia intuitiua, atq; actus appetitiuus intuitiu⁹ deſinit per obiecti abſentiam. Tertio modo ſolet poni ipſius habitus corruptio per actum oppoſiti.

Primo corruptionis mõ reliquisq; duobus ſequentib⁹ q̃d corrũpatur.

PRIMA CONCLVSIO.

Habitus nõ corrũpit̃ per ſolã actuum ceſſationem etiam q̃ptũcunq; diuturna fuerit.

¶ Nõ corrumpitur habitus per ſolã actuum ceſſationẽ: oſtendo poteſt per certum imò per ſatis longum tempus conſeruari ſine actu: & eadem eſt quanticũq; temporis ratio: cùm diuturnitas, non ſit res aliqua poſitiua adueniens, atq; contraria. ¶ Obijciens experitur quis ſine cõtrario actu obliuiſci concluſionum habitualiter præſcitarum, quòd non: niſi defectu exercitij per habitus corruptionem ſaluari poteſt. ergò ſola actuum ceſſatione corrumpi poteſt: tùm etiam conſulitur repetere ſcita, ne memoria decidant: quod non eſſet ſine habituum corruptibilitate per ſolam actuum ceſſationem. Reſpondet Cham in quarta qǫſtione. xij. in reſpõſione ad primum

dubium inquiens:poteſt dici,quòd deus non conſeruat quando deficit exercitium actus diu. Aliter,inquit, poteſt dici,quòd ex frequenti intellectione,& volitione poteſt generari,& augeri aliqua qualitas corporalis quę eſt conſeruans habitũ in intellectu,& volũtate:ideo ad corruptionem illius qualitatis corporalis conſeruãtis ſequit corruptio habitus in anima:illa autem qualitas corporalis corrũpitur per actionem extrinſecorũ agentiũ quę cõtinuè agunt in corpus alterando diuerſimodè,cuiuſmodi ſunt elementa:& alia corpora multa:propter quorum actionẽ corrũpitur qualitas illa corporalis,quãdo nõ augetur per actuũ intellectus, & voluntatis frequentationem:& hæc,inquit, videtur eſſe ratio quare corrũpitur habitus in intellectu,& voluntate per ceſſationẽ actuũ. Iſtud puto merè fictitium:ſcilicet à quolibet actu animæ imprimi corpori qualitatem permanentẽ:nõ videtur cui parti corporis inhæreãt huiuſmodi qualitates, aut qualis earũ actio conſeruatiua habituũ. Varij ſunt etiam animæ actus nõ trãſmutatiui corporis:tamen habituũ productiui.Tùm etiã poteſt anima ſeparata eorũ recordari, quæ in corpore geſſit:atq; abſentibus illis qualitatibꝰ retinere habitus acquiſitiuos in via.Præterea,non videtur vndè eſſet cauſſarum extrinſecarum corporalium contrarietas ad illas qualitates ab actibꝰ corpori impreſſas: & cur potiꝰ vnius ꝙ alteriꝰ fuerit obliuio,vel corruptio vnius habitus potius ꝙ alterius. ¶Dico igitur vt prius, huiuſmodi habitus intellectus,aut volũtatis non deleri ſine actuũ contrariorũ aduentu:ſed hoc vnũ eſt: poſſunt ab actibus ſuis tanto tẽpore impediri,vt omninò deleti videant:& modus eſt iſte:in ſuis eñ actibus ſopiuntur habitus volũtatis,per actuum intellectiuorum defectũ: & ſopiuntur habitus intellectiui carentia apprehẽſionũ occurrentium ex ſpeciebus producibilium.Sopiunt verò ſpecies intelligibiles defectu ſuffragij fantaſmatum: cùm ſit neceſſe intelligentẽ fantaſmata ſpeculari:aut defectu aliorum motiuorũ ſpeciebus appropriatorũ ad hoc quòd agant.Nam non agunt niſi motæ à certis rerum notitijs cum ſuis obiectis aliquam ſimilitudinem,& ha

Habitus aut ſpecies contingit tandiu ſopiri atq; à ſuis actibus tãdiu impediri vt omnino deleti eſſe videantnr.

bitudinem habentium:ſubiectum autem fantaſmatum eſt corporeum, vel ab eo in hoc dependens: quarè per eius alterationem poſſunt fantaſmata deperire.

¶Secunda cõcluſio. Foret per naturã incorruptibilis habitus intellectus, aut volũtatis, qui careret cõtrario; ꝓut & ipſa ſpecies intelligibilis. patet: nõ corrũperetur ex hypotheſi per contrariũ, nec etiã ad ſubiecti corruptionem, nec pariter ex conſeruantis abſentia: cùm nullum ſit eius conſeruans ineſſe habitus, vel ſpeciei niſi ipſa potentia: ſecus de ſuorũ actuũ exercitio. Prætereà, nõ obſtãte magna corporis alteratione: tranſiens quis per ętatiuas trãſmutationes recordať in ſenectute alicuius in pueritia cogniti: cuius vſq; nũc nũquàm recordat⁹ fuerat, quòd eſt permanentiæ ſpeciei intelligibilis vſq; nũc indiciũ: & eadẽ eſt de habitu ratio. Quarè ex opinione aſſerẽte nõ poſſe propoſitioni impoſſibili cõtradictionẽ explicanti: aut oppoſitis principiorũ per ſe notorũ aſſentiri: nec poſſe odiri ſummam beatitudinẽ: aut amari ſummã miſeriã; habitus illorũ actuũ eſſent per naturam incorruptibiles.

Habitus cũ habitu aut cũ actu qualis incõpoſſibilitas.

¶Tertia concluſio. Solet poni habitus cũ habitu, ſicut actus cũ actu, incompoſſibilitas: non autẽ actus cũ habitu: vltima pars eſt clara: nã quantũcunq; in vitio habituatus poteſt actũ cõtrariũ elicere: poſt cuius tranſitũ adhuc percipit ſe inclinatũ: igitur ſtetit actus ille cũ habitu oppoſito. Quò autẽ ad primã partẽ: eſt cõmunis opinio, ꝙ actus reperiens in potẽtia habitũ oppoſiti, nunꝙ habitũ producit quouſq; omnino reſecatus, atq; corruptus fuerit habitus ille: & ita non per habitũ corrũpereť habitus: ſed per actũ, vel actus præcedentes. Contrà: cauſſæ ſolũ virtualiter cõtrariæ cuiuſmodi ſunt habitus, poſſunt ſe cõpati: tùm etiã maior eſt habitus cũ actu contrarietas, ꝙ cũ habitu. Nã habituũ contrarietas, virtualis eſt: & ſolũ ratione actuũ eminenter in eis contentorũ: ſed eſt cõpoſſibilitas habit⁹ cũ actu: igitur cũ habitu. Prætereà ad hoc eſt experiẽtia: nã per virtutis exercituũ quis experiť ſe ad illi⁹ actus diſpoſitionẽ: atq; magis inclinatũ nõ ceſſante omninò inclinatione ad vitia; ergò in aliquibus gradib⁹ manẽt habitib⁹ cõtrarij. Nõ eſt igiť improbabile

Actuũ contrariorũ habit⁹ an poſſint ſe cõpati.

prout calor,& frigiditas,ſe in aliquibus gradibus cōpatiuntur: ſic contrariorum actuum habitus.

¶Primum dubium de habituum ſupernaturaliter infuſorum corruptabilitate. Reſpondeo, de infuſis eiuſdem ſpeciei cum naturalibus dicendum eſt,vt de iſtis:de infuſis autem,non per naturam ꝓducibilibus ſecus: quales aſſeruntur fides,ſpes,charitas,in baptiſmate collatę:quæ à multis ponũtur pariter à ſolo deo delebiles: quare peccatũ non attingit gratiæ formalem corruptionem, cum mortale ſit aliquandò pura omiſſio: demeritoriè aũt ſic: ſcilicet per peccatum mortale demeretur qs ſubtrahi ab ipſo deo gratiam:ſic eñ per hæreſim ſubtrahiť à deo habitus fidei infuſus:& ꝑ deſperationē habit⁹ ſpei infuſus.

Habitus ſupernaturaliter infuſi qualiter ſint corruptibiles.

¶Secundum dubium incidentale. quid & qualiter operantnr infuſi habitus.Reſpondent plerīq; eos nō ſine habitibus acquiſitis inclinare ad actus: & horum quidem motiuum eſt experimentale.Puer in ſylua nutritus nō reperiť per habitus illos inclinatus ad eorum actus: aliàs q̄ ſunt fidei cognoſceret.Corollariè ſeqtur non efficienter ad primum actum concurrit infuſus habitus.

Habitus īfuſus qualiter operetur.

¶Quid igitur ſit dicendum?Reſpondeo eſſe à deo:infuſibiles habitus ſine alijs acqſitis inclinatiuos: eſſe pariter infuſibiles alios non ſine acqſitis,aut ęquiualenti ſuffragio productiuos actuum:primam partem oſtendo: ſunt ab ipſo deo infuſibiles eiuſdē ſpeciei cū acquiſitis.¶Secunda pars,eſt communis dogmatizantium de fide,ſpe,& charitate ſupnaturalibus:quæ ab acquiſitis ſpecie diſferunt.¶Dicunt nonnulli ad actum meritorium requiri eſſe ex gratia videlicet efficienter:alijs aſſerentibus ſuffice re fieri cum gratia:hoc eſt aſſiſtente gratia. Non enim eſt præſentis ſpeculationis deciſio huius.

¶Tertium dubium.An verum ſit vniuerſaliter hoc cōe dogma:omnis habitus inclinat ad promptè expeditè,& delectabiliter operandum.Reſpondeo non,quãtum ad tertiam particulā Oſtendo:habitus intellectiuus non eſt huiuſmodi:cū non ipſius intellectus,ſed potētiæ appetitiuæ ſit delectatio. Pariter habitus pœnitēdi nō inclinat delectabiliter pœnitere ſeu triſtari de peccato:id eñ repu

Habitus quicunq; an inclinet ad delectabiliter operandum.

gnantiam includit. ¶ Apparenter enim hæc poneretur regula. Conditionē actus in hoc ſequitur habitus. Cū igit̄ triſtitia ſit de his quæ nobis nolentibus accidunt. Gaudium aūt, de his quæ nobis volētibus accidūt: nec ſit potētiæ cognitiuæ huiuſmodi paſſio. Hinc conformiter triplex diſtingueretur habitus: quidam ex nolitione, atque odio genitus, inclināsq; triſtabiliter: quidā ex volitione inclinans per oppoſitum: quidam neuter videlicet, cognitiuus neutro modo inclinās. Contrà, voluntatis habitus ex volitione genitus pōt cū iudicio difformi habere ſecum triſtitiā: pariter habitus ex nolitione genitus pōt cū iudicio carētiæ rei nolitæ habere gaudiū: igit̄ &c. ¶ Hinc concludo omnem habitū ex actu genitū eſſe in hoc neutrū: ſecus ponēdo ex paſſione habitū generari. ¶ Fateor cōmuniter per actus reflexos accidere voluntati gaudiū agētis cōformiter ad habitus. gratia exempli: qui de peccato pœnitēs triſtat̄: gaudet quia triſtatur: ſed id non eſt ex inclinatione habitus pœnitentiæ: nec id indeficienter accidit: cum nec ſemper actus eliciatur reflexus.

De libertate ad bonitatem vel malitiam requiſita.

CAP. VI.

Libertas eſt conditio ad bonitatē aut malitiā neceſſaria.

NEceſſaria bonitatis moralis, aut malitiæ conditio, eſt libertas, ſine qua non meretur operatio laudem, aut vituperium: hincpropter id quod nobis ineſt à natura, teſte Ariſtotele, nō laudamur: neq; vituperamur: & Auguſtinus libro de vera religione ait: vſque adeò peccatum voluntarium malum eſt: vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium: & idem Auguſtinus libro de duabus animabus: non niſi voluntate peccatur: & ibidem nuſquàm niſi in voluntate peccatū eſt. ¶ *Sed id intellige primariò: ſecūdariò autem in operationibus*

aliarum potentiarum effectiuè imperatis ab ea. hinc nulla bruti operatio, aut hominis vſu rationis carentis, eſt moraliter bona, vel mala.

PRIMVM NOTABILE.

¶ Actus moraliter bonus, eſt operatio libera conformis rectæ rõni dictanti de omnibus circunſtantijs requiſitis. Actus aũt malus, eſt operatio libera difformis rectæ rationi dictanti de omnibus circũſtantijs. ¶ Trahunt̃ itaq; tres cõditiones ad bonitatem actus moralẽ requiſitæ: ſcilicet libertas: cõformitas ad rectã rationẽ: & omniũ debitarũ circunſtãtiarũ integritas. Ad moralẽ aũt malitiam, libertas: difformitas ad rectam rationem: & alicuius debitæ circunſtantiæ defectus, aut alicuius malę poſitio. Has tres cõditiones, tria ſequentia capitula declarabũt: nũc igitur de prima: pro qua ſit concluſio. Non eſt ſine libertate in operatione bonitas moralis: aut malitia: id autoritatibus ſupra patuit: rõne autem oſtenditur: requirit̃ facultas in oppoſita: tùm etiam per hoc à bono naturæ diſtinguitur bonum moris: & à malo malum. ¶ Pro cuius maiori elucidatiõe multipliciter obijcio. Primò: humiliatio bouis, & aſini, qui dominũ ſuum cognouerũt, fuit moraliter bona: cũ fuerit honor latriæ. Secundò: aſinę balaã, locutio: cũ fuerit prophetia. Tertiò baptiſmatis ſuſceptio in paruulo: cùm ſit ei gratiæ meritoria: atq; peccati originalis deletiua. Quartò: innocentũ violẽta mortis perpeſſio ꝓ chriſto: cùm per hanc, aureolam martyrum meruerint. Quinto chriſti operationes: cuius anima non erat in oppoſitum flexibilis. Sextò: beatorum, atq; etiam damnatorum actus: ad quos à deo præueniẽte ipſi neceſſitãtur. Septimo; viatorum in gratia confirmatorum. Octauo: actus pro primo inſtanti creationis angeli, vel animæ elicitus: eſt moraliter bonus, vel malus: & pro illo inſtanti non eſt potens non elicere eum: nam omne quod eſt, quandò eſt, neceſſe eſt eſſe. Nono: actus tempore naturalis continuationis: cum ſint eiuſdem ſpeciei cum ſeipſis quando eliciebantur.

Actus moraliter bon⁹ pariter & mal⁹ qd tresq; conditiones ad moralem bonitatẽ reqſitę.

Decimo, volitiones mediorum ad finem ad quos neceſſitatur volũtas ex efficaci volitione finis. Vndecimò: amor quo primus angelus inordinatè ſe amauit, erat naturalis, qui fuit moraliter malus, quoniã demeritorius. Duodecimo: amor ſummi boni intuitiuus, aut odium ſummę miſeriæ; ponẽdo eos actus neceſſariò ſequentes notitiam. Decimotertio, primi motus facti moroſi, atque nimium continuati fiunt moraliter mali: qui per continuationem non deſinunt eſſe naturales. Decimoquarto: cogitationes materiæ illecebroſæ moroſæ cum periculo cõſenſus permiſſę non repreſſæ ſunt imputabiles, etiam abſque voluntatis actu: & ſunt ex hypotheſi naturales. Decimoquinto: poſt volitionem efficacem orandi tranſeuntem, cõtinuatio orationis etiã cum inaduertentia eſt moraliter bona: quoniam eſt ſatiſfactoria: & non eſt libera. Decimoſexto: omni actu voluntatis circũſcripto: omiſſio dilectionis dei pro tempore, pro quo viator tenetur, eſt culpabilis: cum ſit præcepti trãſgreſſiua: & illic non eſt libertatis vſus, cùm ſit ſine actu. Decimoſeptimò: obligatus matutinas adire dormiens ex culpa: non expergefactus omittit culpabiliter matutinarum tempore: & non eſt pro tunc omiſſio illa libera: cùm tunc ligetur liberũ arbitrium. Decimooctauo: Carentia iuſtitiæ in paruulo, eſt culpabilis, cum ſit mortalis, & non eſt libera. Decimononο, multę, dementium, atq; ebriorum, et etiam dormiẽtium operationes, ſunt culpabiles, cùm ſit de eis confitendum, quæ tamen ſine liberi arbitrij vſu fiunt. Vigeſimo: martyrũ paſſiones erant moraliter bonę quoniam meritoriæ: & non erant voluntariæ: imo ab extrinſeco illatę. Vigeſimoprimo, ceſſante malo liberi arbitrij vſu, euentus ſequentes ſunt culpabiles: & ſunt non liberi. patet, non effectiue à volũtate. Vigeſimoſecundò: mandãti imputantur geſta mandatarij, etiam carentis vſu rationis: qui nec ab eo nec ab illo libere fiũt. Vigeſimotertio, bruti animalis operatio, quãdoq; dño ſuo eſt culpabilis. Exodi. xxj. ſi bos cornupeta fuerit ab heri et nudiuſterti⁹ & cõteſtati ſunt dominum eius: nec recluſerit eum: occideritq; virũ, aut mulierẽ: & bos lapidibus obruetur: & dominũ eius

occident: ſic igitur vterq; punitur. Vigeſimoquartò, operatio exterior imperata, eſt moraliter bona, vel mala: vt concedunt oẽs: ſed q̄ nõ recte appelletur libera per eius efficientiã à libero actu, oſtendo, quoniã illo actu libero poſito, nõ minus naturaliter ꝓducitur, q̄ poſito illo actu interiori producatur paſſio, vel habitus: ſed nõ denominatur libera ipſa paſſio, aut etiã habitus; igit̃ nec exterior operatio. ¶ Ad hæc obiecta reſpõdeo. Ad primũ, nec verè cognouerunt dñm: nec verè honorẽ latriæ ei exhibuerũt: ſed per modũ cognoſcẽtis, atq; exhibẽtis ſe habuerũt: ſed miraculoſe ab ipſo deo pulſi ſunt: atq; moti genua flectere: & reliqua exercere, qualiter exerceret verè cognoſcens dominũ: prout de⁹ dicitur iraſci, vel furere idest per modũ iraſcentis, atq; furentis ſe habere: ſcilicet puniẽdo, qualiter homines illis paſſionibus affecti procedere ſolẽt: fortè certa imaginatione fantaſtica ab ipſo deo immiſſa mouebantur: nõ quidẽ imaginatiõe obiectiuè de deo: qm̃ ſicut viſus nõ eſt ſenſationis ſoni capax: ſic nec ſenſus aliqs exterior vel interior, eſt capax cognitionis ſubſtantiæ immaterialis: imò nec materialis: ſed dũtaxat accidentis. Hinc non eſt beatificabilis anima bruti. Ad ſecũdum rñdeo: extẽſo prophetiæ vocabulo, ſecundũ eius ethimologiam procul fari: põt bruto cõmunicari ꝓphetia idest talium locutio procul à naturali cognitione diſtantium: etiam ſine ſignificationis vocũ, aut rerũ ſignificatarum cognitione: nec oportet huiuſmodi locutionẽ propheticã eſſe moraliter bonã, vel malã. Strictè aũt ſumpto noĩe, prout definit. Caſſiodoris in ꝓlogo libri pſalmorũ: ꝓphetia, eſt diuina inſpiratio rerũ euentus immobili veritate demõſtrãs: ſic nulli cõpetit bruto. Ad plenã enĩ ꝓphetiæ rationẽ requirit̃ intelligentia interpretationis viſionis: aliter nõ dicẽdus eſſet propheta: ſed vidẽs. Fuit theodorus in cõcilio Toletano cõdẽnatus: aſſerẽs ꝓphetas: nõ intellexiſſe viſiões, atq; ꝓphetias. ¶ Ad argumẽtũ igit̃, diſtinguat̃ nomẽ: accipi põt prophetia pro radice ſcilicet, ꝓ interiori lumine ſupnaturaliter infuſo: & ſic nõ eſt in ea bonitatis moralis, aut malitiæ ratio. Alio modo pro illius luminis effectu: prout eſt locutio ꝓphetica. Et duplex po

Bos & aſin⁹ nec propriẽ deũ agnouerũt: nec ei honorẽ latriæ exhibuerunt.

Deus furere dicitur nõ q̄ in eũ furor cadat: ſed quia admodũ furẽtis ſe habere videt̃ cum in aliquẽ animaduertit.

Prophetia cui competere põt eiuſq; multiplex acceptio.

Propheta & videns differunt.

Theodori cõdẽnatio.

Duplex eſſe poteſt ꝓphetica locutio.

teſt eſſe. Vna deo coagente: imò ad talem locutionem ipſo neceſſitāte organa vocis: qualiter obſeſſus à ſpiritu loquitur: videlicet ſpiritu organa mouente, eoq́ formante: et de articulante verba. Balaā enim volens, requirente Balach, maledicere populo dei neceſſitabatur benedicere. Alia poteſt eſſe prophetica locutio, homine cum directione luminis prophetici libere loquēte: ſic enim eſſe cōtingit moraliter bonā: imò etiam malam cùm aliunde poſſet circūſtantia vitians aduenire: prout eſt finis vanę glorię, vel aliud: poteſt enim cum peccato mortali ſtare donum prophetiæ. Ad tertiū reſpondeo: negādo illam paſſiuam baptiſmatis ſuſceptionē i paruulo eſſe meritoriā. dico enim nec ipſe, nec baptiſans, nec offerens meretur ei ſed chriſtus: ipſe enim meruit generis humani reconciliationem: ianuæ cœleſtis apertionem: & ſacramenti efficaciam. In quolibet enim ſacramēto ab habēte vſum rationis rite ſuſcepto dantur duæ gratiæ. Vna perſonalis motui bono ſuſcipiētis correſpondēs. Altera ſacramētalis ſacramēto correſpōdens: primā ſuo bono motu meretur ſuſcipiens. Alteram autē chriſtus nobis meruit: & quamuis requiratur in baptiſante intētio baptiſandi, aut agēdi: quòd intendit eccleſia: nō tamen requiritur hæc intentio meritoria: imò nec moraliter bona. patet, vbi circunſtantia vanę gloriæ vel cupiditatis lucri intentionem illam vitiaret: nec pariter in eo, aut parentibus requiritur fides, cùm infidelis verè baptiſet. Sufficit igitur eccleſiæ militantis, vel triūphātis fides. Ad quartū ſupponendū, Baptiſmus fluminis, eſt aquæ ablutio cū debita intētione. baptiſmus fluminis, dolor peccati. Baptiſmus aūt ſanguinis, eſt mortis perpeſſio ꝓ chriſto. Amplius aureola, eſt quidam fulgor in ſignū excellētis victoriæ contra mundi, carnis, vel dæmonis pugnā in parte corporis, in qua beatus victoriā exercuit. Prima eſt martyrij. Secūda virginitatis. Tertia prædicatorū: quare patet aureolam eſſe accidētale, non eſſentiale beatitudinis præmiū. Supponēdū eſt inſuper, q́ meriti ratio cōſiſtit in diuina actus ad præmiū acceptatione (loquor de merito apud deū) quarè licet actus meritorius ſit in libera hoīs poteſtate; nō eſt tū immediatè in eius libertate

Prophetia nō eſt gratia gratū faciens nec eā requirēs imò actū eius contingit eſſe vitioſum.

Meriti rō in quo cōſiſtat, an de neceſſitate requiratur gratia quę ſit aīę accidēs.

eſſe meritoriũ. Sequitur Corollariũ, Quãuis de lege ordinata, nullus actus ſit æternæ beatitudinis meritorius: niſi fiat in gratia ſua: tamen abſoluta poteſtate, poſſet deus viatorẽ ei gratum habere, atq; actus eius ſine tali gratia, ſeu qualitate ſuperaddita, acceptare. ¶ Ad argumentum igitur dicunt nõnulli deum ſpeciali priuilegio eis vſum rationis acceleraſſe, ſecundũ quem elicuerunt volitionẽ paſſionis mortis pro chriſti fide formaliter imperatiuam, per quem, aureolam martyrij meruerũt. Id quidẽ feciſſe potuit deus. an aũt fecerit neſcio. & ſuppoſito nõ feciſſe, dicunt alij, meritorium duntaxat diuinam acceptionem connotare: & quoniã acceptare poſſet deus aliquod non liberum, ſcilicet cui ſol cras eluceſcet, vel ſuper quem lapis cadet beatificetur, id dicunt meritorium: iſtud nõ videtur plenè vocabulo meriti quadrare: quod aliquã laudabilitatem ex parte merentis importare videtur. Illi cũ cui ſol eluſceret. non propriè diceretur beatitudo ex ſuo merito conferri: ſed ex diuina liberalitate tantum: ſic & de innocentibus dicendum: veruntamẽ id in nomine cõſiſtit: quarè nec vim faciam. Ad quintum dico. In chriſti anima fuerunt actus varij, & varijs temporibus aliqui merè liberi: reliqui non. Nec niſi in actibus liberis fuit plena bonitatis moralis ratio: ſecus de merito, ipſa enim à ſuæ creationis inſtanti ſemper fuit ſummè beata beatitudine, ſecundum communem opinionem gratis ei collata: ſecundũ autem alios, quam pro illo eodem inſtanti meruit: videlicet per actũ natura præcedẽtem ipſam beatitudinẽ: aut etiam per alios actus ſequentes: videlicet priuilegiate præmio præcedẽte meritum: aut etiam ipſomet actu beatifico: ſic ſcilicet idem ſit meritum, & præmiũ: & prius fortè natura meritum, quàm præmiũ. Alia autem bona ab illo inſtãti ei collata cuiuſmodi dotes corporis, & reliqua: ipſe ſibi meruit. Ad ſextum dico, beatos ad actus beatitudinis eſſentiales neceſſitari: & damnatos ad actus punitionis eſſentiales. veruntamen quò ad alios multos actus ſuo relinquuntur arbitrio: & ab iſtis deſiſtere poſſunt, eoſq; repetere. non autem ad actus malos tranſire valent beati; nec damnati ad plenè bonos deo

Meritum an duntaxat acceptationem connotet.

Beatorum actus multiplices nec ad quoſlibet neceſſitantur.

præordinante non eis coagere. An autem à ſolo deo ſit efficiēter beatitudo: eſt vna opinio tenens ad vitalem im mutationem requiri potentiæ immutatæ efficiētiā: & cõſequenter beatitudinem eſſe à deo, potētia coagente. Alia opinio ponit ad vitalem immutationē ſufficere inhærentiam: atq; beatitudinē eſſe efficienter à deo ſolo, Primam huius opinionis partem de inhærentia credo verā. Secunda autem, non eſt certa. Dico igitur vtrunq; poſſet deus facere: quāuis magis quadret rationi præmij ipſum eſſe totaliter à premiāte: & idem de actibus dānatorum ſuæ punitioni eſſentialibus dicendum. Ad ſeptimū reſpõdeo. Cõfirmatio admittit aliquorū actuum, videlicet con ſiliorū, atq; indifferentiū: aut etiam præceptorum affirma tiuorū, non pro tunc obligantium liberam flexibilitatem ad oppoſita. Quòd ſi ad aliquos actus ſub præcepto cadentes diuina interueniat præuentio voluntatem neceſſitans: dico in eis non eſſe plenam moralis bonitatis rationem: nec ſequitur eos nõ eſſe meritorios: cùm potior me riti ratio in diuina acceptatione conſiſtat. Confirmatio enim, eſt quædā ſtabilitas in bono malū non admittēs: ex ſpeciali dei ordinatione proueniēs determinantis ad malum non coagere: & ad bonum nõ deficere: intelligo ſecundum ſpeciem, & gradū confirmationis. Multiplex eſt enim confirmatio: aliqua maior: alia minor. Confirmatio enim ſola in gratia, non admittit mortale. Veniale autem ſic. quia non tollit gratiam prout in apoſtolis. Cõfirmatio ſola in bono nõ admittit actum malū: inclinationem autē ad ipſum compatitur. Confirmatio in bono, & incli natione boni, nec actum malum, nec ad ipſum, inclinatione admittit: qualis eſt in beatis: pariter in viatrice chriſti matre, in qua nõ ſurrexit motus turpis, vel rectę rationi difformis. Ad octauū reſpondeo. Cum hac propoſitione de ineſſe: voluntas nunc elicit actum. Stat huius propoſitionis veritas, Voluntas poteſt pro tunc non elicere actum. poſitio aūt iſtius ineſſe erit alterius depoſitio: nec huic obuiat illa philoſophi autoritas intelligenda in ſenſu compoſito, ſcilicet hæc eſt neceſſaria: omne quod eſt, ſi eſt, eſt; quarē non eſt illa ratione aſſerendum nõ potuiſſe

Beatitudo an à ſolo deo efficiēter ſit.

Cõfirmatio liberos actus admittit.

Cõfirmatio quid ſit.

Confirmatio multiplex.

angelum

angelum in primo ſui inſtanti mereri, vel demereri: ſecus eſſet de mortali demerito: propter ſcilicet gratiæ aſſiſtentiam cum qua deus pro illo inſtanti angelum creauerat: ſimiliter de primo parente. Ad nonum. Admiſſa determinati temporis naturali actus continuatione, dico nõ eſſe pro tunc in eo plenam bonitatis moralis, aut malitiæ rationem. Ad decimum. Suppoſita tali neceſſitatione, dicẽdum eſſet de illis mediorũ actibus: prout de opere exteriore, comparatione ad interiorem actum efficacem. Ad vndecimum. Conceſſo cum doctore ſubtili primum angeli actum inordinatum fuiſſe ſuiipſius amorem amicitiæ, quo deinde ſibi immoderatè beatitudinem concupiuit. Dico illos fuiſſe actus liberos. Prima enim boni, vel mali radix, ponitur amor. Hinc (teſte Auguſtino decimoquarto de ciuitate) duo amores, duas fecerunt ciuitates. Amor dei, vſque ad contemptum ſui, ciuitatẽ dei. Amor autem ſui, vſque ad cõtemptum dei, ciuitatẽ dyaboli: quòd ſi reſpectu beatitudinis oſtenſæ ponatur more quorundam aliquis amor non liber, dico vt ſuprà. Dicit ille doctor poſſe aliquem immoderatè velle beatitudinem, aut quia intenſius debito, aut citius quam conueniat, aut non ex cauſſa debita: ſcilicet ſiue meritis: aut alijs modis quibus actus vitiantur. Ad duodecimum. Dico, vt ſuprà. Ad decimumtertium. Dico culpabilitatem eſſe in libera continuationis complacentia, aut in libera omiſſione repreſſionis ei poſſibilis. Ad decimumquartũ. Idem dico. Ad decimumquintum ſolet dici huiuſmodi continuationem ſine aduertentia, eſſe ſecundariò liberã à volitione effectiuè inchoante: & ita moraliter bonam.

Beatitudo multipliciter inordinatè appeti põt.

¶Sed quicquid ſit dico non ſemper ad ſatisfactionẽ requiri opus moraliter bonum: quinimò quandoq; fit per opus malum: prout eſſet horarum, vel miſſarum, propter inanem gloriam, celebratio: ſecus de ſatisfactione meritoria. Dico præterea valde vtilius eſſe volitionẽ inchoatiuam non interrumpere, quàm ſine ea opus cõtinuare, etiam euagatione non culpabiliter interueniente. Nam volitionis continuatio, aut repetitio & bonitatẽ, & præmium adauget. Quantum enim ad prætactam materiã

Satisfactio nõ ſemper requirit opus moraliter bonum.

longè refert an voluntaria ſit:an inuoluntaria mentis euagatio. Ad decimumſextum dico: non ſolum in cōmiſſione eſſe libertatis vſum: ſed etiam in omiſſione actus: iſta enim eſt libertas cōtradictionis. An autē ad omiſſionem liberam requiratur oſtēſiua operis omiſſi cognitio?

Libertas omiſſionis an cognitionē operis omiſſi requirat.

Videtur reſpōdere negatiuè beatus Thomas prima ſecūdæ quærens, an poſſit eſſe voluntaria ſine actu: cùm videatur de ratione voluntarij cognitio. Reſpōdeo eo modo requiri ad voluntariū actus cognitionis: ſicut & act⁹ voluntatis, vt ſcilicet, ſit in poteſtate alicuius cōſiderare & velle, & agere: & tunc ſicut non velle & non agere, cùm tempus fuerit, eſt voluntarium: ita etiam non cōſiderare. Contrà. Non eſt libero arbitrio poſſibile ſine cognitione potentiam excitare intellectiuā ad certā obiecti conſideratione: igitur ſine cognitione omiſſio conſiderationis talis obiecti nō eſt libera. Tùm etiā cuiuſcūq; obiecti omiſſio conſiderationis ſemper eſſet libera. patet: omni actu ſecluſo non eſt voluntati maior facultas libera ad excitādā vnius obiecti conſideratione, quàm alterius. Quarè teneo oppoſitū. ¶ Obijcies: præceptū ſit forti credere cras certo articulo: & cras ex obliuione culpabili omittat tam credere, quàm velle credere: omiſſio erit cras libera: quoniam erit culpabilis: & tamen ſine cognitione. Reſpondeo: ſi cauſſa obliuionis non fuerit culpabilis nec libera: non erit cras omiſſio culpabilis: ſi autem fuerit voluntaria: iam in omiſſione vel commiſſione ei⁹ fuit culpabilitas: & non cras in omiſſione.

Omiſſionis imputabilitas ꝑ quo tēpore contrahatur.

Ad decimūſeptimum reſpondeo cum regula generali. Quæ ex libera commiſſione, vel omiſſione præcedenti ſequuntur extra vſum rationis: ſunt ad liberā commiſſionē, vel omiſſionē pręcedentē referenda: non quòd in ſequentibus ſit bonitatis moralis, vel malitiæ ratio: ſed in libera cōmiſſiōe, vel in omiſſione præcedente. ¶ Alia regula. Lex aliquid præcipiēs cenſetur eadē obligatione impeditiuū executionis præcepti prohibere: quarè liberè eliciens aliquid impoſſibilitatiuū peccat: & in eo ꝑ tūc cōtrahit totius obligationis mādati culpa: exēpli gratia, in propoſito tota omiſſionis præcepti de eundo ad matutinas, culpa eſt in

dormitionis volitione, aut in libera omiſſione impedien di eam, cum potuit: vbi tamen à cauſſis naturalibus ſine culpa neceſſitantibus induceretur ſomnus: non eſſet culpabilis omiſſio: cùm ad impoſſibile obligetur nemo. Ad decimũoctauũ ſolet reſponderi peccatum originale paruuli, eſſe voluntariũ, non quidem voluntate propria, ſed aliena: & quamuis iſtud ad actualem culpabilitatem nõ ſufficiat: ſufficit tamen ad originalem, quod declarãs Durandus diſtinctioné. xxx. ſecundi dicit, voluntatem adæ poſſe dici interpretatiuè voluntatem omnium poſterorum, qui deſcenſuri erant ab eo per viam naturalis propagationis mediatè, vel immediatè, quia ipſi pro ſe, & ꝓ tota poſteritate collatum fuit munus iuſtitiæ originalis. Alij aliter declarant dicentes: quòd ſi tota poſteritas tũc interfuiſſet, conſenſiſſet iuſtitiam dari adæ ſub illa conditione: quarè nunc carentia iuſtitiæ dicitur paruulis interpretatiuè voluntaria. Sed quæro qualiter ſciãt iſti, quòd tota poſteritas in hoc conſenſiſſet: neſcio profectò an tanto periculo totam poſteritatem exponere voluiſſent. Aliter poſſet dici quòd conſenſiſſent, vel conſentire debuiſſent conſiderata dei ordinatione in hoc conſtituentis adam totius poſteritatis caput. Ad dècimũnonum de operibus dementium, ebriorum, ac dormientium. Reſpõdeo: quamuis inter illa tria genera aliqui differentiã ponant: non tamen pertinenter. Nam poſſunt oĩa huic propoſito pertinentia reperiri paria. ¶ Dico igitur: contingit dupliciter eos affici: vno modo manente aliqua rationis ſcintilla, ſcilicet non plenè alienato: non plenè dormiente: nec plenè ebrio: & tunc non eſt difficultas opera eorum liberè imperata eſſe imputabilia. Alio modo, omnino in eis ligato ratiõis vſu, & hoc dupliciter: quoniam, aut ſine cauſſa culpabili: & ſic opera eo durante facta non ſunt culpabilia defectu voluntarij. Si autem ex cauſſa culpabili ſit ligatio rationis inducta. Hoc dupliciter, aut ex cauſſa culpabili quæ fuit deſideriũ operum ſequentiũ tempore ligaminis: aut ex cauſſa culpabili quæ non eſt tale deſiderium. Et vtroq; modo dupliciter: aut culpa fuit per condignam diſplicentiam præmen

Originale peccatũ qualiter dicatur voluntariũ.

Act⁹ demẽtium ebrioꝶ ac dormiẽtiũ

Dupliciter cõtingit demẽtes ebrios ac dormiẽtes affici.

data, habito aliquo lucido interuallo, ſcilicet inter culpã, & ligationem vſus rationis: & ſic opera ſequentia non ſunt culpabilia. Nam radix fuit purgata à malitia. Si verò emendata non fuerit illa cauſſa culpabilis: nec fuerit operum ſequentium deſiderium: non ſunt pariter culpabilia: cùm non imperatiuè ex actu libero, ſed ex aliquo merè naturali ſurgant: prout ex naturali motu appetitus ſenſitiui, aut vegetatiui: per merè autẽ naturale non fit quis de nõ peccatore peccator: aut de peccatore non peccator. Si autẽ illa cauſſa culpabilis fuerit deſideriũ: dicũt aliqui, opera ſequentia eſſe imputabilia. gratia exempli: in dormiente pollutionẽ. contrà quòd, præcedens ratio militat: nũ etiã contingit præcedentibus æqualibus deſiderijs ſequi in vno pollutionẽ: & nõ in alio: qui tamen æqualiter quod in ſe fuit fecerunt. igitur ęqualiter culpãdi ſunt. Præthereà exterior operatio nihil nouæ imputabilitatis addit actui interiori: quarè dico omnia ſequentia eſſe ad præcedentẽ commiſſionẽ, vel omiſſionẽ liberã reducenda: in qua tota reſidet malitia. ¶Sed dubiũ orit̃ bonum de magnitudine grauitatis illius primæ commiſſionis, aut omiſſionis liberè: an aggrauetur ſecundũ ea quæ de facto ſequentur: an ſecundum omnia quæ ſequi poſſunt: gratia exempli: volitio inebriationis an tam grauis ſit ſolũ quòd diſpendia ſequentur: an tàm grauia, ꝙ diſpendia poſſunt ſequi: Non videtur primũ: quoniam priuſquàm illa diſpendia, vel incõmoda fiant: talis volitio ſuam habuit malitiã. Præthereà nõ ſubiacebit poteſtati eius tẽpore ebrietatis, quòd fiant, vel non fiant. Nec videt̃ ſecundũ: aliter illa volitio infinitæ eſſet malitiæ cùm infinita talia ſequi poſſint. Reſpondeo igitur: ex præſenti circunſtantia perſonę menſuratur grauitas illa: ſcilicet ex preſenti futurorũ cõmiſſorũ, vel omiſſorũ veriſimilitudine ſumpta ex perſonę & aliorũ appetẽtiũ circũſtãtia: qdã em̃ ſunt in ebrietate mites & ſomno dediti. Alij tũc furibũdi: homicidia, incẽdia, adulteria. & huiuſmodi patrantes. Ex tali em̃ cõditione perſonę ſurgit vitãdę ebrietatis obligatio: à qua, volitio ſuã ꝓpriã retinebit grauitatẽ: ſiue talia ſequant̃ ſiue nõ, ꝓpter forte impedimẽtũ; quini-

Act᷒ non ex euẽtu aggrauat̃ ſecũdum numerũ ſed penes veriſimilitudinẽ.

imò ex perſonæ circũſtãtia cõtingere poteſt omninò purgari à malitia potationẽ inebrietatiuã: prout ex inuincibili ignorantia fortitudinis vini,aut alterius ebrietatem cauſſantis. An aũt oĩs potus inebriatiuus ſcitus eſſe talis,ſit peccatũ? Reſpondeo non. Quicquid plerięq; dicãt: imò licet ex cauſſa rationabili prouocari: prout medicorum cõſilio pro recuperãda ſanitate. Quis em̃ & teneret ad hoc & mereretur? nec in oppoſitũ valet eorũ motiuũ de mentis alienatione. Nã ſine culpa poteſt mẽtis alienatio,aut ligatio vſus rationis procurari,prout ſomno. Dico igitur potũ inebriatiuũ,culpabilem: non quia mentis alienatiuũ: ſed quia ſine rationabili cauſſa ſumitur talis potus mentis alienatiuus. Ad vigeſimũ. De martyrũ pœnis dicit beatus thomas prima ſecundæ quęſt. vj. articulo. v. duplex eſſe voluntariũ: quoddã ſecundũ actionem ſcilicet effectiuè à voluntate. Aliud. ſecundũ paſſionẽ,cuiuſmodi paſſiones martyrũ: quia volitę. ¶ Hoc non ſatiſfacit quoniã poteſt deus actionẽ,aut paſſionẽ etiã nullo illorũ modorũ voluntariam acceptare: & ſic extenſo nomine erit meritoria: non autẽ moraliter bona. Diceretur fortè q̃ nõ paſſio: ſed paſſionis tolerantia æquanimis eſt moraliter bona. Nec hoc ſatisfacit: nã tolerantia non eſt quid effectiuę à voluntate cõdiſtinctũ paſſionibus. Dico igitur moralẽ eorũ bonitatẽ in voluntate fuiſſe. Ad vigeſimum primũ reſpondeo: vt prius. circa quod quęri ſolet an euentus ſequens facto præcedenti addat bonitatem, vel malitiã. Reſpondet beatus thomas prima ſecũdæ. q. xx. arti. v. ſi talis euentus fuerit præcogitatus addit bonitatem,vel malitiã: ſi autẽ non fuerit præcogitatus hoc dupliciter. Quoniã,vel iſte euentus eſt vt plurimũ ſequens tale factũ: & ſic addit bonitatẽ,vel malitiam. Si verò talis euentus ſolũ de per accidens ſequitur. ſic non addit bonitatẽ,vel malitiã. Hæc verba Thome quamuis vera: ſunt tamen cruda, quoniam tranſibit actus priuſquàm fient tales euentus: quandò enim eſt ipſe actus: nondum ſunt euẽtus. ergò nõ eũ aggrauãt. Quãdo pariter fiũt euẽtus nõ plus eſt actus: ergò tũc nõ aggrauat act⁹. ¶ Dico igit in act⁹ elicitione fieri tale bonitatis, vel malitiæ

Pot⁹ inebriatiuus ex quo ſuam ſumat culpabilitatem.

Duplex eſt voluntariũ.

Euent⁹ qualiter actui præcedenti addat.

augmentum conſurgens ex præſenti euentuum veriſimi litudine: ſcilicet, qui probabiliter exiſtimantur ſequi. Ad vigeſimumſecundũ dico, vt ſuprà, ſcilicet totam malitiã in volitione mandandi reſidere: quæ ex præſenti veriſi militudine ſequelæ diſpendiorum aggrauatur: & æqualem retinet malitiam hæc volitio, ſiue ſequentur ipſa diſpendia, ſiue nõ. Nam fecit quod in ſe fuit ad hoc quod ſequentur: fateor tamen ipſam diſpendiorum executionem in foro humano puniendã: vbi non ſemper deteriꝰ peccatũ grauius punitur. & hoc quoniã legis humanę finis, eſt humana tranquillitas. hinc in eo foro grauius puniuntur opera humanæ tranquillitatis magis turbatiua: & quandoq; ſine culpa. ex cauſſa tamen in eo foro iuſtè irrogatur pœna: iuxta regulam iuris in ſexto: ſine culpa, niſi ſubſit cauſſa, non eſt aliquis puniendus: pœna enim irregularitatis: pœna bigamiæ: & aliæ, quandoq; per virtutis actum cõtrahuntur. Ad vigeſimũtertiũ dico idẽ, ſ. omnem illius malitiã reſidere in nolitione, vel omiſſione libera recludendi bouem ſuũ cornupetam: huius aũt malitia ex diſpendiorũ futurorũ veriſimilitudine, aut timore probabili ſumitur, quæ æqualem retinebit malitiam, ſiue ſequentur, ſiue non: ſecus de irroganda tẽporali pœna. Ad vigeſimũquartum reſpondeo latam eſſe differentiam: nam operatio exterior quamuis ad interiorem naturaliter ſequatur: ſequitur tamen per modum imperij: non autem habitus, vel paſſio: quarè rectius, quam paſſio, vel habitus, appellanda eſt libera.

Peccata trãquillitatis politiæ magis turbatiua grauius puniuntur.

Radicis liberæ & neceſſariò ortorum non aliundè liberorum nõ eſt diuerſa bonitas moralis, vel malitia: intelligo imputabiliter: in quo ſenſu dico operationem exteriorem non interiori addere bonitatem, vel malitiam: ſcilicet propter operis exterioris ex interiori naturalem ſequelam.

Exterior operatio naturali efficiẽtia eſt ex iteriori

PRIMVM NOTABILE.

¶Ex liberis actibus voluntatis, naturali ſequela, tria oriuntur ſiue producũtur accidentiũ genera: videlicet paſſiones, habitus, & operationes imperatæ; quibus varia-

corporis tranſmutationes ſuperaddo.

¶Secundum notabile. Contingere poteſt operationem à duplici radice libertatem habere: & ſic quãuis ab vna produceret naturaliter: poſſet tamen ab illa imputabilitatem alteri cõdiſtinctã recipere: huiuſmodi eſſet operatio exterior à duobus actibus interioribus imperata, aut ab vno formaliter: & aliundè interpretatiuè imperata. propter hoc ſuprà dixi non aliundè liberorum.

Exterior operatio ex duplici radice libertatẽ habere põt.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Non eſt vlla ipſius habitus bonitas, vel malitia imputabilis. patet, deeſt libertas, & manet nolentibus nobis: dicitur enim bonus, aut malus non formaliter, ſed effectiuè, ſeu inclinatiuè: quia ſcilicet ad actum talem inclinat: ponendo pariter actui paſſionem condiſtinctam reſidet in actu bonitas vel malitia.

Habitus nullã habet imputabilitatẽ.

¶Secunda concluſio. Operatio imperata, eſt formaliter bona, vel mala: ſed non diuerſa laudis, aut vituperij imputabilitate. Prima pars patet. Secundam oſtendo. Primò ratione. Nõ ſubiacet libero arbitrio (poſito actu interiori) operatio exterior, ſequatur, vel nõ ſequatur: igitur eius ſequela nõ eſt ei ad nouã bonitatẽ moralẽ, vel malitiã cõputanda: aliàs purè naturale haberet propriã, atque condiſtinctã laudis, aut vituperij rationẽ. Præthereà faciẽs ęqualiter quod in ſe eſt, debet in bonitate & malitia æqualiter haberi: ſed efficacẽ eliciẽs volitionẽ, ad quam propter impedimentũ libero nõ ſubiacẽs arbitrio nõ ſequitur exterior operatio: ipſe æqualiter quod in ſe eſt facit, ac ſi ſecuta fuiſſet: igitur ęqualiter debet ei ad bonitatẽ, vel malitiã cõputari: cũ enim fecerit quod in ſe fuit, vt exterior ſequeretur operatio: nõ per eũ ſtetit quin fieret operatio: ipſa igitur debet ei ęqualiter ad bonitatẽ moralẽ, vel malitiã cõputari. Exẽpli gratia, duorũ in aliquẽ ſagittantiũ ęqualiter eũ occidere: vnus volẽtiũ occidit: alter nõ, vẽto ad latus cõpellẽte ſagittã: vtrique debet æqualiter cõputari ad malitiã. ¶Secũdò, idẽ autoritatibus patet, auguſtini primo de li. arb. c. iij. ſi cui nõ cõtigat facultas cõcubãdi cũ cõiuge aliena: planũ tamen aliquo mõ ſic eũ cupere: & ſi piãs det eũ eſſe factuũ, nõ minus reus eſt, quàm ſi in ipſo facto depre

Exterior operatio non addit iteriori moralẽ bonitatem aut malitiam.

hendcretur.Ad idem Hugo de ſacramentis libro ſecundo parte.xiiij.c.vj.differens meritum non eſt, ſi æqualis voluntas habeatur. ¶Ad exponendas autē autoritates quæ in cōtrarium ſonare videntur:dicendum dupliciter intelligi operationē exteriorē actū interiori bonitatem, vel malitiā addere. Vno modo,per actus interioris inæqualitatem.Alio modo,ſeruata intenſionis actus ęqualitate.Primo modo,non eſt dubitanda quæſtio:nam quò ad ſuū actum ſolet voluntas in operis exterioris executione intendi:quandoq; autē remitti.intendi quidem in opere delectabili:& remitti in opere pœnali. Et ſic intelligenda eſt hæc Auguſtini autoritas dicentis:volūtate ſola quilibet miſer efficitur:miſerior tamen quādò poteſtas peccandi in opere cōplet̄.hoc eſt verū.qm̄ in operis executione reddit̄ vt plurimū volūtatis actus intenſior. Secūdo autem modo,æqualitate ſeruata,ſcilicet datis duobus interioribus actibus eiuſdē ſpeciei æquè intenſis differentibus ſolum penes hoc,quod ad vnum ſequitur operatio exterior, & non ad alterum propter certum impedimentum non ſubiacens libero voluntatis arbitrio: vnus ſit moraliter melior cum operatione exteriori, aut plus mereatur,quàm alter:& in hoc ſenſu verificat̄ pars quęſtionis negatiua:atq; pro ea autoritates. Cōtrà quā, ſunt obiectiones. Primò diuerſis præceptis prohibētur: gratia exempli,circa materiam furti,prohibetur actus exterior:hoc præcepto non furtum facies:actus autem interior hoc præcepto,non concupiſces.Secūdò.iuſtè grauius punitur quis pro vtroq;,quàm pro interiori tantum cum ſint duo peccata.Tertiò,confitendum eſt de operationibus exterioribus Quartò,duorum æqualiter volentium occidere:vnus occidat:& alter non : primus tenet̄ ſatisfacere:& non ſecundus:tùm etiā primus maius, q̄ ſecundus,infert nocumentū.Quintò:populo prędicans errorem,grauius peccat,populo credente, quàm ſi non crederet:quia populum ſeducit.Sextò,illa poſitio, eſt error per eccleſiam dānatus patris abaylandi ſic aſſerentis. Nos verò dicim⁹,quòd ſola volūtas à deo ęternaliter remuneret̄,ſiue ad bonū ſiue ad malū;nec ꝑpter opera pe-

Exteriori interiorē addere eſt dupliciter intelligibile.

Auguſtini autoritas qualiter intelligi debeat.

ior, vel melior efficitur hō: niſi forte dū operat̄ in aliquo volūtas. Septimò, volens pro chriſto martyriū ſuſtinere: & ſuſtinēs meret̄ aureolam: & non alter, volens ſuſtinere non ſuſtinens: pariter volens aliquod ſacramentū ſuſcipere & ſuſcipiēs, gratiam acqrit ſacramentalē: & nō alter, volens ſuſcipere, & nō ſuſcipiēs: ſic & volēs clericū occidere occidens incurrit excōmunicationem: nō aūt alter, volens, nō occidens. Octauò, contingeret oīa dei mādata ſine exteriori opere impleri. ¶ Ad primū reſpōdet Ocham in tertio, rectè duobus, p̄ceptis prohibentur, nē ſimplicib⁹ det̄ occaſio errādi: ſcilicet credendo non eſſe peccatū: niſi exterior operatio ſequat̄. Et huic non min⁹ congruū ſuperaddo reſpōſum, noīe operis exterioris volitionē ꝓhiberi efficacē, ſeu formaliter impatiuā: nomine autē actus cōcupiſcētiæ volitionē ꝓhiberi ïefficacē. ¶ Ad ſecūdū r̄ndendū, negando aſſumptū de pœna gratia ſoli⁹ malitiæ debita, ſcilicet de pœna æterna: ſec⁹ de pœna debita ex cauſſa. Quādoq; em̄ in hoc ſæculo min⁹ puniunt̄ grauiora tā à deo, quàm ab hominibus: nam plus puniūtur quæ magis ſunt politiæ ſubuerſiua. Plus punit̄ furtum, quàm verbum proximi diffamatiuum: ſic igitur ex cauſſa cū culpa puniuntur grauius opera exteriora, quæ ſunt trāquillitatis policiæ turbatiua. ¶ Ad tertium dico meritò eſſe de vtroq; confitendū: nam vtrumq; eſt peccatum: ſuntq; duæ malitię numero diſtinctæ: quāuis vna ab alia dependeat: ex quo eadē pœna ęterna vtriq; reſpondet: eademq; laus, aut vituperiū. Præthereà per actus exteriores deprehenditur interiorum grauitas. ¶ Ad quartū reſpondeo: quādoq; ex minori culpa maiorē cōtrahi obligationē ſcilicet ex maiori cā. iuxta id. ff. ti. de pœnis, quatuor genera puniunt̄. facta, dicta, ſcripta, conſilia. quę cōſiderāda ſunt ſeptē modis, cauſſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quātitate, euētu. Iſta eſt propoſitio valdè pulchra: & in iudicijs ſumma cōſideratione habenda. Ad cōfirmationē reſpōdeo: nō per alterū ſtetit quin illatū fuerit nocumētum: nā quod in ſe fuit ipſe fecit: quarè quò ad malitiā eſt ei æqualiter cōputandū: odiēs enim deum minus nocumentū exterius facit, q̄ occidēs: tamē grauius peccat.

Exterior operatio & interior cur duob⁹ prohibeātur p̄ceptis.

Punit̄ opus q̄nq; ex culpa q̄nq; ex cauſſa.

Quādoque maior cōtrahit̄ ſatiſfaciēdi obligatio ex culpa minori.

¶Ad quintum reſpōdeo. vtroq; modo facit quod in ſe eſt ad ſeducendū populū: quarē æqualiter aggrauat̄ malitia quātū eſt ex hoc: quod addo, qm̄ ſecus, vbi vn⁹ prædicaret exiſtimans populum crediturum: alter aūt prædicaret exiſtimās populū non crediturū. Illa enim circūſtantia cognitionis volitionē aggrauaret: quæ volitio æqualem retineret malitiā: ſiue ſequatur populi ſeductio, ſiue non. ¶Ad ſextam, fortē reſpondebit quiſpiā, illā poſitionem nō eſſe multū erroneā: qualiter tñ intellexerit ignoratur: fortē intellexit quòd qualitas obiecti non aggrauat actū: ita q̄ volens occidere duos homines non grauius peccat, quàm volēs occidere vnū: in quo ſenſu fuit opinio erronea. Iuxta hoc em̄ dico nō in rōne executionis operis exterioris illic fieri malitiæ augmentū: nam efficaciter duos volens occidere, & nō occidens ꝓpter impedimentum nō libero ſubiacens arbitrio, æqualiter peccaret cum occidente duos. Ad ſeptimum reſpondeo. Illud præmij vel pœnæ additamentum nō eſſe ex moralis bonitatis, vel malitiæ augmento: de hoc in ſequenti documento. ¶Ad octauum reſpondeo: ſi intelligas ꝓ ſemper, nego: quoniā ad implenda operum exteriorū mandata, requiruntur volitiones efficaces, ſeu formaliter imperatiuæ executionis: ad eas autem ſequuntur opera exteriora: niſi aſſint impedimenta nō voluntati ſubiacētia: quib⁹ quidē impedimētis poſitis, cōcedo per interiores actus ſolos impleri dei mādata. Hęc de operis exterioris ad actum interiorē habitudine pro nunc ſufficiunt: Quæ reſtant amplē libello huic materiæ proprio examinaui.

Voluntas an in foro dei ꝓ facto reputetur.

¶Dubium ex prędictis ſoluendum. An in foro dei voluntas pro facto reputetur? Reſpondendū quòd nō, habita facultate & ſe offerente oportunitate. aliàs autem ſic, potiſſimē quantū ad culpæ immunitatem. Prima pars patet: nam diuinum mādatum obligat ad opus exteri⁹. Ioannis. j. canonicę, ideſt, diligere debemus nō ſolum verbo & lingua: ſed opere & virtute. Secunda pars oſtenditur. deus neminem ad impoſſibile obligat.

¶Secundum dubium. Dicūt doctores, ſi adeſt facultas: tunc ſola volūtas ſufficit ad vitæ æternæ meritum: ſi aūt

aſſit facultas: & ſe offert oportunitas: voluntas nõ poteſt ad meritum ſufficere abſque opere. An autem ſit vniuerſaliter verum? pono ꝓpoſitiones ad maiorem rei intelligentiam. Prima, quandoꝗ; habita facultate atqꝫ oportunitate, ſufficiens eſt ad vitæ æternæ meritum voluntas ſine opere: patet, ĩ operibus conſiliorum: fateor magis meritoriam eſſe voluntatem efficacem. Secunda propoſitio: in præceptorum operibus quandoꝗ; vbi adeſt facultas cum oportunitate ſufficit ad meritum voluntas ſine opere: patet, vbi inuincibiliter crederetur facultas deeſſe, vel oportunitas. Tertia propoſitio, cognita facultate cum oportunitate in opere quod ſcitur eſſe præcepti voluntas ſine opere eſt meritoria: patet, vbi ſolum ſub veniali eſt operis præceptum. Voluntas inefficax talis operis cuius omiſſio eſt venialis, eſt meritoria in habente gratiã. Quarta propoſitio: cognita facultate cum operis pręcepto ſub mortali: ſic illius operis boni voluntas complacentiæ eſt moraliter bona: patet, eſt operis boni. nec per aliquam vitiatur circunſtantiam. Quinta propoſitio, in caſu quartæ propoſitionis conſiſtit peccatum non in illius operis præcepti volitione inefficaci cum ſit bona: ſed in omiſſione volitionis efficacis: ad quam ſequi debet op⁹ præcepti. ad eam enim tenetur præcepto.

Volunras ſola an ad meritum ſufficit qñ nõ adeſt facultas.

Etſi neceſſariò orta non ſuperaddant ſuæ radici libere moralem bonitatem, vel malitiam: nõnunꝗ; tamen præmium, vel pœnam, obligationẽ, vel obligationis acquitationem, ex aliqua extrinſeca conditione adijciunt: propter quam tunc nec voluntas in illis pro facto reputaretur: prout in actibus priuilegiatis: in ſacramentorum exercitijs: in ſatiſfactorijs: in præmio accidentali æterno, vel pœna: in humanarum pariter legum iuſtis retributionibus accidit.

Exterior operatio quãuis nõ bonitatẽ aut malitiam interiori ſuperaddat: addit tamẽ plerũꝗ; aliud ĩ certis operũ generibus in qbus volũtas etiã efficax nõ ꝓ facto reputatur.

PRIMVM NOTABILE.

¶ Lõge refert dicere moralẽ addit bonitatẽ, aut malitiã: & addit præmium aliquod, vel pœnam; nam ex cauſa

ſa aut voluntaria præmiantis ordinatione(æquali exiſtē te morali bonitate, vel malitia)poteſt præmium inæqua le reſpondere:prout in ſuprà numeratis exemplis, quæ per ſequentes concluſiones amplius eluceſcent.

PRIMA CONCLVSIO.

¶In operibus priuilegiatis voluntas etiam efficax non omninò pro facto reputatur:in eis enim operatio exterior præmium aliquod ſuperaddit: patet, duobus æquē efficaciter dare decem volentibus pro conſequendis indulgentijs,(quæ tantum valent quantū ſonant,) quorū vnus dat decem: alter autem coactē impeditur quāuis æqualiter beatitudinis mereantur ambo:indulgentias tamen vnus conſequitur:& non alter:ita quod vni fiet pœne purgatorij relaxatio:& non alteri,indulgētiarum beneficio atq; robore:quòd addo. quoniam boni motus cauſſa relaxabitur ei pœnę portio & tanta alteri.

¶Secunda concluſio.Id etiam in ſacramentorū exercitijs contingit.duobus enim æquē efficaciter recipere volentibus eucariſtiæ ſacramentum: quorum vnus recipit alter inuoluntariē impeditur. q̄uis æqualem gratiā perſonalem,æqualemq; beatitudinem perſonalem mereantur:ſoli tamen recipienti datur ſacramentalis gratia:& ordinatur beatitudo futura illi gratiæ correſpondens.

¶Tertia concluſio.Idem in ſatiſſactorijs operibus accidit.patet,ſortes obligatus certam porrigere eleemoſinā, volitionem habens huius formaliter imperatiuā:& inuoluntariē impeditur:non per hoc acquitatur, adueniente tamen pro tunc oportunitate,abſoluitur tamen.

¶Quarta concluſio.Id etiam in præmio accidentali æterno aut pœna accidere poteſt: oſtendo:duobus æquē efficaciter pro chriſti fide mortem perpeti volentib⁹,quorū vnus morit̄,& non alter:æquale reſpondebit beatitudinis eſſentialis præmium:verūtamen quorūdam ſententia vni aureola martyrij,& non alteri concedit̄.hoc tenet beatus Thomas dicens de martyrij rōne eſſe mortē.Oppoſitum aſſerūt alij dicētes efficacē ſufficere volitionem: atq; formaliter tolerantiæ mortis pro xp̄o imperatiuam; cuius examinationem in quarto feci ampliorem.

¶Quinta concluſio. Idem in legum humanarũ pœnis, vel in præmijs verificatur:patet,quantũcunq́ percutiendi clericum efficax ſit volitio:non eſt excõmunicationis incurſiua ſine opere exteriore.& ita in alijs pœnalibus.

¶Dubium ex apparenti autoritatũ cõtrarietate.an humana iura pro affectu ſine effectu exteriore punire habeant:ſonant aliqua affirmatiuè, vt codice libro.j.de epiſcopis et clericis:lege quinta.Si quis non dicã rapere:ſed attentare tãtum matrimonij iungẽdi cauſſa ſacratiſſimas virgines auſus fuerit,capitali ferietur pœna:vbi dicit ſummator:punitur affectus,licet non ſequatur effectus.Item codice libro.ix.ad legem iuliam maieſtatis; lege quinta. Eadem eñ ſeueritate, voluntatem ſceleris,qua effectum puniri iura voluerũt.vbi ſummator cõſpirans cõtra principẽ,vel eos qui ſunt ad latus principis incidit in crimen leſæ maieſtatis ſola ordinatione & tractatu; licet nõ ſequatur euẽtus:vnde vltrò debet puniri:& oĩa bona ſua eſ ficiũtur fiſci.¶In oppoſitũ aũt.ff.tit.de pœnis.cogitationis pœnã nemo patitur.vbi dicit gloſſa:ſi eſt ſtatũ in finibus cogitationis:iuxta id.ff.de verbo.ſignifi.l.fugitiuus.fugitiuum quoq; & erroneum non ſecundum propoſitionẽ ſolam:ſed cũ aliquo actu intelligi conſtat.Et idẽ de penitẽ.diſtinc.j.vbi leges multæ de hoc canoniſantur.cogitatio non meretur pœnam lege ciuili cũ ſuis terminis contenta.¶Eſt breuiter reſpondendum,duplicem poſſe eſſe affectum:atq; volitionẽ exteriori carentẽ effectu principaliter intento:quidam eſt omninò intra ſopitus ſcilicet ad nullũ exteriorẽ ꝓcedẽs actũ:& de illo intelliguntur iura ad partẽ negatiuam ſonãtia:talis eñ affectus minimè ſub iudiciali foro humano cadit: vbi ſecundũ allegata & probata ꝓceditur:quæ non humanitus de tali ſolo affectu habẽtur; ſolius quidem dei eſt ſcrutari corda, & renes. Alius verò eſt affectus carens effectu principaliter intento:ad aliquẽ tamẽ exteriorem actum imperfectũ ꝓcedẽs ſine operis principaliter intẽti executione.talis eñ poterit in iudiciali foro humano puniri: & de eo intelliguntur iura partẽ affirmatiuã roborãtia. Verius tamẽ fortè diceres affectum in tali foro effectus illũ exteriorẽ impfectũ puni

Affectus abſque effectu an iura humana puniant.

Duplex põt eſſe affectus atq; volitio carẽs effectu principaliter intento.

ri: prout mortis inſidias parare in marito, vel ſacramen-tum dare ſuper principis nece: & ſic de alijs. An autem lex humana merè interiorem affectum præcipere, vel prohibere alibi amplius examinaui. Hæc huic ſufficiant propoſitę, ſubiectæq́; materiæ.

PRima boni & mali radix, eſt deliberatio, atq; conſenſus: illa conſulens: iſta exequens. Vtraq; autem, quandoq; formalis: quandoq; interpretatiua: aut vna formalis: & reliqua interpretatiua. Quarum tàm in bono quàm in malo potior eſt formalis. Et differũt: nam ad bonum moraliter requiritur formalis: ad malũ autem, ſufficit formalis: aut interpretatiua.

PRIMVM NOTABILE.

Deliberatio & conſenſus differunt.

¶Quantum ad deliberationẽ: Deliberatio, eſt ipſius intellectus: conſenſus aũt voluntatis. Eſt quidem deliberatio agendi, aut vitandi iudicium: conſenſus aũt eſt huic cõformis volitio. Huiuſmodi enim deliberatio, quãdoq; tẽpus requirit: qñq; nõ. Si agẽdum, aut vitandũ fuerit in ſe, vel circũſtantijs dubitabile: ad habendum rectum eius iudicium, quãdoq; requiritur tp̃s pro cõditiõis operis: ac etiam circunſtantiarum inueſtigatione: quãdoq; non requiritur tẽpus: ſed inſtantaneè haberi põt, ſcilicet iam acquiſito habitu: aũt etiã vbi euidens fuerit propoſitio practica: poteſt his modis intellectus inſtantaneè deliberare & eodem inſtanti voluntas conſentire.

Deliberatio duplex plena & ſemiplena.

¶Secundum notabile. Duplex eſt deliberatio ſcilicet plena, & ſemiplena. Plena quidem, dicitur iudicium cõpletè de circũſtantijs requiſitis dictãs. Semiplena, per oppoſitum. Et adhuc ſemiplena habet ſpẽs ſecundũ maiorẽ vel minorẽ à cõplemento receſſum, ſcilicet de opere cũ paucioribꝰ, vel pluribus cõditionibus & circũſtantijs dictando: aut nudè. Eſt iterum duplex ſemiplena quædam moralis: quædã ſenſualis. Deliberattonem enim appello moralẽ ſcilicet de opere ſub conditione moraliter boni, vel mali dictantẽ: ſenſualem autem voco dictantem de opere ſub conditione commodi, vel incommodi naturæ.

¶Tertium notabile. Duplex eſt deliberatio, ſcilicet for-

malis: & interpretatiua. Prima eſt agendi, aut vitandi iudicium. Deliberatio aũt interpretatiua, dicitur deliberandi facultas cũ tempore ad deliberãdũ ſufficiente.

PRIMA CONCLVSIO.

Deliberatio differẽter reqrit̃ ad bonũ & malum.

¶Ad actum moraliter bonum requiritur formalis: patet ex Ari. requiritur quod operetur ſciens ſcilicet actualiter, aut virtualiter: vt infra patebit.

¶Secunda concluſio. Ad malum ſufficit interpretatiua oſtendo, nam qui habet tempus ſufficiens & medium inquirendi an iſtud, vel illud ſit licitum: omittens inquirere cum tali ignorantia culpabili contra dei præceptum agens, peccat: nec tamẽ formaliter deliberat: eſt enim illic interpretatiua deliberatio: ſcilicet facultas cum tempore ſufficiendi deliberandi: quinimò quorundam opinione: poteſt pura omiſſio eſſe peccatum puritate ſcilicet excludente tam voluntatis actum, quàm intellectus: prout cognitionis neceſſariorum ad ſalutem omiſſio, tempore ꝓ quo eã poſſet habere: & teneretur operari. de quo infra. Pariter q cõtra cõſciẽtiã furat̃ dictantẽ nõ eſſe furãdũ peccat: nõ tñ deliberat eſſe furãdũ: igit̃ cõtingit eſſe peccatũ formaliter indeliberatum ſeu nõ deliberatè factũ formali deliberatiõe. Huic adiũgo dupliciter op⁹ poſſe dici indeliberatũ, aut fieri indeliberate: vno modo, ſinꝛ deliberatiõe cui cõformet̃: ꝗuis cõtradictorij habeat̃ deliberatio alio mõ indeliberatè, ſine alicuius partiũ cõtradictionis deliberatiõe. Seqtur corollariè omnẽ actum [merè liberũ eſſe deliberatum formaliter, aut interpretatiuè.

Dupliciter opus poteſt dici indeliberatũ aut fieri indeliberate.

¶Quantum ad conſenſum ſit primũ notabile, duplex eſt cõſenſus, ſcilicet formalis, & interpretatiu⁹. ¶Cõſenſus formalis, eſt opis volitio. Cõſenſus aũt iterpretatiu⁹, dicit̃ libera illius ꝑmiſſio: qd̕ volũtas ĩpedire poterat: volũtas em̃ liberè opus ꝑmittẽs fieri qd̕ ĩpedire põt: ipſa dicit̃ interꝑtatiuè velle id op⁹ fieri: pariter liberè ꝑmittẽs op⁹ nõ fieri, qd̕ ĩpa volẽte fieret: dicit̃ interꝑtatiuè nole fieri: aut velle non fieri. ¶Sequit̃ cõſenſum interpretatiuũ nõ eſſe aliquẽ poſitiuũ actũ: ſed liberã ꝑmiſſionẽ, ſeu ipſam voluntatẽ liberè, etiã ſine proprio actu, permittentem aliqđ fieri: vel ipſum non fieri. Nec reſtringo, vt ſolet, ſcilicet addendo, qñ tenet̃. Dico enim eſſe conſenſum interpreta-

Cõſenſus duplex formal̃ & interpretatiuus.

tiuum,etiam in quibus non eſt obligatio:fateor ab obligatione ſuam cõtrahere culpabilitatem:ſic tacens conſentire videtur,potiſſimè quandò loqui tenetur.

PRIMA CONCLVSIO.

Conſenſus qualiter ab bonũ & malũ generat.

¶Non eſt moraliter bonum, vel malum, ſine con ſenſu formali,vel interpretatiuo: probo,nõ eſt moraliter bonũ vel malum ſine libera omiſſione,vel commiſſione:in omni autem libera omiſſione,vel commiſſione, eſt cõſenſus formalis,aut interpretatiuus,vt ex definitionibus cõſtat igitur &c.

Cõſenſus formalis eſt interpretatiuo potior.

¶Secunda concluſio.Potius eſt formale ꝙ interpretatiuum:ſcilicet in bonis melius:et in malis deterius:probo, qđ bonitatis,aut malitiæ cõtinet interpretatiuum habet formale:& aliquid vltra per actum poſitiuum in formali exiſtente qui non eſt in interpretatiuo.Grauius enim delinquit{fortes ſciens id eſſe malum , quàm ignorans: culpabiliuſq; deuiat proximũ poſitiuè odiens, quàm omiſſiuè tantum videlicet,non diligẽs. eſtq; deterius occidere, quàm occiſionem non impedire:quòd eſt interpretatiuũ homicidium:ſi non pauiſti; occidiſti.

Motus nõ liberi ſunt in triplici differentia.

TAnta eſt libertatis ad bonum & malum vis : vt ipſius ſenſus, aut voluntatis motus naturalis ſurrepens,laude, aut vituperio careat:factus autem liberè moroſus,bonitatem, vel malitiam induat:& pleniorem quidem vſque ad conſenſum perductus. ¶ *Intellige bonum,aut malum extrinſecè : valdeq; remotè: potius ſcilicet bonitate,vel malitia in libero conſenſu vero,aut interpretatiuo voluntatis accepta,quàm ipſi motui naturali contracta.* ¶ *Cuius quidem moræ non tàm diuturnitas,quàm labendi periculum culpatur:quãdoq; mortaliter:quandoq; venialiter: plus vni quàm alteri: & plus,aut minus breuiori, vel longiori mora,ſecundũ perſonę qualitatẽ:penes quam ſunt hi motus:primo primus:ſecundo primus:& deliberatus dijudicandi.*

Primum

PRIMVM NOTABILE.

¶Multiplex poteſt eſſe primitatis ordo, primò, potẽtiarum ſubordinatarũ: ſecundò, bonitatis, vel malitiæ. Quò ad primũ: quoniã nihil eſt in intellectu, teſte Ariſtotele, quin aliquãdo fuerit in ſenſu: & nihil in ſenſu interiore, quin in ſenſu exteriore fuerit, ſcilicet loquendo de ſenſibilib⁹: origo em̃ ſcientiæ eſt à ſenſu exteriori per ſenſum interiorẽ ad intellectũ tranſeundo. Sic appetituũ, iſte eſt communis ordo, poſito ſenſus exterioris motu, ſurgit motus in ſenſu cõmuni, poſt quem ſurgit motus in volũtate. ¶In quolibet enim iſtorũ graduũ, tria ſunt: ſcilicet cognitio: deinde motus appetitiuus: poſtremò paſſio. Exempli gratia, in ſenſu exteriori ſenſatio obiecti, prout circa famem in ſtomachi orificio, ſenſatio tædioſa quam cupit natura remoueri: pariter in organo venereorũ, aut alia parte tactus aliqua titilatio. In viſu, auditu, &c. proprij delectabilis, vel offenſiui ſenſatio. Deĩde ſenſationẽ ipſam ſequitur illic quidẽ proſecutionis, aut fugæ mot⁹. Poſtremò hos duos actus ſequitur delectationis, vel doloris paſſio. In ſecundo pariter gradu, ſcilicet in ſenſu interiori ex obiecti delectabilis, vel offenſiui imaginatione, atq; recordatione, ſurgit naturaliter motus proſecutionis, vel fugæ. Deinde ex illis duobus actibus ſurgit ipſa delectationis, vel doloris paſſio. In tertio ſimiliter gradu, ſcilicet ſupremæ potentiæ ſunt obiecti intellectio: deinde ipſe proſecutionis, vel fugæ, motus, deinde paſſio. ¶Quid autẽ virtutis, aut vitij in tribus illis gradib⁹ ſit reperibile? Dicit Iatſon circa primum gradũ, voluntatem nullũ habere dominiũ: nec completũ, nec incompletum: etiã eos ſingulatim cõſiderando, ita ꝙ eos, nec impedire, nec reprimere poteſt. Quarẽ in talibus nullum eſt peccatum, nec mortale, nec veniale. Circa autem ſecundum gradum, voluntas dominiũ quoddã habet: ſcilicet incompletum, & imperfectũ: quia quamuis non fiãt per rationis imperium: poteſt tamen volũtas, ſi voluerit, impedire & reprimere: non quidem ne inſurgant: ſed ne vlterius vſque ſcilicet ad delectationem & cõſenſum procedant; & in talibus ſi deordinatio contingat: rationem

Motus iſti in qualibet trium potentiarum.

Cognitio, appetitiuus actus, & paſſio, quibus inſunt.

Mot⁹ triũ potentiarũ qd bonitatis aut malitiæ habet ordinatim.

peccati habet, non quidem peccati perfecti & completi, vt eſt peccatum mortale: ſed tantum incompleti & imperfecti, quale eſt peccatum veniale. ¶ Circa autem tertium gradum, voluntas completum & plenum habet dominium: & in illis eſt actus virtutis & peccati mortalis. Nõ poteſt, inquit, eſſe mortale, niſi in actibus qui ex imperio voluntatis procedunt. Contra id obijcio, non plus volũtati ſubiacet ſenſus interior per modum imperij, quàm exterior, vt ipſe concedit. Subiacet igitur ſenſus interior dupliciter. Vno modo, quantum ad liberum voluntatis conſenſum: & conſtat etiã voluntatẽ poſſe non conſentire ſuggeſtioni, atq; motui ſenſus exterioris. Secundo indirectè & per accidens, ſcilicet potentiã à conſideratiõe diuertendo: & poteſt etiã ſic ſenſum exteriorẽ diuertere per obiecti oblationẽ, aut per potẽtiæ remotionẽ ab obiecto: igitur ita erit incompletũ dominiũ, atq; indirectũ ad ſenſuũ exteriorũ motus, prout interiorũ: igitur circa primũ gradũ poteſt indirectè eſſe peccatũ: tùm etiam ex vtroq; motuũ permiſſo contingit eminere periculũ incidendi & in veniale & in mortale: igitur voluntas eũ reprimere negligens, vtroq; modorũ omittere poterit: & per conſequens circa vtrumq; graduũ poterit tàm veniale quàm mortale accidere: poſſent enim titillationes carnis & huiuſmodi motus in carne certis remedijs naturalibus extingui: vt ipſemet conſulit aſperſione frigidæ aquæ, & alijs huiuſmodi. Quarè indirectè ſubiacet libertati moderatio.

Senſus interior dupliciter ſubiacet.

¶ Secundum notabile. Circa ſecundũ primitatis ordinẽ ſcilicet boni, vel mali in motibus non liberis circa materiam prohibitã, aut aliã. Triplex tẽpus aſſignari poteſt, videlicet dũ ſurgit: dẽinde dũ cõtinuaẽ nõ repreſſus, abſq; tamen libero conſenſu & poſtremò perductus vſque ad liberũ voluntatis conſenſum. Ille in hoc genere naturaliũ, dici poteſt primo primus: alter, ſecũdo primus: & tertius deliberatus: ſcilicet extrinſecè. nec refert an in ſenſu ſit motus ille merè naturalis, an in voluntate: quia quod de vno aſſeritur, etiam de alio verificatur.

Mot⁹ triplex primo prim⁹, ſecundo primus, deliberatus.

¶ Quantum ad primũ. Ipſius motus ſtatũ; dicit Antho-

nius Florentinus parte. ij .titulo.v.capit.j .§.iiij. Occurrente cogitatione gratia exempli luxuriæ,qua ſurgit motus delectationis cum diſplicentia tamen rationis,ſeu liberi arbitrij:ibi eſt peccatũ veniale:& hoc eſt,inquit, qđ ait apoſtolus ad Romanos.vij.Nõ enim quod volo:bonum hoc ago:ſed quod odio malũ,hoc facio:& loquitˀ, inquit,de malo concupiſcentiæ & complacentiæ ſenſualis,quod frequenter patitur animus in cogitationibꝰ turpibus,quod quidẽ licet odiat ſecundũ rationẽ,patitur illud in ſenſualitate. Iſtud credo erroneum. Tùm primò, cum nobis nolẽtibus inſurgant,non ſunt voluntarij:igitˀ nec peccata:tùm etiã in dormiente ſomniante ſurgũt huiuſmodi motus:& nemo diceret eſſe peccata:igitur à fortiore,nec in vigilante,cum diſplicent.

¶Quò ad ſecundum de motu naturali moroſo ſeu per morã continuato:dicit prænominatus doctor moroſam cogitationis delectationẽ,exempli gratia, circa materiã luxuriæ eſſe peccatũ mortale. Iſtud vniuerſaliter intellectum eſt pariter erroneũ:cũ poſſit eſſe moroſa,ſiue diuturna non ſubiacens libero animæ arbitrio. Præterea contingit aliquem indirectè ad eã obligari:videlicet diuturnam de peccatis carnalibus indaginẽ facere cũ lõga eorum cogitatione,ex qua ſurgit naturaliter delectatio quę moroſa atq; diuturna erit,prout ipſa cogitatio. ¶Dicit eñ beatus Tho.prima ſcđę q.lxxiiij. Carnis delectatio dicitur moroſa,non ex mora tẽporis,ſed ex eo quòd ratio deliberans circa eam moratur: nec tamen eam repellit tenens & volẽs libenter,quę ſtatim, vt attigerunt animum,reſpui debuerũt, vt dicit Auguſtinus.xij. de trini. Dicit inſuper dupliciter eſſe defectũ in directione interiorũ paſſionũ:vno modo,quãdo imperat illicitas paſſiões, ſicut quando homo ex deliberatiõe prouocat ſibi motũ iræ,vel concupiſcentiæ.Alio modo,quando reprimit illicitũ paſſionis motũ:ſicut cũ aliquis poſtq̃ deliberauit, q́ motus paſſionis inſurgẽs eſt inordinatus:nihilominus circa ipſum immoratˀ,& ipſum non expellit: & ſecundũ hoc,dicitur peccatũ delectatiõis moroſę eſſe in ratione. Qualiter iſtud intelligi habeat,vt verũ ſit,ſtatim dicam.

Duplex defectus in directione interiorũ paſſionum.

Cõſenſus in opus, cõſenſus i delecta tionẽ cogitatiõis operis.

¶Quartum ad tertiũ, ſcilicet de motus moroſi conſummatione per liberũ conſenſum. Concedunt oẽs circa materiã mortalẽ eſſe mortale peccatũ: circa autẽ materiã venialem, veniale. Verũtamen duplex poteſt eſſe cõſenſus, loquimur de materia mortali, vnus in opus: alius in cogitationis operis delectatione. Exempli gratia, poteſt quis fornicationi conſentire, aut etiã delectationi cogitatiõis conſentire, ſeu velle delectationẽ cogitationis fieri, nolẽdo etiã ipſam fornicationẽ. Narrat eñ beatus Thomas opiniones duas ibidẽ articulo. viij. Quidã, inquit, dixerunt, ꝙ conſenſus in delectationẽ non eſt peccatũ mortale: ſed veniale tantũ. Alij verò dixerunt eſſe peccatũ mortale, quorũ opinio, inquit, eſt cõmunior & veriſimilior. ¶Eſt, ait, conſiderandũ, ꝙ cùm omnis delectatio ſequaẽ aliquã operationẽ: & iterũ cum omnis delectatio quę habet aliquod obiectũ, delectatio quælibet poteſt cõparari ad duo, ſcilicet ad operationẽ quam cõſequitur, & ad obiectũ in quo quis delectatur. Sic igitur aliquis de fornicatione cogitãs de duobus poteſt delectari, ſcilicet de ipſa cogitatione: & de fornicatione cogitata. Delectatio enim, de cogitatione ſequitur inclinationẽ effectus in cogitationem: & quia cogitatio ipſa ſecundũ ſe, nõ eſt peccatũ mortale, imò quandoq; veniale tantũ: puta cũ quis inutiliter cogitat de ea: quandoq; aũt ſine peccato, puta cũ aliquis vtiliter cogitat de ea, vt cũ vult de ea prædicare, vel diſputare: & ideo conſequens affectio, vel delectatio de cogitatione fornicationis non eſt de genere peccati mortalis: ſed quandoq; eſt peccatũ veniale: quandoq; nullũ: vnde nec conſenſus in talẽ delectationẽ eſt peccatum mortale. Et ſecundũ hoc, prima opinio habet veritatem. Secũdo aũt modo, ſcilicet ꝙ aliquis cogitans de fornicatione delectẽ de ipſo actu cogitato, hoc contingit ex hoc, ꝙ affectio eius inclinata eſt in hũc actũ: & ita ſic conſentire in delectationẽ, nihil aliud eſt quàm conſentire in hoc, ꝙ affectus ſuus ſit inclinatus in fornicationẽ: cũ nullus delectetur, niſi in hoc, qđ eſt cõforme appetitui ei⁹: eligere aũt quòd affectus ſuus cõformeẽ his quæ ſecũdũ ſe ſunt peccata mortalia, eſt peccatũ mortale: qua-

rē talis cōſenſus in delectationē peccati mortalis, eſt peccatum mortale: vt ſecūda opinio ponit: & ita (inquit iſte doctor) cōſenſus in delectationē, quæ procedit ex complacentia actus homicidij cogitati, eſt peccatū mortale: non aūt conſenſus in delectationē quæ procedit ex cōplacentia cogitationis de homicidio: hæc ille. Vt igitur ſuccinctè ſententiā colligā, liber fornicationis, aut homicidij conſenſus, eſt peccatum mortale: conſenſus aūt, ſeu velle potentiā delectari ex fornicationis, vel homicidij cogitatione: quandoq; eſt veniale: quandoq; nullū peccatum. ¶Dico iſtud indiſtinctè & vniuerſaliter intellectum eſſe falſum. Quò eīm ad primū membrū, aliquis cōſenſus liber fornicandi, vel occidendi, non eſt mortalis: patet, quandoq; eſt omninò indeliberatus. Quò autē ad ſecundū membrū dico, quandoq; eſſe mortale peccatum huiuſmodi delectationis cōſenſum: ſcilicet ex tali cōſenſu, periculo ruendi in liberū conſenſum deliberatū inſtāte: tunc nedū nō eſſet cōſentiendū fieri cogitationis delectationē: verū nitendū tam cogitationē, quàm delectationē indè ſequentē reprimi, aut exterminari. ¶Quarē ꝓ reſolutione, dico cōplacentiā plenè deliberatā operis ſub mortali prohibiti, eſſe peccatū mortale. Cōplacentia aūt cogitationis, gratia vtilitatis ſui, vel proximi, eſt meritoria: niſi aliud obſtet. Cōplacentia verò cogitationis nimis moroſæ (mora periculoſa cadēdi in operis conſenſum) eſt peccatū mortale, aut veniale ſecundū magnitudinem periculi & inutilitatis huiuſmodi cogitationis: ſi autem non ſit periculum: ſed ſola inutilitas, vt de verbo iocoſo, nō eſt peccatū mortale. ¶Dicit enim de tharentina diſtinctione. xxiiij. ſecundi ſententiarū. Complacentia ſurgens in ſenſualitate circa luxuriā, vel aliud, qđ eſt mortale ex ſuo genere: ſi ratio ſuperior ex conſideratione diuini præcepti vel offenſæ dei ſtatim reprimit: tūc nō eſt niſi veniale. Si aūt non ſtatim reprimit: aut igiť expſſe cōſentit: & ſic eſt mortale: aut nō cōſentit expſſe ſed reprimere negligit: & hoc dupliciter: qm̄ vel manet talis cōplacētia poſt ſufficiētē deliberationē & animaduerſionē periculi: & ſic eſt mortale: aut nō manet: & ſic eſt veniale.

Non eſt illud quò ad primam partẽ verũ : nam ad repri-mendũ fecit quod debuit & potuit:igit̃ non manet, pe-nes hoc,in eo peccatũ.Quò aũt ad ſecundam partẽ;dico (vt poſteà oſtendã)quandoq; cõſenſum liberũ non eſſe peccatũ mortale:quinimò nõ eſſe peccatũ. ¶Circa igit̃ hanc difficilẽ materiã de motibus non liberis, quæ mihi dicenda vident̃,dicã. ¶Præmitto imprimis nullos ipſi⁹ ſenſus exterioris,vel interioris mot⁹,eſſe verè liberos:pa-tet,nõ elicitiuè,vt conſtat. nõ etiã liberè imperatiuè , vt ſuprà oſtendi,nõ ſunt efficiẽter à volũtate :'nequit enim obiecto,aut ſpecie,& ſenſu debitè applicatis,atq; diſpo-ſitis,impedire volũtas,ſolo eius imperio,ſenſationẽ, aut cogitationẽ produci:& ipſa producta,produci proſecu-tionis,aut fugæ motũ:& iſtis productis produci delecta-tionis,aut doloris paſſionẽ.Quarè in ipſis non ꝓpriè mo-ralis bonitas,aut malitia cõſiſtit: impropriè aũt ſic.i.circa ipſos,bonitate vcz,vel malitia exiſtẽte in volũtate liberè aliqd circa talẽ motũ cõmittẽte,vel omittẽte,ſcilicet appli-cãte,ꝓuocatiuũ,vel repreſſiuũ omittẽte.Secũdò pręmitto triplicẽ illã motuũ præaſſignatã differentiã in tribus ani-mæ accidẽtibus naturalibus,cogitatione,appetitiõe, & paſſione,reperiri:& in eorum quolibet,tres ſunt gradus penes fieri morã,& conſenſum diſtincti, videlicet inſur-gens,moroſus,& placens. Quidã igitur infieri vel circa quem voco inſurgentẽ:quidã,cum tẽporis mora, dictus moroſus:quidã cũ mora conſenſus,videlicet liberè pla-cẽs volũtati: & ꝗ̃uis cõmuniter de delectatiõe loquuti ſint doctores:non tamen in ea ſola id verificatur: poſſet enim dolor ſenſualis,aut timor retrahere ab agendis & ad illicitum inducere : quarè culpabilis eſſe poſſet nimia mora.His præmiſſis ſint propoſitiones.

Nulli motus ipſius ſenſus exterioris vł interioris verè liberi ſunt.

Motuũ tres illę differẽtiæ ſunt in trib⁹ aīæ accidẽtibus reperibiles.

PRIMA PROPOSITIO.

¶Primi gradus motuum circa materiam mortalem , vi-delicet quando inſurgunt : quidam,eſt non peccatum: quidam,eſt veniale:quidam mortale.Primum oſtendo: poteſt adeò ex improuiſo ſurgere:aut à cauſſa adeò for-ti:aut tam breue eſſe tempus,aut tam modicum eſſe ra-

Motus inſurgens, motus moroſus, & deliberatus, circa materiã

tionis lumen: vt voluntas impoſſibilitetur pro tunc im pedire motum talem fieri & eſſe. Secundam partem pro bo: contingit intellectum, antequàm ſurgat motus, eſſe præuidentem: & voluntatem præueniendo potentem impedire talem motum ne inſurgat remouēdo cauſſam, potentem nihilominus potentia valde tenui, aut cū periculo non ſufficienter probabili ad mortale, ſufficiente tamen ad veniale. Igitur motus ille non liber ſurgens ſic permiſſus, eſt peccatum veniale in ſenſu ſuprà accepto, id eſt, eius permiſſio libera in voluntate. Tertia pars ſimiliter patet, exiſtente periculo probabili labendi in mortale ex illius motus permiſſione ſufficienter præuiſi, quem per remotionem cauſſæ voluntas impedire poteſt; ne ſurgat qui enim amat periculum, peribit in illo.

mortalē qn̄q; nō peccatū, qn̄q; veniale, qn̄q; mortale.

¶ Secunda propoſitio. Secundi gradus motuum videlicet moroſus nō liber circa materiam mortalem: quidā, eſt non peccatum: quidam, veniale: quidā, mortale (intelligo indiſtinctè in ſenſu exteriori, aut interiori, aut potentia ſuperiori ſcilicet intellectu, vel voluntate) hę tres partes, vt priores patent. Nam contingit motum valde notabili mora continuari, cum forti cauſſa per longam illam moram nō impedibili à voluntate, etiam renitente, poteſt pariter eſſe voluntati facultas, ſed valde tenuis, aut valde tenue periculum inſufficiens ad mortale: ad veniale tamen ſufficiens poteſt & ſubeſſe voluntati plena facultas, cum notabili eius periculo labendi in mortalē cōſenſum: igitur huiuſmodi moroſus motus liberè permiſſus vitiabitur moraliter, id eſt, eius libera voluntatis permiſſio.

¶ Tertia propoſitio. Tertij gradus id eſt motus nō liber circa materiam mortalē moroſus liberè placens ſiue cōſenſu conſummatus: quidam, non eſt peccatum: quidā, veniale: quidam, mortale. Probo. Nam quidam liber voluntatis conſenſus in materiam mortalem, eſt nō peccatum ſcilicet indeliberatus: quidam, eſt veniale: & quidam, mortale: imò non omnino improbabiliter: idem in cōſenſu libero plenè deliberatè verificari, ꝙ videlicet cōſenſus plenè deliberat⁹ ī motū moroſū mortalē, ſit morta

lis:conſenſus plenè deliberatus in motum moroſum ſo-lum venialem,ſit ſolũ venialis:quare deliberatus in mo-tum non peccatum,ſit non peccatum:ſecus de conſenſu deliberato operis mortalis,cuius eſt ille motus remoue: prout fornicationis,homicidij,& huiuſmodi.

Motuũ ſex modi examinant̃ quibus voluntas ſe habet abijciens p̃ceps, reprimẽs, inanimaduertens,& negligens,& expreſſe con ſentiens.

¶Reſtant incidẽtaliter examinandi ſex modi,ab illo venerando doctore Iarſono aſſignati,voluntatis ad illecebram,ſiue voluptuoſam delectationem:primo, poteſt ſe habere voluntas vt abijciens:ſecundo , vt præceps : tertio,vt reprimens:quarto,vt animaduertens: quinto , vt negligens : ſexto,vt expreſſe conſentiens. Primò igitur modo,volũtas poteſt ſe habere vt abijciẽs ſeu recuſans: id eſt nolens huiuſmodi paſſionẽ : & ſic non eſt peccatũ. Secundo,vt præceps,vel ſubita,ita ꝙ inſurgente paſſione voluntas nõ expectata deliberatione elicit quoddam velle:licet imperfectũ: & ſic eſt peccatũ veniale. Tertio, vt reprimens , ſcilicet aliquãdiu permittens & tandẽ reprimens:& quò ad talem permiſſionem veniale,propter aliquem conſenſum ibi deliberatum:non autẽ quò ad tẽpus repreſſionis. Quarto,poteſt ſe habere volũtas,vt inaduertens,ita ꝙ nec reprimit nec expreſſe conſentit : ſed immoratur non benè aduertens periculũ ratiocinando, atq; deliberando per leges & regulas:& ſic eſt veniale ſolum,etiã eſto,ꝙ aliquis conſenſus imperfectus. ſ. indeliberatus interueniret. Quinto,vt negligens , ſcilicet poſt debitam animaduerſionẽ periculi peccati, atq; ſufficientem deliberationẽ voluntas immoratur non reprimens paſſionẽ:& ſic eſt mortale peccatũ.Sexto,vt expreſſe atq; deliberatè cõſentiens :& ſic eſt peccatũ mortale. ¶Quid veri hæc dicta contineant,declarabunt ſex ꝓpoſitiones.

PRIMA PROPOSITIO.

¶Voluntate ſe habente ad illecebram circa materiã mortalem vt recuſante,contingit ibi remanere peccatũ , propter tepiditatẽ nolitionis nõ ſufficienter efficacis , prout eſſet nolitio,ſeu diſplicẽtia quædã inefficax aut nõ ſufficienter efficax:nec tamen dico illã illecebrę nolitionẽ eſſe peccatũ:ſed omiſſionẽ efficacioris,qua potẽs eſt volũtas illecebrã per cauſſę ſubſtractionẽ, vel alio mõ impedire.

¶Secunda propoſitio. Voluntate vt ſubita ſe habente, poteſt eſſe nullum peccatum: poteſt etiam eſſe mortale. Primum patet, extante impoſſibilitate pro tunc delibera tionis ex naturali cauſſa partim abſorbente rationis lumen, aut aliter. Secundum pariter oſtendo: habita delibe randi facilitate & obligatione, propter eminentem peccati mortalis lapſum.

¶Tertia propoſitio. Voluntate ad illecebram circa mate riam mortalem ſe habẽte, vt reprimẽte, poteſt eſſe nullum peccatũ: poteſt eſſe veniale: põt eſſe mortale. Primũ eſt notũ: reliqua oſtẽdo, contingit eã inſufficiẽter reprimere atque torpẽter illecebrã: hinc culpa contrahi poterit venialis, aut mortalis, ſecundum periculi qualitatem.

¶Quarta propoſitio. Volũtate, vt dictum eſt in animaduertente, poteſt eſſe nullum peccatum: poteſt eſſe veniale: & etiam mortale. Primum patet, vbi ꝓ tunc impoſſibilitaretur, animaduertẽtia ſufficiente aĩaduertere. Secũdum patet: exiſtente pro tunc valde ardua difficultate ad veniale. Tertium patet, vbi cum periculo probabili ruendi in mortale, eſſet ſufficiens reprimendi facilitas: atque facultas animaduertendi: & ratiocinãdi de periculo & conditione illecebrę.

¶Quinta propoſitio. Voluntate, vt dictum eſt, negligente, poteſt eſſe veniale: põt etiam eſſe mortale. patet, cõtingit ſubeſſe temporis atque facultatis ſufficientiam reprimẽdi motum: nonnunquàm tam modica ꝙ omiſſio digna erit venia: quandoque etiã tãta, vt eã reddere mortalẽ ſufficiat.

¶Sexta propoſitio. Voluntate expreſſe, atque deliberate conſentiente, dicendum, vt infrà, ſecundum deliberationis conditionẽ ſcilicet plenẽ, vel ſemiplenẽ: cum plena eſt mortale. cum aliqua autẽ imperfecta, poteſt eſſe veniale.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum: idem motus numero ſucceſſiuẽ denominatur primo primus: ſecũdo primus: & deliberatus: pariter nõ peccatũ, deinde peccatum veniale, deinde peccatũ mortale: quando enim inſurgit, voluntate tunc impotente reprimere, eſt nõ peccatũ: deinde, imperfecta adueniẽte deliberatione cũ aliquali ꝑtãte reprimẽdi, efficitur veniale. ¶Po-

Motus idem ſucceſſiuẽ erit primo primus, ſecũdo prim9, et deliberatus: pariter nõ peccatum, deinde, veniale, deinde mortale.

ſtremò ratiocinando habita perfecta illiciti aut periculi cognitione cum facultate reprimendi, idem motus continuatus malitiam induet mortalem:extrinſecè quidem, vt ſuprà dixi,denominatione ſumpta à libera voluntatis omiſſione reprimendi ipſum.

Motus vnus alterum alleuiat.

¶Secundum corollarium.Vnus motus alterum motum alleuiat:patet,difficultat voluntatem reprimere alterum. ¶Duobus enim motibus per horam continuatis volũtate potente vnum illorum per vnam horam reprimere: & impotente per illam horam reprimere ambos. Dico, vterq; illorum motuum non repreſſus,eſt peccatum:cùm non ſit de vno potior,quám de alio ratio:tam grauis eñ eſſet vnus eorum ſolitarius non repreſſus , quàm graues ſunt ambo ſimul exiſtentes non repreſſi: quarè mutuo ſe alleuiant:tenetur enim voluntas reprimere vnum: & nõ reprimit:quarè omittit : analogia eſt de potente vnicum ab extrema neceſſitate releuare : & duobus occurrentibus,neutri ſubuenit:Dico,vtriuſq; omiſſio eſt peccatum: hæ duæ tamen omiſſiones in grauitate ſimul æquantur grauitati omiſſionis ſubueniendi vni ſoli occurrenti.

Circunſtãtia diminuẽs aufert à grauiori peccato maiorẽ malitiam.

¶Tertium corollarium.Aliqua circunſtantia diminuẽs maiorem à peccato grauiori aufert malitiã. exempli gratia, deliberationis imperfectio motum blaſphemiæ & motum fornicationis reddit veniales: & ſic maiorem à primò,quàm à ſecundo aufert malitiam.¶Pariter adueniens mortali ex genere & veniali ex genere malitiã aufert mortalem à primo,& non à ſecundo: malitia'autem mortalis,omni veniali eſt maior.

¶Quartum corollarium.Qui remiſſè motui illecebroſo renititur, meretur:& peccat.meretur retinendo,ideſt nolendo:ſiue huiuſmodi motum reſpuendo: peccat autem omittendo efficaciter motum reſpuere quem reprimere potens eſt : non dico illam remiſſam motus nolitionem eſſe meritum & peccatum:ipſa enim eſt meritum cùm ſit obiecti debiti:ſitq; rationi conformis dictanti eſſe nolendum huiuſmodi motum:nec eam vitiat remiſſio:verum tamen nolitionis efficacis omiſſio,peccatum eſt.

VSque adeò ad moraliter bonũ, vel malum, neceſſaria eſt deliberatio, vt per eius carentiã: aut imperfectionẽ, circa quãcunq; materiam mortaliter prohibitã, contingat dari voluntatis motum formaliter liberum nõ peccatum, aut dũtaxat veniale: qñ autem ſic, & quando non, arduũ eſt decidere, & confuſum chaos: tum propter materiæ difficultatem: tùm propter loquentium varietatem.

PRIMVM NOTABILE.

¶Eſt triplex voluntatis motus liber: quidã formaliter deliberatus, quidam interpretatiuè tantum, quidã neutro modorum ſcilicet cũ impotẽtia, pro tunc iudicandi de cõditione operis elicitus: exempli gratia, à vehementi paſſione, vel alio abſorbente, atque impediente intellectum iudicare de operis malitia, vel bonitate: poteſt voluntas cum ſola operis apprehẽſione volitionẽ eius liberè elicere. Iſte igitur actus liber, non eſt aliquo modo deliberat⁹ formaliter, vel interpretatiuè: non formaliter, vt conſtat. non etiam interpretatiuè: cum iſte ſit pro tunc impotens habere huiuſmodi agendi iudicium. *Motuũ liberorũ tres differentiæ.*

¶Secũdum notabile. Quibuſdã dicere placet, circa mortalem materiã, volitionẽ liberam, ſic indeliberatã, eſſe peccatum veniale: ipſam autem formaliter, vel interpretatiuè deliberatã, eſſe mortale. ¶Cõtra primum obijcio: illo modo eſt malitiæ operis ignorãtia inuincibilis: cùm pro tunc ex hypotheſi ſit impotens ſcientiam, ſeu iudicium malitiæ habere: igitur excuſatur opus à toto: omniſq; operis malitia tollit. ¶Dices fortè ignorãtiam habitualiter inuincibilẽ à toto excuſare: nõ aũt vniuerſaliter ignorantiã ſolum actualiter inuincibilẽ. Dicitur enĩ habitualiter ignorantiã mali, vel alterius conditionalis: quando etiam habita conditionis operis apprehenſione, non ſciretur huiuſmodi cõditio: ita ꝙ quærenti, an ſit peccatũ? reſponderetur neſcio. Ignorantia aũt actualiter conditionis operis, eſt actualis iudicij carentia defectu apprehenſionis qua memoriæ occurrente quærenti an hoc ſit malum? reſponderet ille, quod ſic. Contrà; ſequi- *Motus liber indeliberat⁹ circa materiã peccati an ſit peccatũ & quale opiniones examinãtur.* *Ignorantia habitualiter mali vel alterius cõditionis.* *Ignorantia actualiter cõditionis operis.*

tur q̧ ſine culpa impoſſibilitatis recordari iſtius, vel illius præcepti, quod aliàs ſciuit, cui occurrent recordatione apprehenſiua, ſciret: non ab illius impletione excuſaretur per ignorãtiã inuincibilẽ: cũ nõ ſit ex hypotheſi habitualiter ignorãs: imò habitualiter ſciẽs: illud aũt eſt erroneũ, aliàs pro tũc ad impoſſibile alligaretur, etiam ſine culpa.

¶ Tertiũ notabile. Doctor ſubtilis in tertio diſtin. xxix. periuriũ mortale, & veniale diſtinguit: nõ penes conſuetudinem, aut frequentiã, contra quoſdã: ſed penes deliberationẽ, & indeliberationem, dicẽs deliberatũ cũ pleno conſenſu eſſe mortale: indeliberatẽ autẽ factũ, inquit, quãtuncunq; frequenter fiat: cum actus meritorius requirat, quod ſit plenẽ humanus: hoc eſt ex plena deliberatione: & actus demeritorius nõ minus requirat illud: Non eſt enim deus pronior ad cõdẽnandũ, quàm ad parcendum. Põt dici quod illud periuriũ indeliberatum, etiam quotienſcũq; iteratum, nõ eſt peccatum mortale. Verum eſt tamen ſicut virtuoſus breuẽ habet deliberationẽ quæ non videtur deliberatio: quia habet prudentiã magnam qua promptus eſt ad deliberandũ quaſi in tempore imperceptibili: ita poſſet aliquis ex habitu oppoſito acquirere facilitatem deliberandi promptẽ de oppoſito: & quaſi in tempore imperceptibili: & talis deliberatio eſſet ſufficiens ad rationem peccati: ſicut ſufficiens ad rationem meriti. Hæc ille. Qui ſe intelligat requiri deliberationem ad peccatum mortale qualem ad meritum: falſum eſt, vt oſtendi. nec ſequitur deum eſſe proniorem &c. ſed id accidit: quia plus ab bonum, quàm ad malum requirit. Videntur igitur mihi hæ tres concluſiones ponendæ.

PRIMA CONCLVSIO.

Motuum liberorum deciſio.

¶ Motus voluntatis liber, circa materiam mortaliter ꝓhibitam omninò formaliter & interpretatiuẽ indeliberatus, non eſt peccatum: ſcilicet ſine actuali malitię, vel prohibitionis iudicio, & cum impotentia pro tunc ſciendi, aut iudicandi ipſum eſſe malũ, vel prohibitũ: ꝓbo, eſt ꝓ tunc inuincibilis ignorantia, vel neſciẽtia mali, prout fornicationis, aut blaſphemiæ, aut periurij, aut huiuſmodi prohibiti, liber motus omninò indeliberatus.

¶Secunda concluſio.Motus liber circa illam materiam formaliter,aut interpretatiuè deliberatione perfecta deliberatus,videlicet cum pfecta cognitiõe iudicatiua malitiæ vel prohibitionis,eſt mortalis.patet, plenam habet mali rationem ſine excuſabilitate à genere mortalium.

¶Tertia concluſio.Motus liber, circa illam materiã formaliter,aut interpretatiuè deliberatus, deliberatione imperfecta non plenè cõtinẽte rõnem generis mortalis, eſt peccatum veniale.patet aliquis huiuſmodi motus, eſt liber:non alicuius illorum duorum extremorum: igitur tenet medium.

¶Primum dubium.Quotupliciter accidere põt deliberationis imperfectio.Reſpõdeo dupliciter.vno modo ex parte formalis.Alio modo,ex parte ĩterpretatiui.¶Quò ad primũ,dico qñq; haberi imperfectum malitiæ vel prohibitionis iudicium. Imperfectum quidem, aut defectu particularitatis,ſcilicet ſolum in genere dictans eſſe malum:aut defectu firmitatis ſcilicet dictans formidoloſe: aut quadã coniectura leui atq; ſcrupuloſa cui nõ eſt inſiſtendum dictans.Non debet enim prudens facile huiuſmodi ſcrupulis leuibus aures præbere. Poſſet igitur aliquo horum duorum modorum iudicium eſſe adeò imperfectum cum impotentia habendi aliud, quod nõ ſufficeret ad mortale peccatum: ad veniale autẽ ſufficiens. ſic igitur,queadmodum impoſſibilitas iudicij à toto excuſaret:ſic tanta iudicij imperfectio ex dei bonitate actui veniam malitiæ mortalis tribueret, actum relinquẽs venialem:veruntamen à non gradu perfectionis iudicij ad ſummæ perfectionis gradum procedẽdo.remoue à quo latitudinis puncto deſinat eſſe veniale, & incipiat mortale,nouit deus:videlicet quanta ſit perfectionis iudicij latitudo ſufficiẽs:quanta've requiſita ad mortale: & quãta ad veniale circa materiam mortalem. Quò autem ad imperfectionem ex parte interpretatiuį accidentem. Dico,omnimoda impotentia iudiciariæ cognitionis malitiæ,vel prohibitionis omninò tollit malitiam. Perfecta verò iudicandi, vel ſciẽdi huiuſmodi malitiam,vel prohibitionem facultas relinquit mortale.Diminuta autem

Deliberationis imperfectio dupliciter accidere poteſt.

facultas valde notabiliter ab executione recedens mo-tui voluntatis libero veniam præbet circa materiam mor-talem. Ita igitur (paſſione, aut alio rationem abſorbēte) contingit eſſe tam tenue rationis lumen, aut tantā eius diſtractionem, aut ad aliud fortem fictionem, vt propter tantam habēdi iudicij difficultatem, dominus deus (ſua bonitate nō ad nimis difficile volens obligare hominē) dat motui libero, ex huiuſmodi carentia deliberationis elicitæ veniam. Quanta autem ſit facultatis, atq; poten-tiæ tenuitas efficiens veniale: quanta autem reddēs mor-tale nouit ille qui noſtrarum infirmitatum miſertus, hāc impendit miſericordiam.

Motus primus volūtatis an ſit peccatum gratia exēpli in vxorem in cibū aut huiuſmodi.

¶ Dubium ſecundum. An primus voluntatis motus, ſit peccatum? Reſpondet guillelmus altiſſiodorenſis in ſe-cūdo tractatu. xxviij. q. j. dicens indiſtincte primum vo-luntatis motū, eſſe peccatum: & primus quidem motus ab eo dicitur ille, quo homo mouetur volūtariè ad illici-tum ante rationis iudicium, ſiue deliberationem. Primi quidem motus, inquit, ſunt in noſtra poteſtate in ſingu-lari & non in vniuerſali: quoniā de quolibet primo mo-tu poteſt quis vitare, vt non veniat: ſed nullus poteſt vi-tare quin aliquis primus motus aliquandò veniat: ita quòd nequit diu eſſe quin inſurgat aliquis primus mo-tus: ſicut nauta poteſt vitare quòd aqua nō intret p iſtud foramen, non poteſt vitare quin intret per aliud: & quæ-ſtione ſequēti cauſſam ſubdit, cur primus voluntatis mo-tus, qui voluntarius eſt, ſit peccatum: quia ſcilicet mouet ad illicitum, videlicet mouet animam humanam ad de-lectandum in re ſenſibili: & hoc facit propter fomitē qui ſemper mouet ad illicitum ſcilicet ad delectandum in re ſenſibili. Cum enim debeat homo totum cor ſuum deo: non licet ei dare aliquam partem creaturæ vt aliquo mo do delectetur in illa. Infert quòd primus motus in pro-priam vxorem, eſt peccatum: tamen poteſt aliquis cogno ſcere vxorem ſuam ſine peccato, ſcilicet quòd ei diſpli-ceat omnibus modis carnalis delectatio. Infert inſuper quod primus liberi arbitrij motus ad comedendum eſt etiam eadem ratione peccatum. Motus aūt ſiue in vxo-

rem ſiue in cibum exiſtens in ví brutali, nõ eſt peccatũ: quoniam non eſt voluntarius. Quod ſi quæratur an primus voluntatis motus ad coeũdum, ſit mortalis in eo qui per electuaria, vt per diaſatyrion, prouocat primos motus, cum ſua prouocatio ſit mortalis? Reſpondet qđ non: quoniam quamuis medicina ſit ſufficiens inducere motum brutalem: non tamen motum voluntarium. Illi autem primi motus ſcilicet brutales non ſunt peccata: ſed ſecundo primi, ſunt peccata: quia ſunt voluntarij. Dicit inſuper primos liberi arbitrij motus non eſſe in prohibitione: ſed benè in cohibitione: & ſi non ſint contra legẽ dei, ducunt tamen ad illicitum, quod eſt contra legẽ. Dicit præterea aliquem primum motum eſſe in ratione, ſeu in intellectu: eſt duobus modis. Primo, cùm quis mouetur ſubitò per corruptionem rationis leuiter motu erroris in contrarium articulo fidei ſine deliberatione rationis præcedente: & quia eſt ſine deliberatione præcedente: & eſt in illicitum ex ſola corruptiõe primus motus eſt venialis; ſi autem eſſet ex deliberatione præcedente eſſet peccatum mortale. Secundo modo, eſt peccatum in ratione: cùm ſubitò & ex corruptione ſola delectatur ratio in aliam veritatem, quàm primã: ꝙ ſi eſſet ex deliberatione & delectaretur magis in veritate creata, quàm increata, eſſet mortale. Hæc ille. Ex quibus patet eũ motus primò primos ponere in ſenſu: motus autem ſecũdo primos in voluntate libera ſine iudicio rationis: motus autem deliberatos etiam liberos in voluntate cum iudicio rationis ſiue cum deliberatione. Non mihi videntur illa dicta omnia veritatem continere: quæ vt diſtinctius pateant, ſint propoſitiones.

Primus volũtatis motus ad coeũdum an ſit mortalis ĩ eo q per electuaria prouocat primos mot⁹?

PRIMA PROPOSITIO.

¶Poteſt voluntas ſingulos & omnes illius generis motus reſecare. oſtendo. nam per eum ſunt liberi: poteſt aũt omnẽ actum ſuum liberũ ſuſpendere, vt ſupra monſtraui ſcilicet nulli cauſſę mouẽti prębẽdo cõcurſum ſuũ liberũ, nec tẽporis diuturnitas neceſſitat eam: imò repugnat: aliàs nõ eſſent liberi. Poteſt igiẽ etiam diu ſine libero actu permanere; quarè inualida eſt eius de nauta, quò ad li-

beros voluntatis actus,ſimilitudo: ſecus de merè natura libus:nam voluntate vnum motum naturalem impediẽ te per potentiæ conuerſionem ad aliud:iam illo extincto ſurget alius huius obiecti motus naturalis, aut alterius cuius naturaliter occurret recordatio.

¶Secunda propoſitio. Nulla eſt illa culpabilitatis primi motus cauſſalitas.ſcilicet quia moueor ad delectandum in re ſenſibili:oſtendo(teſte Ariſtotele)in vſu delectatio num ſenſibilium moderato conſiſtit virtus. In eis enim contingit ſuperabundare & deficere. & per conſequens medium tenere:ſcilicet eis vti conformiter ad rationem rectam in cibo,potu,melodijs, & huiuſmodi. Præterea vſum ſenſibilium conceſſit dominus:imò præcepit,con ceſſit.igitur quæ neceſſariò eorum vſum ordinatum con comitantur ſcilicet delectationes,quæ nec voluntati ſub ſunt.Poteſt igitur quis licite velle in vſu moderato eorũ delectari.Imò tenetur in caſu velle delectari ſcilicet dele ctatione ad ſanitatem, vel ad generationem: vel ad a liud ad quod ille obligaretur neceſſaria exiſtente.

Delectatiõis ſenſibiliũ cõ tingit vſum eẽ licitũ imò ſub obliga tiõe cadere.

¶Tertia propoſitio. Non indeficienter oportet primum liberi arbitrij motum in vxorem, vel ad comedẽdum eſ ſe peccatum.patet,quantum ex illa primitate nõ includit aliquid rationi rectæ difforme; nec delectationis condi tio ſufficit eum vitiare,vt oſtendi.

¶Quarta propoſitio. Primus rationis motus in errorẽ non eſt peccatum. oſtẽdo,nam illius doctoris aſſertione motus ſenſus,propter eius naturalitatem, non eſt pecca tum:& talis eſt ille intellectus motus:ſuppono eum non eſſe liberẽ à voluntate.igitur talis rationis motus inuolũ tarius,non eſt peccatum. Præterea abutitur iſte doctor vocabulo.Clarum eſt enim gaudium,vel delectationem nõ eſſe ipſius intellectus, vt intellectus paſſiones:ſed po tentiæ appetitiuæ ſcilicet appetitus ſenſitiui, vel rationa lis.Ipſius enim intellectus paſſiones ſunt formido, firmi tas,claritas,obſcuritas:nõ autem ipſe delectatur vel gau det in veritate:verum potius in aliqua veri deciſione at que inuentione deſiderata gaudet voluntas.tum etiã, vt oſtendi, licitus eſt delectationis, vel gaudij ſenſibilium vſus.

vſus.& eadem eſt ratio de inſenſibilibus:quarè dico poſ ſe ſine peccato eſſe primum voluntatis motum delectationis,vel gaudij,veritatis deciſæ,atq; repertę.

Voluntatis attenuatio.

Conditio minuens voluntarium, prout ignorantia,aut alicuius impellentis inclinatio, attenuat ipſius actus moralem bonitatem, aut malitiam. Iuxta quod hæc peccatorum graduatio ex ignorantia, ex paßione,& ex propria malitia deriuatur. Peccatum ex ignorantia dicitur,cuius ignorantia eſt cauſſa, ſine qua,minime fieret. Ex *paßione verò,cuius determinata eſt inclinantis,(prout paßionis,aut complexionis, vel tentationis, vel huiuſmodi) cauſſa inſtigans ſine qua non fieret.Peccatum autem ex propria malitia, dicitur peccatum non aßiſtente tali ignorantia,vel inclinatione alicuius inſtigantis commiſſum,ſcilicet quod(habito rationis iudicio de eo vitando, nec alio impellente) committitur.Ipſum quidem,eſt horum trium generum, cæteris alijs paribus deterius.* Nam *in eo eſt plena voluntarij ratio.* Eorum *autem minus graue eſt ex ignorantia:quoniam ipſa plus voluntarij quàm paßio tollit.*

Peccatū ex ignorãtia, ex paſſione, ex ꝓpria malitia.

PRIMVM NOTABILE.

Ignorantia triplex qualiter ſe excuſet aut accuſet.

¶Triplex ponit̃ ignorãtia:inuincibilis,craſſa, & affectata.Inuincibilis eſt quæ in aliquo manet facto quod debuit.Craſſa,atq; ſupina quæ in aliquo relinquitur ex negligentia,nō facto quod debuit. Affectata autem dicit̃, quam quis habere affectat:videlicet nolens ſcire id cuius eſt illa ignorantia.Prima excuſat à toto: ſecũda à tanto: tertia ſolet dici accuſare,non excuſare.Prima quidem totã tollit malitiam.ſecũda,partem malitiæ:& tertia auget. Non caret tamen dubio tertium membrum. Nam ipſa ignorantia quantuncunq; affectetur diminuit de voluntario:etiam de contemptu interpretatiuo: ideò dicendũ videtur operationem ipſam ex tali ignorãtia factam eſſe minus grauẽ,quàm cum plena ſcientia;ipſa tamen ope

ratio ex ignorantia,& ignorantię affectio,quia ſunt duo peccata,reddunt illum magis culpabilem: & ſic eſſet intelligendū ignorantiā affectatam accuſare.De hac Iob. xxij. Sciētiā viarū tuarum nolumus,videlicet vt excuſationē peccati habeamus,vel ne à pecato retrahamur.

Paſſionū triplex gradus. ¶Secundum notabile. Iuxta triplicem ignorantiæ ſpeciem poſſet non incongruè triplex aſſignari paſſio. ſ. inuincibilis,craſſa,& affectata.Nomine paſſiōis,omne inſtigans,atq; pronificans ad actum cōprehendendo. Paſſio inuincibilis. Paſſio inuincibilis,eſt quæ in aliquo remanet facto qđ debuit ad reſecandum. Paſſio craſſa. Paſſio craſſa,quę manet ex torpore non facto quod debuit. Paſſio affectata. Paſſio affectata, quam quis ſibi ineſſe affectat.

Voluntarij minutio. ¶Concluſio.Conditio minuens voluntariū,minuit bonitatem pariter & malitiā:patet ex antedictis, illa eſt de potioribus boni,vel mali conditio.¶Veruntamen caue fallaris,bonū bono,aut malū malo,ſine aliorum paritate comparans,fiat in eadē ſpecie cōparatio:& alijs cæteris paribus.contingit enim homicidium diminutè voluntarium (quod per hoc alleuiatur) eſſe aliquo modicæ rei furto valde voluntario grauius.

¶Primum dubiū.Circa tripartitā illā peccatorū graduationē qualiter illorū graduū pctā ponūtur in diuinas patrari perſonas? Reſpondeo appropriatiuè: nō quia vnū peccatū ſit vnius,& non alterius perſonarū offenſiuum: id aūt eſt impoſſibile:ſed quia eſt directe cōtra aliquid illi perſonæ ſpecialiter attributū: quāuis tantū ſit omniū perſonarū æqualitas:verūtamen patri attribuitur potentia,filio ſapientia, ſpirituiſancto bonitas:quoniā igit̄ paſſionis infirmitas opponitur potētiæ.hinc peccatū ex paſſione: ſiue ex infirmitate dictū eſt in patrē committi: pariter ignorantia obuiat ſcientiæ ſiue ſapiētiæ:ideo peccatū ex ignorantia dicitur in filium. Malitia ſimiliter bonitati opponitur:idcircò ex propria malitia peccatū appellatur in ſpiritum ſanctum. Peccatū in ſpiritū ſanctū cur dicat̄ irremiſſibile?

¶Secundum dubiū incidentale circa præcedēs: cur peccatum in ſpiritum ſanctum vocetur irremiſſibile?Reſpōdeo,non appellandū eſt tale contradictoriè, vel priuati

uè:quia ſcilicet remitti nequeat in hoc ſęculo:nullum em̄ eſt huiuſmodi:ſed contrariè,videlicet quoniā directe eſt contra remiſſionis principiū in remittente quæ eſt dei miſericordia,prout deſperatio qua quis de diuina diffidit clementia,aut contra diſpoſitionem remiſſionis in peccāte quę eſt diſplicentia de peccato,prout peccatum finalis impœnitentiæ qua vult non finaliter pœnitere.Veruntamen notetur dupliciter dici peccatū finalis impœnitētiæ ſcilicet circunſtantionaliter:& obiectiuè.Primo quidem modo,dicitur peccatū,cū quo quis ſine pœnitentia diſcedit:& iſtud non remittet̄ nunc:nec in alio ſæculo.Ipſum enim dicitur irremiſſibile ex conditione diſceſſus: nec oportet ipſum eſſe grauiſſimū:quinimò cōtingeret eſſe veniale. Alio modo dicitur peccatū finalis impœnitentiæ obiectiue.ſ.actus pro obiecto finalē habens impœnitētiam:prout propoſitum nunquàm pœnitendi : aut nolle deum fore ei finaliter miſericordem:& quamuis iſtud ſit valde graue : poteſt tamen(ſicut quodlibet aliud) per debitam pœnitentiā remitti in hoc ſæculo, ex amplitudine miſericordiæ dei promittentis , quacunq; hora ingemuerit peccator:nō recordabor omniū iniquitatū ſuarū.

P&m̄ finalis impœnitētię

TRia voluntarium impedientia enumerauit ariſtoteles:violentiam,metum, & ignorantiā (ad violētiam quidem quibuſcunq; difficultatibus reductis)hinc bene operandi difficultas ſiue ex parte obiecti ſiue ex parte perſonæ proueniens , virtutis bonitatē adauget:& oppoſitum,malitiam diminuit:nam ex parte boni,auget voluntarium:ex parte autem mali , attenuat ipſum:cùm ad illud voluntatem quaſi trahat aut inclinet:vbi enim maior pugna , glorioſior victoria : illicq; maior debetur corona.

Voluntarij tria impedimenta.

PRIMVM NOTABILE.

¶Accidit quandoq; ex parte obiecti: quandoq; ex parte perſonæ bene operandi difficultas. Ex parte quidem perſonæ , quandoque ſine culpa , quandoque ex culpa . Propter quam nonnullis viſum eſt hu

Difficultas bene operandi poteſt ex multis ,prouenire, & multipliciter.

iuſmodi difficultatem non addere bonitatis, vel meriti augmētum:aliàs per vitiorum exercitium actus boni ſequentes redderentur meliores:& per exercitium virtutū efficerentur minus boni. Nam illic difficultas, hic autem facilitas bene operandi acquiritur: & ita culpa illi patrocinabitur ex eaq́ lucrū reportabit: iſti aūt oberit virtus: atq; ex ea reportabit incōmodum: oberit religioſo diuturna in virtute perſeuerantia: & viliſſimo peccatori ſua diuturna obſtinatio: quod videtur dictu periculoſum: nam retractiuum à bono: & impulſiuū ad malū. ¶Sed in oppoſitum obijcio. Nā ab omnibus conceditur difficultatem ex fomite, aut diſcraſia complexionis bonitatē, atq; meritū augere: ſicq́ cholericū ieiunantē, vel ſanguineum continentē, plus flegmatico mereri. Ex culpa tamē originali contractæ ſunt huiuſmodi pronitates. Dices, perſonæ difficultas ex natura, aut ex culpa aliena proueniens augeť; non autem proueniens ex culpa propria augmentat meritum. Iſtud non mihi verum videtur. Tùm primò ex falſo eius fundamento: nā ignorātia craſſa, culpam minuit, quę tamen eſt culpabilis. Dices nō in ratione culpæ: ſed quia aufert de voluntario: ſic dicam illic diſpoſitionem difficultantem culpā attenuare non ratione culpabilitatis ex qua contracta eſt: ſed quia difficultādo minuit de voluntario. Tum etiam ex dei miſericordia & liberalitate, ex qua pœnæ ſunt in dubio reſtringēdę & fauores ampliandi: & eius potiſſimū qui magis gaudet ſuper vno peccatore pœnitentiā agente; & qui pollicetur, quacunq́ hora ingemuerit peccator, nam recordabitur omnium iniquitatum ſuarū. Scio hæc de culpę relaxatione verificari. Sed quis nouit non extendi ad præmium æternum difficultationi emendatæ reſpondens? cui pariter facta eſt dei voluntas nota potius de culpa propria, quàm aliena? poſſet ne de vtraq́ idem facere deus? Præterea huiuſmodi difficultas virtutum in gradu heroico conſiſtit. Igitur non tollit virtutis laudabilitatē. Amplius æquanimis grauiū morborū tolerātia ex culpa emēdata contractorū laudabilis eſt atq; meritoria propter rei difficultatē; pariter æquanimis tolerantia mortis pro crimine

proprio irrogatæ. Igitur originis culpabilitas non impe-dit, quin laudabilitatē, atq; bonitatem adaugeat difficultas: & quãuis his rationibus non deſit euaſio: ſunt tamē rationibus ad oppoſitum magis apparentes. Non inconuenit enim ex culpa per accidens indirectē aliquod deportari commodum: ſic dixit ſaluator noſter eſſe neceſſe ſcandala euenire: ſic profuit magdalenę peccatorũ multitudo ſecundũ quam aucta eſt eius pœnitentia: ſic deniq; obeſt alicui pręcedens virtus occaſione cuius in ſuperbiam extollitur: & in aliorum contemptum ambulat in magnis: & in mirabilibus ſuper ſe.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Adauget meritum difficultas etiã ex peccato contracta: nec minuit ipſum facultas exercitio virtutis acquiſita. vtriq; igitur eorum benē operanti omnia cooperãtur in bonum: hoc ex antedictis noteſcit.

Difficultas ex culpa proueniēs auget meritum.

¶Secunda concluſio. Poteſt ex culpa diſpoſitio ad virtutem facilitans cõtrahi: & ex virtute, diſpoſitio facilitãs ad vitiũ. ¶Probo, primò quantum ad corpus, poteſt ex culpabili exceſſu in libidinis actu cõtrahi corporis debilitatio, qua mens magis ad caſtitatē tēperatur & ꝓnificabitur: & ex laudabili delectationũ in cõiugio experiētia acquiri in organis diſcraſia ad libidinē ſtimulãs: ſic & ex moderato ciborũ vſu acquiri qualitas ad irã, vel libidinē prouocãs: & ita de alijs. Quò pariter ad animã contingit certũ actũ ꝓ vno tpe virtutē, ipſum vel ſimilē fieri ꝓ alio tpe vitiũ & cõtrà: quarē habitus in anima ex eo vno tpe acquiſitus, inclinabit alio tēpore ad vitiũ: & econuersò.

Virtutis facilitatē inducere põt culpa, & vitij virt⁹.

¶Primum dubiũ. Quis ſtatuũ videlicet naturæ integræ an lapſæ ſit ad merendũ potior? Reſpondet bonauētura efficaciã meriti principaliter ex tribus prouenire; videlicet ex difficultate operis, ex prõptitudine voluntatis, & ex magnitudine charitatis. Quò ad primam conditionē, efficaciores ſunt virtutes nũc, ꝙ tunc: nunc enim magis impugnatur & impugnãdo probat: & examinatur virtus quàm tunc. Quantum autē ad ſecundam cõditionē, efficaciores fuiſſent tunc in merendo pro eo qđ volũtas quaſi cõtinuē fuiſſet in bonis operib⁹ deo placētib⁹ ſine

Meriti efficacia principaliter ex trib⁹ prouenit.

retardatione:nunc autem ſiue ex laſſitudine ſiue ex ſurreptione frequenter ceſſat à bonis operibus: & intendit aliquando rebus nociuis,aliquando inutilibus:tùm propter difficultatem ad bonum, tùm propter pronitatẽ ad malum.Quantum verò ad tertiam conditionem,inquit, aut ſit comparatio particularis perſonæ ad particularem perſonam:aut ſtatus ad ſtatum; primo modo ſe habent, vt excedentia,et exceſſa.Nam ſatis probabiliter credi poteſt quòd aliqui huius ſtatus aliquibus illius ſtatus ſi ſteтiſſent maiorem gratiam atq; charitatem habent: aliqui minorem.Si autem comparetur generaliter ſtatus ad ſtatum:non videtur vſq;quaq; certum:ſed hæc pars probabilior videtur:vt dicam⁹ quòd deus maiora munera gratiæ largitus eſt homini lapſo,quàm dediſſet homini in illo ſtatu permanenti:tùm remoue ex parte hominis qui maiori adiutorio gratiæ indiget: tùm ex parte dei; qúia decet deum de malo maius bonum elicere:tùm ex parte mediatoris:quoniam nunc habemus chriſtum mediatorem atque continuè interceſſorem. Vult igitur iſte doctor habere tunc fuiſſe maiorem actuum frequentiam: nunc autem maiorem difficultatem: & adiutorium maius. Huic addo dupliciter poſſe intelligi ſtatum ſtatu potiorem:vno modo,ſecuritate meriti:alio modo magnitudine.primo quidem modo, ille fuiſſet potior: nam minus impugnatius: quarè ſecurior. Secundo autem modo, iſte(comparato actu ad actum æquè intenſum) eſt potior propter difficultatem, comparata autem vtriuſque totalitate, ille magnitudine fuiſſet potior, tam intenſione actuum, quàm numero eorum, ſiue frequentia: quoniam in illo innocentiæ ſtatu fuiſſet continuè mens ſine retrahentibus deo attenta: pro iſto autem ſtatu mille ſurrepunt ferè continuè retardantia,quæ homines deo raro attentos efficiunt:quarè nunc eſt operum bonorum raritas:tunc autem frequentia. An autem actus maiori gratia elicitus ſit magis meritorius,vt in tertio diſtinctionis membro tãgere videbatur bonauentura:dico quod non æqualitate intenſionis retenta.

Status dupliciter põt dici ad merẽdum potior.

¶Secundum dubium. An difficultas diligendi inimicũ

augeat dilectionis bonitatem: atque meritum ſuprà amici dilectionem? Videtur quod non: quoniam ſemper illud eſt melius quod maiori malo opponitur: ſed amici dilectio odio amici opponitur: quod eſt grauius, quàm ſit odiũ inimici. igitur dilectio amici eſt melior: ſed oppoſitum ex dictis. Reſpondeo ad dubium affirmatiuè cæteris alijs paribus, iuxta gloſam Mat. v. Dilectionis cumulus, eſt diligere inimicos. Alij hæc duo addunt motiua. Actus ille magis procedit ex charitate dei illud præcipientis: cũ non aliundè ſit motiuum. Tũm etiam ex maiori conatu elicit. Dixi cæteris alijs paribus, videlicet ſint actus ęquè intenſi, per iudicium rationis oſtendãtur circunſtantiæ amicitiæ & inimicitiæ: non ſit ad dilectionem inimici aliundè quod fortius moueat, quàm retrahat inimicitiæ oſtẽſio: non ſit alterius circunſtantiæ aut præcepti diſparitas. Hæc nanque addidi. Ex quorum primo, graduale intenſionis augmentũ in dilectione amici poſſet ad æqualem peruenire bonitatem cum dilectione inimici remiſſa eiuſdem ſpeciei cum illa. Ex ſecũdo pariter dico, vbi neutra amicitiæ vel inimicitiæ circunſtantia oſtenderet volũtati: contingeret dilectiones eorum tanquàm proximorũ ęquè intẽſas eſſe ęqualiter bonas. Ex tertio, multitudo beneficiorum ab inimico aliàs collatorum, cũ aliarũ perfectionum in eo amabiliũ multitudine, poſſunt fortius trahere, atque magis ad dilectionem facilitare, quàm circunſtantia inimicitiæ oſtenſa retrahat ab amore: quarè tunc nõ eſſet eius dilectio, dilectione alterius melior. Ex quarto, circũſtantia vanæ glorię, vel alia, poſſet dilectionem inimici, altera non vitiata, vitiare. Ex quinto, vbi ſic dilectioni inimici afficeretur vt eum præferret amico in ſubuentione, aut alio in quo teneatur amicum præferre hæc impediretur eſſe altera melior multorum aliorum. Diſparitas rem multiphariam poſſet variare.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum, actus ſimplex quo quis diligeret inimicum propter amicum, eſt idem numero melior in ratione dilectionis inimici, quàm in ratione dilectionis amici.

¶Secundum corollarium. Eadē fortis dilectio qui prius fuit amicus: & nunc eſt inimicus ſcitus: talis eſt nūc melior, quàm præerat. patet, adeſt nunc difficultas quæ nō præerat.

¶Tertium corollarium. Contingit fortis amici & platonis inimici (qui ſciantur tales) dilectiones eſſe eiuſdem ſpeciei, ſaltem ineſſe dilectionis: contingit pariter differre ſpecie. Primum patet de dilectionibus quibus ipſi, vt proximi, diliguntur, videlicet circunſtantiā amicitiæ, & inimicitiæ pro obiecto non habentibus. Secūdum probo illis circunſtantijs in obiecto poſitis. Ad obiectionē igit̄ in principio dubij ꝓpoſitā, Rn̄deo negādo maiorē.

Metus quid ad virtutem operetur.

Virtutem adauget metus: malitiāq́; attenuat: metus quidem, ſiue ſufficiens, ſiue inſufficiens: hoc eſt, ſiue in virum conſtantem cadens, ſiue inconſtantem. Quamuis igitur nullius mali pœnæ metus, reſpectu mali culpæ eligendi, ſit cadens in virum conſtantem: ipſe nihilominus reatum alleuiat. Idem enim metus ab eodem, reſpectu diuerſorum: pariter à diuerſis, reſpectu eiuſdem eminens in virum conſtantem cadit: in virumq́; inconſtantem.

PRIMVM NOTABILE.

Opus ex metu factū habet cōiter velle efficax, & nole inefficax.

¶Circa operationē ex metu factam, duo ſolent aſſignari voluntatis actus. ſ. velle efficax operis atq; abſolutum: & nole inefficax, ſeu conditionatum. Exēpli gratia, mercator merces proijciens in mare pro nauis deonerandæ ratione, inſtante tempeſtate, volitionem elicit efficacem: & abſolutam proiectionis mercium: aliàs non proijceret: cùm volitione efficaci fieri habeatur proiectio: huiuſmodi tamen efficax & abſolutū velle ipſe non haberet niſi adeſſet tempeſtas: quare ſurgit quoddā nole: qđ potius poteſt noleitas appellari: alio nomine dicitur nole cōditionatum, hoc modo explicari ſolitum: nole proijcere ſi nō eſſet tēpeſtas: de quo ſuprà. Patet igit̄, verum eſſe Auguſtini dictū, voluntas coacta, eſt voluntas: coacta quidē. i. ex metu inducta. Nā efficaciter operatio ipſa,

Voluntas coacta eſt voluntas.

& efficienter eſt libere volita: quamuis ad volitionem illam efficacem inducat metus: qui nec verè cogit: quinimò poſſet ſua abſoluta poteſtate velle id cuius eſt metus ſubire: & nole per operationē periculo ſuccurrere. Volūtarium igitur miſtum (teſte Ariſtotele. iij. ethicorum) plus de voluntario habet quàm de inuoluntario: quinimò eſt ſimpliciter liberum atque voluntarium: cum nequeat verè cogi voluntas à cauſſa ſecunda ad proprios eius act⁹ modo quo ſuprà declaraui.

¶ Secūdum notabile. Eſt duplex metus: ſcilicet ſufficiēs, & inſufficiens. Metus ſufficiens, eſt quo quis ſecundum rectam rationem induci debet conſentire potius, quàm malum imminens incurrere: & iſte appellatur metus cadens in conſtantem virum, ſiue metus iuſtus. Cuiuſmodi eſt metus maioris mali, ad quod vitandum, iuſte eligeretur minus, prout ſi à potente proponeretur alicui mors, mutilatio, ſeruitus, aut ſtuprum: niſi propriam veſtem tradat: aut ſimile aliquo illorum minus: ille eſſet metus iuſtè ſufficiens traditioni conſentire: & vir conſtans traderet. Sed metus inſufficiens, dicitur quo quis ſecundum rectam rationem non debet induci rei petitæ conſentire. Cuiuſmodi eſt metus minoris mali, ad quod vitandum eligeretur maius: aut eligeretur minus, propoſitum à viro impotente: prout in præcedenti caſu eligeretur vnum illorum quatuor ad vitandum incommodum traditionis tunicæ cuius timetur perditio: ſi autem ad vitandum aliquod illorum quatuor eligitur traditio tunicæ propoſita ab impotente eam auferre: hic metus non caderet in conſtantem virum.

Met⁹ duplex. Metus ſufficiēs quid ſit. Met⁹ inſufficiens.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶ Primum. In propoſito conſtans ſumitur penes electionem certi mali ad vitandum aliud conformiter ad rectā rationem: & inconſtans penes electionem mali ad vitandum aliud contra rationem rectam.

¶ Secundum corollarium. Eiuſdem mali ab eodem propoſiti metus, eſt vni cadens in conſtantem virum: & alteri non. imò eiuſdem mali à diuerſis propoſiti metus, eſt eidem homini reſpectu vnius proponentis cadens in

conſtantem virum & non ei reſpectu alterius ꝓponẽtis. Exemplum primi, vbi vnus duob⁹ malum proponeret: quorum vnus eſt potens ei reſiſtere: & alter impotens. Exemplũ ſecundi, vbi duo proponeret mala alicui poſ tenti reſiſtere vni illorum, & non alteri.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Nullus metus mali pœnæ, reſpectu mali culpæ propo ſiti eligendi. eſt cadens in cõſtantẽ virum patet, nullus eſt mali pœnæ metus, quo quis ſecundum rectam rationem debeat malo culpæ cõſentire: potius enim eſſent quęcũ que mala pœnæ ſubeunda, quàm conſentire culpæ, de q bus. iij. Ethi. cap. j. dicit Ariſt. quædam aũt fortaſſis non eſt cogi: ſed magis morientum patientem duriſſima. Eſt autẽ, inquit, difficile, qñq; iudicare quale pro quali eligen dum. Pro hoc hanc pono regulã. Duobus malis ſub diſ iunctione ineuitabili probabiliter imminentibus, eſt eli gendũ minus. Et dico reperiri ineuitabilitatem talem in ter duo mala pœnæ: & tunc eligatur minus, quãdoq; etiã inter malum culpæ & malum pœnæ: & tunc eligatur ſe cundum. Nunquàm autẽ inter duo mala culpæ ſecundũ ſe mala ſcilicet quæ nequeãt bene fieri reperitur. bene au tem inter duo mala culpæ non ſecundũ ſe mala: ſed ꝓhi bita: & tunc hæc alia habeat regula. Maior obligatio de obligat à minori. Exẽpli gratia, inſtãte neceſſitate ineui tabili, eſt licita brachij abſciſio ad vitandã mortẽ: quarũ quælibet ſeorſum eſt ꝓhibita. Ad vitandam eñ extremã inopiam, excuſatus eſt Dauid comedens panes propoſi tionis lege prohibitos: & diſcipuli die feſto euellẽtes ſpi cas: nam maiori obligationi cedebat minor. Dicit tñ Iar ſon Dauid habuiſſe à deo reuelationem panũ: ꝓut San ſon cõtrahens cũ alienigena: aliter vterq; peccaſſet. Dicũt aliqui metũ mortis cadentẽ in virũ cõſtãtẽ omninò excu ſare culpã in prohibitis iure purè humano: pariter in ꝓhi bitis iure diuino purè poſitiuo (morte imminẽte ab ex trinſeco, vt ſuprà de Dauid: non aũt qñ mors eminet ab extrinſeco: qm̃ tyrãno ꝓponente Dauid, vel alteri hebręo ſub cõditione mortis comedere panes propoſitionis, vel carnes ſuillas peccaſſet comedẽs, non mihi placet in pro

Malis duob⁹ diſiũctiuè in euitabiliter imminẽtib⁹.

Metus mortis in qb⁹ excuſet & in q' bus non.

poſito hæc diſtinctio. Inſtante eñ mortis periculo ab hoſtibus nõ teneor domũ egredi ad audiẽdum miſſam, aut ad cõfitendũ, aut ad alia multa pcepti diuini opera ad q̃ eſſem aliàs obligatus: & tñ ab extrinſeco iminet mors. In caſu aũt illo tyrãni, non modò concurrit de eſu carnium, vel panum præceptũ: ſed obligatio cõfeſſionis fidei inſtãte materia qua fides aliàs cẽſeret̃ per talẽ eſum negari.

Egredi domum non teneor ad audiendã miſſã ſi mortis periculũ ab hoſtibus mihi imminet.

¶ Secunda cõcluſio. Vtriuſq; generis metus virtutem auget: & minuit malitiam. patet: retrahit à virtute ex qua eminens eſt periculum: & ad oppoſitum vitia trahit: vbi autem maior impugnatio laudabilior victoria & caſus excuſabilior.

De actuũ cõformitate ad rectã rõnẽ.

CAP. VII.

Virtutis auriga, eſt recta ratio ſeu prudentia: ad quam operis boni conformitas, rectitudo, ſeu bonitas appellatur: difformitas autem obliquitas, ſiue malitia. ¶ *Cum igitur intellectus ſit voluntatis regula: perſpicuum erit voluntatem intellectui ſe difformantem atq; contra agentem ſubuertere debitum agẽdi ordinem periculo ſe exponere: & qđ in ſe eſt facere: vt à recto recedat interpretatiuè velle pctm̃ ſiue recta ſiue erronea fuerit cõſciẽtia: deponatur igitur erronea, interiori mẽtis ſcrutinio, aut ſcripturarum inſpectione, vel prudentis viri cõſilio: quæ ſi pro certo tempore minime deponi valeat: adducit impoſſibilitas excuſationẽ eius quod vitari non poteſt.*

PRIMVM NOTABILE.

¶ Recta rõ, eſt iudiciũ intellectus verũ. Et duplex eſt: videlicet practicum, & ſpeculatiuum. Practicum, eſt iudicium dictans aliquid eſſe agendum, vel non agendum: cuiuſmodi eſt propoſitionis iudicium cui participium gerundij inſeritur, aut alia dictio debitum importans; prout debet, obligatur; & per oppoſitum appel-

Rõ recta qd & quotuplex.

latur ſpeculatiuum. Se habent enim ordinatím hæc quatuor. Propoſitio practica, iudicium practicum, habitus practicus, & intellectus practicus. Ex alia parte propoſitio ſpeculatiua, iudicium ſpeculatiuum, habitus ſpeculatiuus, intellectus ſpeculatiuus. Exemplum primi, iſta propoſitio, danda eſt eleemoſyna, dicitur propoſitio practica: iudicium eius, practicum: habitus ex iudicio genitus, habitus practicus: intellectus habens eius aſſenſum, vel habitum, dicitur intellectus practicus. Exemplum ſecundi, hæc propoſitio, homo eſt animal appellatur ſpeculatiua: iudicium eius, ſpeculatiuum: & ita de habitu & intellectu. Ex his itaq; patet prudentiam & artem dictamina eſſe practica: & eorum habitus practicos. Prudentia definitur recta ratio rerum à nobis agibilium. Ars, recta ratio rerum à nobis factibilium. Agibile dici ſolet operatio libera tranſiens. Factibile autem opus tranſeũte operatione permanens: vt domus, ſcabellum, & huiuſmodi: quarè prudentia eſt iudicium dictans aliquam operationem liberam eſſe faciendam cum conditionibus reqſitis ad bonitatem. Ars vero, eſt iudicium dictans aliquod opus exterius eſſe faciendum cum circunſtantijs requiſitis ad ipſius rei artificialis perfectionem, Hæc amplius, libro de prudentia examinabo: pro nũc ſufficiant.

Practica propoſitio quid cum ſuis adiacentibus.

Prudentia et ars.

Agibile qd ſit.

¶ Secundum notabile. Tam prudentiæ, quàm artis duplex eſt dictamen. Quoddam vniuerſale, quoddam particulare. Vniuerſale appellatur generale: nõ quod ſit propoſitionis vniuerſalis: ſed quia de materia ſine circũſtanſtantijs particularibus dictat: prout eſt aggrediendũ bellũ: eſt ſubueniendum proximo. Dictamen autem particulare, dicitur quod de particularibus circunſtantijs dictat: prout eſt aggrediendum bellum tali cauſſa: tali tempore, tali loco &c. Eſt ſubueniendum proximò ſic indigenti, hoc tempore, tali bono, tali modo &c. In ijs debitis circunſtantijs ſtat executionis operis laudabilitas: quæ ſi indebitæ fuerint, vitiant opus, etiam aliàs bonum. Hinc dicit Ariſtoteles. Sermones vniuerſales valdè certi ſunt, ſed inutiles. Sermones verò particulares vtiles: ſed incerti: ſcilicet propter circunſtantiarum multitudinem inſpi

Prudentiæ pariter artis duplex dictamen.

ciendarum,quas quandoq; debitas ab indebitis diſcer-
nere difficile eſt.Hoc opus,hic labor eſt:quantò dictamē plenius de circunſtantijs debitis dictat; tantò opus conforme eſt melius.

¶Tertium notabile.Actum regulari actualiter prudentia,eſt ineſſe dictamen prudentiale:virtualiter aūt regulari,eſt fieri in virtute præcedentis dictaminis: cuiuſmodi ſunt opera multa:quæ tranſeunte dictamine continuantur,eius virtute.

¶Quartum notabile.Conſcientia, eſt dictamen moraliter practicum;eſt enim tām verorum, quàm falſorum. Prudentia autem,tantum verorum. Syndereſis ponitur eſſe principiorum practicorum. Conſcientia autem concluſionum ex eis deductarum:frequentius tamen ad vtrunq; extenditur conſcientia. Conſcientia quid.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Prout veritas obiectiua,eſt conformitas rei ad propoſitionem:& falſitas difformitas: ſic bonitas moralis, eſt operis liberi conformitas ad rationem rectam prudētialem:& mala difformitas.patet,op⁹ redditur bonū quod fit qualiter fieri debet;& malū quod fit aliter, quàm fieri debet.Prout igitur non ſufficienter definitur falſitas per veritatis debitæ ineſſe priuationē:nam propoſitio impoſſibilis eſt falſa, cui non eſt debita ineſſe veritas: ſic nec moralis malitia per rectitudinis debitæ ſibi ineſſe carentiam:nam actui irrectificabili (cuiuſmodi communiter ponitur odium dei)non eſt debita rectitudo: nec etiam voluntati eum habenti pro tempore quo ad nullum tenetur actum. Bonitas moralis quid.

¶Secunda concluſio. Agens contra proprij intellectus dictamen,inordinate agit. patet,voluntatis regula,eſt intellectus:igitur ipſa intellectui ſe difformans debitū ſubuertit ordinem:periculo ſe exponit: & facit quod in ſe eſt vt recedat à recto.Hinc Paulus ad Romanos. Omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt.Ex quo ſumpta eſt trita regula.Omnis agens contra conſcientiam, ędificat ad gehennam:id eſt peccat.Exempli gratia,iudicans ſub peccato non eſſe leuandam feſtucam, leuans, peccat. Vide- Conſcientiæ obuians.

Conſcientiæ erroneæ in materia præcepti contrà agens an peccet.

bitur forte aliquibus,agens in materia pręcepti,& in per ſe malis contra conſcientiam erroneam non peccet.Exẽpli gratia,diligens pro nunc deum conſcientia dictante ſub peccato non eſſe diligendum, aut abſtinens à furto, aut fornicatione,conſcientia dictante pro nunc deũ offendit,niſi fornicetur,aut furetur,non peccet.Iſti decipiũtur.Tùm primò.verbum apoſtoli eſt vniuerſale. ❡Tum ſecundo.quicunq; credens aliquid eſſe peccatum, atque dei offenſiuũ,vult illud:eligit peccare atq; offendere deũ: igitur peccat:ſed conſcientia erronea etiam in materia præcepti dictante aliquid peccatum eſſe,ſcilicet eſſe peccatum:ipſe ſic faciens eligit peccatũ licet diligere proximum,vel orare,vel non furari eſſe dei offenſiuum: & facit hoc credens eſſe peccatum ipſe ſic faciens eligit peccatum atq; deum offendere:igitur peccat:atque deũ offendit:in hac enim formali,vel interpretatiua peccãdi atque offendendi deum electione iacet ratio peccati:ſiue enim conſcientia ſit recta,ſiue erronea:iſte qui credens eſſe peccatum(eo non obſtante)vult illud:ipſe eligit peccare:ſcilicet formaliter, vel interpretatiuè:remedium igitur vitandi peccatum,eſt erroneam deponere conſcientiam:quod fiet ſcripturarum inſpectione,aut matura conſideratione materiæ,aut prudentis viri conſilio. ❡Sed contrà obijcio.Primò:conſcientia perſonæ eſt lex priuata:lex autem dei publica atque fortior:igitur eis contrariè præcipientibus obediendum eſt legi diuinę,atq; ſe diſformandum conſcientiæ erroneæ contrariũ præcipienti. Secundò.nõ plus obligat conſciẽtia,quàm ſuperior,ſed ſuperiore præcipiente contrarium legis diuinæ eſſet ei ſe diſformandũ: igiť & conſcientiæ erroneæ contrariũ legis diuinæ præcipienti.Tertiò.aliàs ille eſſet perplexus:nam agens,vt illa conſcientia dictat,peccat: quia legi diuinæ contrauenit: non agens autem,vt dictat,etiam peccat:quia cõtra conſcientiam agit.Reſpondeo ad primum conceſſo antecedente negando conſequentiam pro vltima conſequẽtis parte:fateor enim eſſe magis legi diuinæ obediendum: ſed nego ſe eſſe diſformandum conſcientiæ manenti:deponatur conſcientia & legi diuinæ obediatur;cõformãs

enim ſe illi diuinæ legi contra erroneam conſcientiam legi rectæ ſe conformat: ſed non recto modo: erroneã igitur deponat conſcientiam: & diuinæ legi obediat. Eſt enim etiam diuina lex non ſe propriæ conſcientiæ difformare: quare qui conſcientiæ etiam erroneæ ſe difformat diuinæ contrauenit ſanctioni. Huic vnum ſubiungo põdere dignum, quod rectè conſiderent qui populo concionantur: & attentius qui eos carpunt & moleſtant. Cõſcientia erronea aliquid dictante, gratia exempli, pro nunc eſſe fornicandum, plurimum refert dicere, qui illa conſcientia ſtante non fornicatur, peccat: & dicere ipſe cõſcientia ſtante tenetur fornicari. Dico primam propoſitionem veram: & ſecũdam erroneam. Prima quidem vera eſt: nam ille peccat. patet, credens aliquid eſſe peccatũ, eligit illud. & ſic vult peccare, atque deum offendere. Secundæ autẽ propoſitionis oſtendo falſitatem. Conſcientia eius erronea, non eum abſoluit à præcepto diuino obligante non fornicari: igitur ad id manet obligatus: tùm etiam commune ſupereſt remedium, ſcilicet deponere conſcientiam: falſum eſt igitur ipſum pro tunc obligari ad fornicandum. Huic propter nonnullos ſciolos concionatores, aut indiſcretos inſiſto: vt noſcant quid pro quo, & quid à quo ſit diſcernendum. Id non ſufficienter conſiderauit beatus Thomas ſuper epiſtola ad Galathas. v. vbi dicit, habens conſcientiam dictantem eum obligari ſub peccato ad obſeruantiam legalium, tenetur obſeruare legalia: & tamen obſeruans peccat hæc ſequẽtia ſunt eius verba: reſpondeo (inquit) dicendum, quòd eadem conſcientia durante tenetur ſeruare legalia: puta, ſi aliquis haberet conſcientiam quòd niſi circũcideretur peccaret mortaliter: ſic ipſe circunciſus ipſa conſcientia durante peccaret mortaliter, ſi non obſeruaret legalia: hæc ille. Dico enim refert longe dicere obligatur ſeruare legalia: & peccat non ſeruans legalia: primum eſt falſum: ſecundum verum.

Conſcientia erronea aliquid dictãte refert dicere quencp obligari ſic agere, aut nõ ſic agere peccare.

Refert dicere obligaẽ ſeruare legalia: & peccat nõ ſeruans legalia.

¶ Primum dubium. An omnis ſe rationi rectæ ſpeculatiue conformans bene agat? Reſpondeo nõ: probo, quńcq

tenetur quis illi ſe difformare:cuiuſmodi eſt hoc dictamẽ ego pecco. Sequitur corollarium, cum voluntas dei ſit dictaminis practici: voluntas autem beneplaciti ſit dictaminis ſpeculatiui:hinc non tenetur viator vniuerſaliter voluntati dei beneplaciti cognitæ tali ſe conformare: voluntati autem ſigni præceptiui ſic:oſtendo, vidēs proximum fulgure occidi non tenetur velle eum occidi;imò contrarium:hoc tamen iudicium ſpeculatiuum eſt verũ, proximus occidetur:vult pariter deus voluntate beneplaciti illum occidi:& ſcio eum id velle: quoniam ſcio nihil fieri poſſe ſine eius generali concurſu qui eſt à voluntate eius bene placiti:non tamen teneor illi voluntati dei me conformare:ſed difformare in volito. Voluntas enim dei beneplaciti, eſt qua ipſe vult aliquid eſſe, vel fieri, ſubeſſe, vel fieri, comprehenſis alijs temporum differentijs, ad hoc enim genus volendi ſequitur concurſus efficientiæ dei:quarè non eſt poſſibile ſine huiuſmodi velle aliquid eſſe, vel fieri:de quo id verificatur. dixit, id eſt voluit:& facta ſunt. Voluntas autem ſigni, eſt qua vult aliquid eſſe à nobis agendum aut vitandum:cuiuſmodi præceptorũ atq; conſiliorum voluntas. Corollarie ſequitur:quãdoq; voluntate beneplaciti vult aliquid fieri & non ſigni; cũ enim ſortes ſoluens ieiunium comedit, deus vult voluntate beneplaciti ſortem comedere:aliter non comederet: non tamen vult eum comedere voluntate ſigni; ſcilicet præcipientis, vel conſulentis.

Volũtas dei ſigni aut bñplaciti et qualis & quis ſe conformare teneatur.

Mentiens an conſcientiæ cõtraueniat.

¶Secundum dubium. An omnis mentiens conſcientię contraueniat? Reſpondeo non: oſtendo. mens ad iudicium tàm practicum, quàm ſpeculatiuum extendit. Conſcientia autem quælibet, eſt practicum iudicium: quarè non omnis contra mentem agens agit contra conſcientiam. Omnis itaq; mentiens, it contra mentem:ſcilicet cõtra iudicium ſpeculatiuum dictans eſſe falſum quod ipſe aſſerit verum: non tamen omnis ille it contra conſcientiam. patet, ſtat ipſum iudicare illud eſſe aſſerendum & bonum.

Cõſcientię ſe difformãs q̃ peccati genere peccet.

¶Tertium dubium. Quo peccati genere peccat, mortaliter, an venialiter, ſe difformans iudicio rationis practico:

eo? Reſpondeo,agens contra conſcientiam ſolũ conſultoriam,non per hoc peccat: ſi autem de obligatione dictet:ſic cõtraueniens peccat ſecundũ obligationis dictãtis qualitatẽ,quãtũ eſt ex hoc;ſcilicet mortaliter, ſi dictet de obligatione ſub mortali:& venialiter ſi dictet ſub veniali.Conſcientia enim exiſtente erronea,vnica eſt peccati ratio:ſcilicet quia contra conſcientiã: ipſa autẽ exiſtente recta,eſt difformitas duplex,videlicet quia contra cõſcientiã:& quia contra obligationẽ debiti aliundẽ agendi, aut vitandi:quarẽ duplex inuoluitur malitia: contra igitur dictamẽ dictans eſſe ſub mortali leuandã feſtucã, operatio vnã habet malitiã;cõtra eñ dictamẽ dictãs nõ eſſe furandũ,operatio duplici fœdatur malitia. De agẽte autẽ contra conſcientiã dictantẽ in genere nõ eſſe leuãdã feſtucã ſub peccato;dic prout de hoc actu generico, volo peccare.

¶Quartum dubium.An habens conſcientiã erroneam pręcepto contrariã,grauius peccet agens cõtra eã,quàm ſecundũ eã operans? Reſpondet de Baſſolis in.ij. diſtin. xxxix.modo illa conſcientia erronea non ſit inuincibilis grauius peccat agens ſecundũ eam quàm agens contra eã.Nã (inquit) lex ſuperioris plus obligat, quàm inferioris:& per conſequens tranſgreſſio legis diuinæ eſt grauior,quàm tranſgreſſio legis conſcientiæ errantis. Iſtud non eſt indiſtincte verũ. probo, lege diuina obligãte ad veniale conſcientia contrariũ dictet ſub mortali agẽdũ: contraueniens conſcientiæ peccat mortaliter: & legi diuinæ cõtra agens delinquit venialiter.Pariter (lege diuina obligante ſub mortali:& conſcientia dictante de cõtrario ſub lõgẽ grauiori culpa) pręcepti dei trãſgreſſionẽ exuperare poſſet cõſciẽtiæ cõtrã operãs ſeu cõtraueniẽs.

Conſcientiæ præcepto cõtrariæ ſe conformans an grauius peccet ꝙ contrà agens?

¶Quintũ dubiũ.An moralis malitia requirat conformitatem dictamini erroneo interno?Reſpõdeo nõ:nec difformitatẽ dictamini recto interno:ſufficit difformitas diuino iudicio in aliquo debito.patet,cõtingit ſine dictamine eſſe actũ moraliter malum.Sequit̃ plus ad bonũ ꝙ ad malũ requiri.nam(vt dicit Diony.quarto de diuinis nominibus) bonũ eſt ex integra cauſſa.Ad bonũ eñ re

Malitia moralis an erroneũ iudiciũ requirat.

Ad bonũ requiritur oĩm circũſtãtiarũ debitarũ integritas.

quiritur omniũ circũſtãtiarũ debitarũ integritas:ad malũ ſufficit vnã ineſſe malã:aut vnã deeſſe debitã.ſ. debito iuris:ñ em̃ ſoli⁹ debiti cõgruẽtię carẽtia ſufficit actũ vitiare.

Prudntia qualiter ad virtutis op⁹ ſe habeat

Prudentia quæ nõ formaliter, ſed materialiter, atq; directiue virtus eſt, eſt virtutũ regula, nõ neceſſaria actualis nec ſufficiẽs aptitudinalis, aut habitualis, ſed actualiter, aut virtualiter coaſsiſtẽs requiſita. **Nõ** *pariter de neceſsitate informãs virtutis obiectũ: ſed adiacẽs ſufficit ad bonitatẽ: quã.ſ. & ꝓ obiecto actus liberi arbitrij quandoq; aſſumi valeat. Quæ queadmodũ ſine virtutis opere verẽ prudentia eſt: ſic habentẽ denõminat prudentẽ: prout fides credentẽ. Eſt igitur virtutum moraliũ lumen. & fides theologarum. Quemadmodum enim fides, ſic prudentia ſine virtutis opere, mortua eſt: cum opere autẽ viuit nõ propria: ſed operis vita. Aeterna enim beatitudo eſt nõ prudentiæ in ſe: ſed operis per prudentiã regulati merces præſtituta.*

PRIMVM NOTABILE.

Volũtatis cõſul atq; director ẽ intellectus.

Virtutũ theologarũ pariter ipſarũ moraliũ vna in intellectu.

¶ Doctrinã ſæpe dictã repetẽs: volũtatis cõſul, director, atq; illuminator eſt intellectus ei agenda, vitãdaq; oſtendẽs: ipſa verò opus oſtẽſum exequit. Hinc virtutũ theologarũ quę ſunt fides, ſpes, & charitas: vna videlicet fides in intellectu eſt illuminãs ad reliquas. Pariter virtutũ moraliũ quę ſunt prudẽtia, tẽperãtia, fortitudo, iuſtitia: vna videlicet prudẽtia in intellectu collocat: volũtatẽ ad reliquas dirigẽs: ſic igit prudẽtia, circa eaſdẽ aliarũ virtutum materias, verſat: hinc dicẽda eſt materialiter virtus: nõ autẽ formaliter quò ad huiuſmodi directionis conditionẽ: quoniã ipſa nõ in hoc eſt operatio libera rectę rationi cõformis: potius ipſa eſt recta ratio, cui virtutis operatio cõformatur: prout enim cerebrũ ſenſu carens alijs ſenſum tribuit: ſic prudentia nõ in ſe virtus, dat alteri eſſe virtutẽ. ¶ Corollarię ſequitur: nõ actui prudentiali, quantum eſt ex hoc, reſpondere prẽmium: ſed operi per eã regulato: dixi quantum eſt ex hoc videlicet ex conditione di-

rectionis. Aliundè enim recipere poſſet virtutis forma= lis nomē: ſcilicet vbi actu volūtatis reflexo effectiuè īpe rarcť ipſi⁹ prudētię act⁹ :& ita de fidei actu per oīa dicas.

¶Scundum notabile.Sic neceſſaria ad actum volunta= tis eſſe virtuoſum,ponitur à quibuſdam ratio recta, ſiue prudentia,vt ad eius bonitate non ſufficiat ad pruden= tiam aptitudinalē,aut habitualē,aut actualē aſſiſtentē cō formitas:ſed duplex requiratur eius habitudo : videlicet præſentiæ & informationis obiecti.Iſta eſt ipſius Okam in.iij.diſtin.q.xij.ſententia,de cuius mente ſunt hæ qua= tuor ꝓpoſitiones. Prima.nō ſufficit ad actū moraliter bo nū aptitudinalis prudētia.ꝓbať,pręmittēdo quòd aliquē actū eſſe prudentiæ aptitudinali conformē,eſt elici quali= ter prudentia dictaret eliciendū,ſi ineſſet, quanquàm nō inſit:tunc ſic carens vſu rationis,poteſt elicere actū qua= liter recta ratio dictaret ſi ineſſet ; ei tamen non eſt actus ille virtuoſus:quoniā ille non operatur ſciens ; tùm etiā poteſt voluntas contra ſcientiā elicere actū qui confor= mis eſſet rationi rectę ſi ineſſet:& tamen malus eſt.Secū= da propoſitio.Non ſufficit habitualis,oſtenditur: habit⁹ prudentię non efficit actū virtuoſum niſi quem regulat: ſed habitus non regulat,niſi mediante actu ſuo;igitur re quiritur prudentia actualis:& dicit Okam quòd prudē= tiam regulare actū aliquē,eſt ipſam ſpeciali modo actum illū cauſſare.Dicit igitur,quod ſuſpenſa voluntatis, aut prudentiæ actiuitate,nullo modo eſſet actus virtuoſus: quinimò vtranq; actiuitatē connotat hoc nomen virtus actualis.Tertia propoſitio:non ſufficit actualis aſſiſtens. probatur,contingit adeſſe prudentiam actualē:nihilomi nus ſine ea voluntas etiā ad nudā apprehenſionē obie= cti actum illū elicuiſſet ex ſua libertate:aut propter dele= ctationem aut alia cauſſa,quàm prudentia mouente: ita quòd prudentia ſic aſſiſtens, non ſit illius actus effecti= ua cauſſa:igitur tunc ab illa prudentia non debet boni= tatem recipere. Quarta propoſitio: requiritur actualis pro obiecto , patet, ex præcedentibus requiritur e= lici actum propter rectam rationem ; ſed omnis vo= lens aliquid propter alterum vult vtrúmque ; igitur

Prudētię pręſentia obiectiua an ad bonitatē requiratur?

Actū aliquē prudētię aptitudinali eſſe cōformē qd ſit

ipſius actus quo voluntas vult aliquid: quia dictatur à recta ratione:ipſa recta ratio,eſt obiectũ.Superaddit poſteà Okam (inquiens) fortior ratio ad probandũ prudentiam eſſe obiectũ actus virtuoſi eſt hæc, nã aliter ſequerentur duo inconuenientia. Primũ:nullus actus neceſſario & intrinſece eſſet virtuoſus:ſed ſolũ contingenter.Secũdũ:de actu non virtuoſo fieret virtuoſus; & de non meritorio fieret meritorius per aliquid mere naturale:quod non eſt in poteſtate noſtra:videlicet poſt actum elicitũ adueniente prudentia à cauſſis naturalibus neceſſitantibus intellectũ:& ita de virtuoſo fieret non virtuoſus:& de meritorio nõ meritorius per purè naturale, ſcilicet per remotionẽ prudentiæ manente actu elicito.Hęc opinio virtutis,atq; meriti viã nimiũ, ſine ſufficiente ratione,vel autoritate arctat.Pauci enim virtuosè operarẽtur:pauciores**q́** mererentur,potiſſimè ſimplices viri: qui tamen cõfidenter ambulantes cœlos rapiunt. Non enĩ tanta vtuntur reciprocatione:ſed oſtenſo eis agendo,volunt illud:& ſine actu reflexo operantur. Quid igitur ſit dicendũ?ſint concluſiones.

Simplices viri confidẽter ambulantes rapiũt cœlos

PRIMA CONCLVSIO.

¶Ad bonitatem moralem ſufficientẽ ad meritũ,non requiritur prudentia pro obiecto.probo,cõmunes ſimplicium virorũ,aut aliorũ actus per prudentiã regulatos ſiue oſtenſos potuit deus acceptare ſine tali reflexiõe atq; reciprocatione:nec ex aliquo ſacri eloquij loco conſtat de oppoſito.Præterea à cauſſalitate efficientiæ rationis rectæ ad actũ elicitum ſumitur ei⁹ fundamentum: ſed iudicium prudentiale poteſt eſſe cauſſa actus efficiens non exiſtens obiecti pars.patet,frequẽter obiecti notitia partialiter volũtatis actũ cauſſat,quę nõ eſt illius actus obiectum: quo facto verificatur propoſitio hæc cauſſalis, quia ratio recta dictat hoc,fortes vult hoc. Itẽ nunquàm eſſet virtutis actus abſq; dictaminis prudentialis iudicio reflexo,ſcilicet quò reflexè conſideraretur ipſum eſſe rectum:& ſic per aliquod purè naturale adueniens,ſcilicet tollens dictaminis recti iudicium reflexum deſineret eſſe virtutis actus;& fieret de merente nõ merens; quod ipſe

negare videtur:nec plus inconuenit id per totalem actus ablationem fieri,quàm eo manente.Inſuper,nec ſufficiẽs eſt ad quartum membrũ ratio eius:quoniã ꝙ prudentia actualis ſit efficiens ipſius actus cauſſa : ſic ꝙ verificetur hæc cauſſalis,quia recta ratio dictat ſorti eſſe orandum, ſortes vult orare:nõ ſequitur prudentiã eſſe actus voluntatis obiectũ:prout ipſe ex illa cauſſalitate infert : ſcilicet propter hoc volũtas vult aliud:ergo vtrumq; vult. Quis non inualidã eſſe conſequentiã cognoſcit loquendo de efficientiæ,nõ finis cauſſalitate?probaretur ꝙ omnis cognitio quæ eſt alicuius liberè volitionis cauſſa,eſſet eius obiectũ:nam in genere cauſſæ efficientis verificatur hæc propoſitio,quia hoc cognoſcit ſortes,vult hoc. Et cum adducit aliud,ſcilicet per purè naturale &c. ipſe idem habet concedere:vt oſtendi:& ad reliquũ de actu intrinſece bono,ratio non militat:quoniã,datis talibus actibus, non ſequitur quin præter eos,& ſine eis ſint alij act⁹ verè & plenè moraliter boni atq; à deo accepti. Tùm etiã quod inconueniens nullũ eſſe actũ neceſſariò bonũ ſcilicet quin valeat per aliquam adiacentẽ circunſtantiã vitiari,prout contra aliquam conſcientiam, aut cũ alia circunſtantia extrinſeca vitiante continuatus.

¶Secunda concluſio.Quamuis aſſumi poſſet prudentia pro actus interioris obiecto:& per hoc actus redderetẽ abundantius moralis:ſufficit tamen huiuſmodi dictaminis aſſiſtentia actũ regulantis:patet ex præcedente, tùm etiã inſufficiẽs eſt eius in oppoſitũ ratio:primò quidem, nã ipſius prudentiæ concurſus eſt naturalis : nec poteſt voluntas actũ eliciens efficientiam prudentiæ ad illum actũ impedire:tùm etiã bonitas actus plus pendet ab illuminatione ſiue obiecti oſtẽſione per prudentiã quàm actus efficiẽtia ab illa prudẽtia:quinimò vbi à deo ſubtraheretur prudentiæ concurſus(ipſa ſolũ oſtẽdente voluntati agendũ propter cuius oſtenſionẽ voluntas elicit actum) non minus eſſet bonus huiuſmod i actus.

¶Tertia concluſio. Non ſufficit prudentia habitualis, aut aptitudinalis:nec requiritur actualis pro obiecto:requiritur aũt actualis aut virtualis;& ſufficit quãtò tamẽ

actualior tantò actus melior. Prima pars tripartita ſuprà patuit. Secundam oſtendo partē, ſcilicet ꝙ ſufficiat actualis, aut virtualis de actuali patuit. de virtuali verò, quoniam ſi fuerit voluntas ſufficienter illuminata & in virtute illius luminis etiã tranſeuntis, opera continuet laudabilia, non videtur, quin ex illa radice opera liberè elicita ſint bona & meritoria: cùm ille ſit communis hominum ordo operandi: & nimis difficile ſit actualia dictamina continuè retinere, quin velimus nolimus tranſeant: nec ad nimis difficile voluerit nos arctare dominus: cuius onus leue eſt. Dico igitur ſufficere prudentiam ineſſe, aut infuiſſe, virtute cuius tunc voluntatem illuminantis ipſa libere continuata, & operatur laudabilia non aliundè vitiata: nec aliundè impedita à bonitate.

Dñs cui⁹ iugũ ſuaue eſt & onus leue ad nimis difficile noluit nos arctare.

PRIMVM DVBIVM.

Dictamē virtualiter practicũ ſufficit ad bonũ opus.

¶ An dictamen dictans de bono, vel malo, ſcilicet hoc eſt bonum, hoc eſt malum, ſit ſufficienter operis moraliter boni regulatiuum? Reſpondeo ſic: nam eſt virtualiter practicum atq; prudentiale: amor igitur quo deus oſtenſus tanꝙ ſummũ bonum diligitur: eſt plenè bonus abſq; formali dictamine deum eſſe diligendum dictãte.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶ Primum. Ad volũtatis actũ moraliter bonũ nõ requiritur dictamen de ipſo dictans. patet, cũ dictamine oſtendente eſſe propter deũ pauperi ſubueniendũ: hic actus, volo huic pauperi propter deum ſubuenire, eſt bonus abſque dictamine ſic eſſe volendum dictante.

¶ Secundũ corollariũ. Ad regulandum actũ non neceſſe eſt dictamen de actu quē regulat dictare: ſufficit id de ipſi⁹ act⁹ obiecto: vt in ſequenti dubio perãpli⁹ aperiã.

Actus virtutis & ſuę prudentię an ſit idē obiectũ?

¶ Secundum dubiũ. An vniuerſaliter ipſius actus virtutis & prudentiæ eũ regulantis, ſit adęquatũ idē obiectũ? Reſpondeò negatiuè: oſtendo, volũtas actũ eliciens nõ cogit̃ omne id pro ſui actus obiecto aſſumere qđ ei oſtēditur: poteſt etiã aliquid aſſumere quod non ei per illud dictamen oſtenditur, ſcilicet per aliã notitiam oſtenſum. Exemplũ primi (dictamine ſubeunda mortis pericula oſtēdere hoc loco, hoc tēpore, hoc mõ, hoc fine) poteſt vo

luntas hunc actū vnicū elicere,volo mortis pericula ſubire.Exemplū ſecundi (circūſtantijs per apprehenſiones oſtenſis & ſtante hoc vniuerſali dictamine ſubeūda ſunt mortis pericula)hunc habere actū poteſt voluntas,volo mortis pericula ſubire:hoc loco,hoc tpe, hoc fine, &c.

¶Corollarium.Non requiritur ad actū bonū eſſe prudētiæ obiectū:patet,cū operis exterioris dictamine bonus eſt actus interior:gratia exempli,cum iſto dictamine, eſt loquendum:hic actus volo loqui, bonus eſt; qui nō eſt illius prudentiæ obiectum.

¶Tertium dubiū. An eadem prudentia ſit operis exterioris & interioris regulatiua? Pro hoc præmittēdę ſunt propoſitiones.Prima.Vtriq; ſua reſpondet prudentia eā pro obiecto habēs; & ſpecie penes obiectorū totaliū alietatē differūt.Exēpli gratia, hæc dictamina ſunt ſpecie differentia,eſt loquendū,eſt volendū loqui.Secunda ꝓpoſitio.Dupliciter cōtingit prudētiæ operationē regulare:videlicet intrinſecē,& extrīſecē; intrīſecę.i.obiectiuē q̄ ꝓ obiecto huiuſmodi operationē habet: extrinſecē autē per oppoſitū:ſic,hoc dictamen eſt loquendū, intrinſecē locutionē regulat:nam obiectiuē de ea dictat:extrinſecē autē volitionē regulat:qm̄ non de ea dictat:ſed de obiecto eius debito.Prudentia aūt illā volitionē intrinſecē regulans,eſt iſta,volendum eſt loqui:ſic dilectiōis dei prudentia intrinſeca eſt iſta, deus eſt diligendus: extrinſeca autē,deus eſt bonū.¶His præmiſſis ad dubiū affirmatiuē reſpondeo:ſed dupliciter: vno mō cōtingit eādē prudētiā eſſe ambarꝫ opationū intrinſecē regulatiuā:ꝓut volēdū eſt loq:cōtingit aūt eſſe vni⁹ intrinſecā & alteri⁹ extrīſecā:ꝓut eſt loq̄ndū:& hęc ad vtriuſq; bonitatē ſufficit.

Opis exterioris & interioris an eadē ſit prudentia? Prudētia dupliciter opationē regulare pōt.

¶Quartum dubiū. An duntaxat verorū ſit prudentia? Reſpondeo affirmatiuē,vt eſt talis :patet ex eius definitione:videlicet recta ratio &c.hoc eſt iudicium verum. Et cum dicis errorem inuincibilem eſſe prudentiā,aberras:inuincibilitas em̄ practicum dictamen verificat aliàs falſum.gratia exēpli,in aliquo inuincibiliter hanc eſſe eius coniugē credente verificať hęc dictamē,hęc eſt à me cognoſcēda:pariter in caſu diuitis inuīcibiliter apparētis

Prudētia an dūtaxat ſit verorum?

pauperis,verificatur hoc dictamen,eſt à me huic porrigēda eleemoſyna.Fateor nonnunquàm dictamen dari miſtum includens cum practico ſpeculatiuum: & cōtingit quidem ipſum ratione ſpeculatiui incluſi & non practici eſſe falſum:cuiuſmodi hæc dictamina,iſta quę eſt mea, eſt à me cognoſcenda:huic,qui eſt pauper,eſt dāda eleemoſyna:hoc enim dictamen,eſt ſufficiēs actum bonum regulare,ratione implicationis practicæ veræ: & quāuis ſit ſimpliciter falſum:morali tamen locutione dicitur practicè verum.

De actuum moralium circunſtātijs.

CAP. VIII.

Circūſtantia quid & quotuplex & qualiter inſpicienda.

Circunſtantia,eſt humani actus accidens. Accidēs verò dicitur quod extra ipſius actus ſubſtantiam ponit: id enim accidere,ſeu circunſtare dicitur. Et communiori traditione ſex enumerantur: videlicet perſonæ,obiecti,temporis,loci,modi, & finis: ad quas reducuntur reliquæ. Ipſis enim plurimum in bono & malo diſcolores reddūtur humanæ operationes: eiſq; de bono in malum,aut ecōuerſo,facilè flexibiles. Oportet igitur circūſpicere opus ſeu circū circa ſubſtātiā eius aſpicere. Hinc Macrobius circunſpectionem prudentiæ partem conuenienter annumerauit.

PRIMVM NOTABILE.

Accidens hic qualiter accipiatur.

Circūſpectio qualiter ad virtutē requiratur.

¶Non hic phyſicè capitur accidens pro re alicui ſubiecto inhærēte: in hoc tamen retinetur ſimilitudo: quoniā quemadmodum ab accidente inhærente denominatur ſubiectum tale,vel tale:ſic ab his quæ actum circunſtant appellatur bonus,vel malus in hac,vel illa ſpecie. Operæ preciſum eſt igitur laudabiliter agere cupienti eſſe oculatum,vt argū:atq; circunſpicere: ſiue quæ circūcirca ſunt: an operi congruant conſiderare:hinc,vt dixi, Macrobiꝰ partem prudentiæ circūſpectionē poſuit:cuius eſt nego-

tij circũſtantias attendere:iuxta verbum Sapientis,omni negotio tempus & oportunitas. Eccleſiaſtici.viij.& p̃o. cxl.Pone oſtium circunſtantiæ labijs meis.Non enim lo quenti ſufficit verum dicere:ſed quis,cui,vbi, quando, quomodo,cur loquitur,eſt attendendum. Cõſiderandũ igitur quis loquitur:ſenex, an iuuenis?&c. Eccleſiaſtici xxxij.Adoleſcens loquere vix in cauſſa tua. Cui: ſcilicet ſocio:an inferiori?an ſuperiori? noli verboſus eſſe in mul titudine preſbyterorum,id eſt ſapientũ.Eccleſiaſti.vij.Vbi.in eccleſia,vel extra:mulieri in eccleſia loqui non permittitur,ad Thimotheũ.j. Quãdo. Eccle. iij. tempus tacendi & tempus loquendi.Quomodo.Prouerb.xv.Reſponſio mollis frangit iram: & ſermo durus concitat furorem.Cur.an ad nocendum:an ad iuuandum: an ocioſe?Sic igitur prudens hæc circunſpiciens omnia in nume ro pondere & menſura operabitur.

¶Secundum notabile. Sed enumerari ſolent circũſtãtię: videlicet perſonæ,obiecti,temporis,loci,modi, & finis: quæ his dictionibus deſignãtur.quis,quid,quãdo,vbi, quomodo,cur:ſi quæ autem aliæ fuerint poſſunt ad has facile reduci.Per quis, circunſtantia perſonæ. Per quid, circunſtantia obiecti:ſub qua comprehenditur circunſtãtia ab alijs dicta circa quid. Exempli gratia,percutis hominem: homo eſt circa quid ſit operatio ſcilicet percuſſio.Per quando,deſignatur temporis circunſtantia. Per vbi,loci.Per quomodo,modi agendi:prout tarde aut re pente vultu hylari aut triſti &c.ad quam reduci põt circũ ſtãtia ab alijs aſſignata:quibus auxilijs ſcilicet inſtrumen ti,vel perſonę iuuantis.Exempli gratia,quis occidit adiu tus,vel ſolus,enſe,aut veneno &c. Per cur,deſignaẽ circunſtantia finis præſtituti. Ex his quidem circunſtantijs (vt ſuprà dixi) humanus actus bonitatẽ,vel malitiã:atq; bonitatis,vel malitiæ crementũ, aut decrementum ſuſcipit:ornãturq; actus,aut deturpãtur, ſecundũ q᷑ eis ſunt debitæ vel indebitæ.Et circa has potiſſime verſatur prudentia circũſpiciens,id eſt, quæ circunſtant aſpiciens:videlicet an qualitati operis conuenient necne?conſiderat enim,an huiuſmodi operi congruat hæc vel iſta pſona?

Circunſtãtiarum numerꝰ certis dictionibus deſignatus.

hæc vel illa obiecti qualitas?iſta,vel illa temporis,aut loci,aut modi agendi vel finis conditio?

Circunſtātiæ in cōdendis legibus conſiderandæ.

¶Tertium notabile.Nedum in communi actuū bonitate & malitia verumetiam in cōdendis legibus,aut abrogandis:in diſtribuendis præmijs, aut irrogandis pœnis: magna cura veniūt circunſtātiæ cōſiderandæ. Ad quod pulchre dicit Iſidorus: & recitatur capitulo ſciendū.diſt. xxix.ſciendū φ pleraq; capitula ex cauſſa,ex perſona, ex loco,ex tempore conſideranda ſunt:quorum modi quia medullitus non indagantur in erroris laberynthū nōnulli intricando impingunt:cū antē iudicāt,φ intelligāt antē inculpant,quàm iterādo lecta pquirāt. Et beatus Hieronymus epiſtola ad epheſios.neceſſe eſt,vt iuxta diuerſitates locorū,temporū, & hominū quibus diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt,diuerſas cauſſas & argumenta & origines habeant.Preterea.ff.titu.de pœnis.dicūtur puniri facta,dicta,ſcripta,conſilia:de quibus illic dicitur:hæc quatuor genera conſideranda ſunt ſeptem modis:cauſſa,perſona,loco tempore,qualitate,quātitate,& euētu: quorū ibidem hæc ſubiunguntur exempla.Cauſſa,vt in verberibus:quæ impunita ſunt à magiſtro illata, vel à parente: quoniā emendationis animo non iniuriæ gratia videntur adhiberi:punitur cum quis per iram ab extraneo pulſatur.

Perſona dupliciter ſpectatur.

Perſona dupliciter ſpectatur eius qui fecerit:& eius qui paſſus eſt:aliter enī puniunt ex eiſdem facinoribus ſerui, φ liberi:& aliter q in dominū parētēve aliquid auſus eſt, quàm q in exrraneū:et in magiſtrum quā in priuatum:in huiuſmodi cōſideratione ætatis quoq; ratio habeatur.Locus facit vt idē vel furtū,vel ſacrilegiū ſit capite luēdum, vel minore ſupplicio.Tēpus diſcernit emanſorem à furtiuo:& effractorem vel furem diurnū à nocturno. Qualitate factum,vel atrocius,vel lenius eſt:vt furta manifeſta à nō manifeſtis diſcerni ſolēt:rixa à craſſaturis:expilationes à furtis:petulantia à violentia.Euētus ſpectatur:vt à dementiſſimo quoq; facta:quāquàm lex nō minus eum qui occidendi hominis cauſſa cum telo fuerit inuentus, φ eum qui occiderit puniat:et ideo apud græcos,& exilio voluntario fortuiti caſus luebantur.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Circunſtantiæ bonitas,aut malitia in ratione circun- ſtantiæ non eſt bonitas,vel malitia entitatiua:neq; moris ſed debita habitudo,vel indebita ad opus.oſtendo,con- tingit aliquid eſſe entitatiuè bonum ac etiam in ſe mora- liter bonũ:& ipſum certo operi non eſſe bonã circunſtan tiam.Exempli gratia,locus ſacer eſt quid entitatiue bo- nũ:& non eſt operi coniugali circunſtantia bona,aut co- meſtioni:pariter cõtingit aliquod opus moraliter bonũ certo operi non eſſe finem bonum:vna igitur circunſtan- tia vni operi bona eſſet:alteri operi mala circũſtantia atq; vitiãs:loci ſacri circunſtantia exornat orationem quæ co meſtionẽ vitiat.Domus priuata quadrat comeſtioni quę miſſæ celebrationi incongruit: idem finis aliquod opus vitiat:qui opus alterius generis redderet bonum.

Circũſtãtiæ bonitas, aut malitia qua- lis.

¶Secunda concluſio.Materiam indifferentem,aut de ge nere bonorum circunſtantia inficit:prout et materiam in differentem,aut de genere malorum circunſtantia boni- tate decorat & ornat. Primam partem probo: contingit circunſtantiæ ad illam materiam eſſe indebitam habitu- dinem.Secunda pars etiam patet:cõtingit circunſtantias reddere opus circa talẽ materiam rectæ rationi cõformæ.

¶Tertia cõcluſio.Circunſtantiarũ malitiã aggrauãtium, vel adaugẽtiũ bonitatẽ,quædã non variãt ſpeciẽ ſed ma- litiam eiuſdẽ ſpeciei ſupaddunt nõ trahẽtes actũ ad aliud genus per nominis mutationẽ: prout magnitudo cona- tus,magnitudo deliberationis,ætas,paſſio:& huiuſmo- di:quædam aũt ſpeciẽ variãt:ſcilicet quæ ſub ſpeciali præ cepto,vel prohibitione cadunt: prout in luxuria ligamẽ, conſanguinitas,affinitas, violentia,raptus, quæ luxuriã ad diuerſa genera trahunt:quæ ſunt adulterium, inceſt⁹, oppreſſio,ſtuprum,raptus.

Circũſtantię quędã nõ va riãt ſpeciẽ & q̃dam ſic.

¶Quarta cõcluſio.Quorũdã actuũ interiorũ circũſtãtiæ ſunt obiecta,quorũdã nõ:cõtingit eñ eas nõ oñdi volũta ti:& q̃n oſtendunt̃,liberũ eſt volũtati ferri in eas,aut nõ, aut in aliquas,et aliquas nõ.Hinc actuũ,quidã eſt bon⁹, vel malus intrinſecè:quidã,extrinſecè:qdam,vtroq; mõ: nõ dico hic intrinſecè, id eſt neceſſario & eſſẽtialiter: ſed

Quæ dicat̃ intrĩſeca bo- nitas.

pro intra eſſe. Appello igitur intrinſecam bonitatem, vel malitiam, quæ ab aliquo intra obiectum actus ſumitur. Extrinſecam autem quę ab aliquo extra obiectum actus contrahitur. Actus igitur interior bonus, pro obiecto omnes circunſtantias bonitatem addentes habens, eſt bonus intriuſecè tantum. Actus verò bonus circa materiā indifferentem, pro obiecto non habēs circunſtantias bonitatem ei tribuentes, eſt tantum extrinſecè bonus. Act⁹ autem qui aliquas pro obiecto & alias extrà obiectū habet, eſt intrinſecè & extrinſecè bonus.

Quid bonitas vel malitia generica qd ve ex circūſtantia?

¶Dubiū. Quid bonitas, vel malitia generica quidve ex circunſtantia? Reſpondendum bonitas generica, eſt conformitas ex parte materiæ ad ius præcipiens, vel approbans. Malitia autem generica, eſt difformitas ad ius prohibens, vel reprobans. Sic igitur omne opus ſub iure cōmuni præcipiente, vel approbante cadens, dicitur bonū ex genere, prout orare, indigenti ſubuenire. Opus verò malum ex genere, eſt opus iure commnni prohibitum, vel reprobatum, prout furtum: & per oppoſitū ad vtrūq; dicitur opus indifferens. Malum aūt, ſolū ex circunſtātia tale dicit: cui⁹ mareria nō eſt iure reprobata: ſed ei accidit circūſtātia ipſum vitians, prout orare cuius finis ſit vana gloria eſt malū ex circunſtātia tantum. Malum autem vtroq; modo, ſcilicet ex genere & circunſtantia, dicitur qd vtriuſq; illorum rationem habet: ſcilicet materiā iure reprobatam: & circūſtantiam vitiantem. Sic triplex bonū, ſcilicet ex genere tm̄, ex circunſtantia tantū, et vtroq; mō.

Malū ex circūſtantia.

Malū ex genere & circūſtantia.

NOn omnis circunſtantia in ſe bona auget bonitatem, vel minuit malitiam: nec omnis mala auget malitiam, aut vitiat opus: ſed quandoq; ſic, quandoq; non, iuxta conditionem eius ad opus. Triplici quidem habitudine ſe habet circunſtantia ad actum: ſcilicet aſſiſtens, incitans, & informans. Aſſiſtens dicitur, quæ adeſt qn̄ ſit actus, eſto q nō ſit cauſſa actus, aut etiā nō pcogitata. Incitās ſiue mouēs, eſt à qua puenit actus tanq̄ à cauſſa, prout cōſiliū: metus &c. Circūſtātia

Circunſtātia triplex aſſiſtēs, incitans, informans.

informans appellatur q̄ ipſius actus obiectū ingreditur.

PRIMVM NOTABILE.

¶Iuxta illam triplicem habitudinem, triplex propoſitio num genus reperitur in moralibus, per has dictiones cum, ex, propter. Hæc dictio cum, dicit habitudinē coaſſiſtentiæ: ex, efficientiæ: propter, finis. Sic differunt iſtæ propoſitiones, ſortes hoc fecit cum ignorantia: fecit ex ignorantia: fecit propter ignorantiam: ſortes id fecit cum vana gloria: ex vana gloria: propter vanam gloriam: fecit cum contēptu: ex cōtēptu: propter contemptum: ſenſus primæ eſt, ſortes hoc fecit illa circunſtantia aſſiſtente: ſenſus ſecundæ, ſortes hoc fecit illa circunſtantia mouente ſine qua nō feciſſet: ſenſus tertiæ, illo fine hoc fecit ſcilicet vt ignoraret, aut vt gloriam haberet, vel vt cōtemneret.

Circunſtātiæ triplex habitudo per has ꝑpoſitiones cum, ex, propter, explicatur.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Circunſtantia ſolum aſſiſtēs quādoque vitiat, vel aggrauat: quādoq; non, etiam mala. Exemplum primi, con ditione perſonæ grauius eſt peccatum prælati, vel chriſtiani, quàm non prælati, vel nō chriſtiani. Exemplum ſecundi, vanæ gloriæ aſſiſtentia nō vitiat nec aggrauat opus cui ipſa aſſiſtit tanquàm ei impertinens: nam cū vno peccato ſtant opera bona non vitiata: pariter dico quandoq; bonā circunſtantiam non minuere operis mali malitiam: prout eſſet actus aliquis bonus in voluntate, alteri operi malo impertinens.

¶Secunda concluſio. Circunſtantia mouēs quādoq; vitiat, aut aggrauat, qn̄q; non, etiam mala. Exemplū primi, qui altitudine dignitatis mouetur ad varia peccata quæ ſimplices committere timerent: grauius peccat ille dono abutens. Exemplum ſecundi, aliquod peccatum in anima voluntatem moueat ad volendum opus de genere bonorū: non videtur illa volitio nō habens culpam illam pro obiecto illa ſola motione vitiari: & ſic vana gloria ſolum monēs ad volendum opus de gn̄e boni, nō vitiaret volitionē quæ à ſuo obiecto vanam gloriam excludit.

¶Tertia concluſio. Circunſtantia mala informās vitiat actū quo ipſa eſt volita. Exēpli gratia, volitio orādi propter vanam gloriam tendens in vtrunq; eſt vitioſa: quin-

imò quorundam opinione finis venialis, q̃uis opus veniale, aut opus de genere bonorum vel indifferens vitiet ſolum venialiter, aggrauat tamen mortale mortaliter de quo infrà. ¶Sequitur ex dictis corollariũ. Circũſtãtiarũ, quædam auget, vel minuit bonitatẽ, aut malitiam, quædam omninò bonitatem, vel malitiã tollit, quædã eſt neutra, non augens vel minuens neq; etiam tollens.

Peccatũ vnũ alleuiat aliud. ¶Dubium. An contingat vnum peccatum aliud alleuiare? Reſpondeo ſic: non quidem in ratione peccati: ſed alterius. Exempli gratia, ignorantia craſſa peccatum ex ea factum excuſat à tanto; pariter timor culpabilis excuſat à tanto opus timore patratum: quia ſcilicet tàm ignorantia, quàm timor minuit de voluntario.

Circunſtãtiarũ diuerſitas, qualiter actuũ differentiã ineſſe entis, aut moris faciat.

Ircunſtantia informans vſq; adeò actum ſpecificat: vt quicunq; actus interiores varietatem circunſtantiarum pro obiecto habentes ſint ſpecie diuerſi. Circunſtantia autem circunſtans aut mouens, etſi entis ſpeciem non mutet: ſpeciem tamen moris variare poteſt. Eundemq; actũ varijs circunſtãtijs diuerſarum ſpecierũ bonitates, vel malitias induere cõtingit.

PRIMVM NOTABILE.

¶Modorum immutandi aut totalium obiectorum diuerſitas, eſt differentiæ ſpecificæ actuum indicium: quarè actuũ exteriorum nõ immutatiuorum varietas, circunſtantiarum ſpeciem non variat entitatiuam: primum patuit: ſecundum oſtendo, quæcunq; talis operis circunſtãtia eſt purè aſſiſtens, vel mouens, & non informans. Nolunt aliqui eas quæ ex parte obiecti ſe tenent vocare circunſtantias: quoniam non circunſtant: ſed ingrediuntur obiectum: iſtud eſt friuolum: quoniam quamuis non obiectum totale actu circunſtent: circunſtant tamen ipſum actum: nam de eius eſſentia non ſunt.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Circunſtantia informans facit ipſius actus differẽtiam ſpecificam: patet ex notabili. ¶Volitiones enim quarum

vna in materiam fertur,alia in materiam cum vna circunſtantia,alia in materiam cum duabus, alia,cum tribus,alia,cum quatuor,alia,cum quinq̧, vel pluribus: ille inq̄ ſpecie differunt entitatiuè.Vt enim ſuperius declarabam, quorundam actuum interiorum circunſtantiæ ſunt obiecta:& quorundam nõ:quorundã aũt plures: & quorũdam pauciores ſecundũ quòd cõſiderãtur:vel in eas cõſideratas fertur voluntas:nec neceſſitatur in eas conſideratas ferri volẽdo,aut nolẽdo:ſicut nec in materiam.

Permutabilitas act⁹ de ſpecie moris in ſpeciem,et de genere in genus.

¶Secunda concluſio.Circũſtantia mouens & ſi nõ mutet entis ſpeciem:ſpeciem tamen moris variare poteſt.In formans autem vtrunq̧ efficere valet, ſcilicet tàm entis, quàm moris ſpeciem mutare:ſed differẽter: quoniam de ſpecie moris in ſpeciem,imò de genere in genus,poſſibilis eſt tranſitus:non autem de ſpecie entis in ſpeciem eiuſdem poſſibilis eſt permutatio.Tota concluſio quantum ad ſpeciem entis eſt nota.De genere autẽ, vel ſpecie moris,oſtendo,quãtum quidem ad genus,eademvolitio cũ debitis circunſtantijs elicita,& tunc bona, poteſt(aduenientibus nouis circunſtantijs extrinſecis) continuari, prout contrà conſcientiam aut huiuſmodi & ita quæin elicitione fuit moraliter bona,fiet mala cõtinuata. Neq̧ valet dici eſſe volitionem nouam:quoniam non neceſſitatur voluntas à priore volitione deſiſtere.& nouam elicere.Quantum aũt ad ſpeciem pariter volitio cum certis circunſtantijs elicita,poteſt cum alijs continuari aliã moralis bonitatis,vel malitiæ ſpeciem præbentibus. Exempli gratia, volitio cognoſcendi hanc(demonſtro eam quam inuincibiliter quis credit ſuam) eſt bona quæ tamen continuata, adueniente cognitione eam eſſe alienam oſtendente,efficitur adulterium:eadem pariter continuata cum cognitione eam eſſe eius conſanguineam dictante,contrahit malitiam inceſtus: & ita de alijs ſpeciebus, ſub quarum malitijs tranſire poteſt, atque permutari eadem numero volitio manens. Sequitur actum aliquem bonum & actum malum pariter aliquem actum meritorium et aliquem demeritorium eſſe eiuſdem ſpeciei eſſentialis.

Actus idem malitias habet ſpecie differẽtes.

¶Tertia concluſio. Contingit actum eundem malitijs ſpecie differentibus à circunſtantijs labefieri: atq; actum eundem bonitatibus ſpecie diſtinctis ornari. Hæc cõcluſio ſequẽtibus exemplis patebit. Illud enim tripliciter fieri cõtingit ſcilicet incõiunctim, cõiũctim & habitudine finali. Exemplũ primi ſortes vult nunc comedere hunc cibũ ſciens eſſe alienum: atque obligationis ieiunij ſolutiuũ: illa volitio malitijs furti & intemperantiæ inficitur. Exemplum ſecundi, vno actu vult ſortes homicidium, adulterium: ille actus duab⁹ maculatur malitijs: nec inferas volitionem duorum copulatim vnius boni, & alterius mali eſſe copulatim bonam & malam; eſt enim dũtaxat mala: quarè nec duabus æquiualet volitionibus duorum illorum operum quarum vna eſt bona, altera mala. Exemplum tertij, vult ſortes vno actu furari ad fornicandũ, ille actus malitias furti & fornicationis continet.

¶Primo & ſecundo modis, actus denominatur cõcreti uè malus illis malitijs: primus eſt furtum & intemperantia: ſecundus eſt furtum & fornicatio. Sed de tertio genere difficultant nonnulli.

Actus an à fine ſpeciem amoris ſumat?

¶Dubium igitur. An denominationem duntaxat à fine ſortiatur? Reſpondeo: quamuis pleriq; de hoc acriter certent: ſuperuacaneo tamen iudicio meo (nam res eadem manet) non eſt dubium quin actus ille duas retineat malitias, atque imputabilitates medijs ſcilicet & finis: quia tamen finis videtur medio ad finem principalior: idcirco quòd ab eo denominationem recipiat concretiuam: & non à medio: illaq; volitio denominetur fornicatio interior: & non furtum, tranſeat: ne in verbis fiat vis. Dico tamen irrationabiliter etiam denominationem habere poterit à malitia medij, cùm vtramq; pro obiecto habeat. Non enim inconuenit ſubiectum denominationẽ concretiuam ab accidente minus principali contrahere. Dico igitur illam volitionem eſſe furtum: eſſe pariter fornicationem denominando enim actum præciſe à fine omnis actus plenæ virtutis ſcilicet in deum relatus ad ſolam pertineret charitatem.

Circunſtantia

Circunſtãtia perſonæ efficitur operi debita vel indebita ex iure præcipiente, vel prohibente, conſulente, vel diſſuadẽte, excuſante vel accuſante, tam perſonæ operantis, q̃ illius circa quã fit operatio. Multipharian enim contingit variari perſonæ circunſtantiã, prout ex officio, voto, ſcandalo, detrimẽto, paſſione, ſcientia, ſtatu, beneficio, & alijs modis.

Circunſtãtia perſonę qualiter & quibus modis fiat operi debita vel indebita.

PRIMVM NOTABILE.

¶Quorundam opinione ſic ſtatus perſonæ opus qualificat, vt nequiuerit primũ hominis peccatũ eſſe veniale. Quib⁹ nõ aſſentio, quoniã potuit primũ eius peccatũ eſſe verbum ocioſum, cùm non impediretur eius libertas: tũc ſic, non eſt mortale ſine diuina prohibitione: ſed non fuerat verbum ocioſum ei ſub mortali prohibitũ: igitur: conſequentia patet cum maiori, peccatum, eſt dictum, factũ vel concupitum contra legem: minor eſt nota videti præcepta ei data: nec enim minus erat potens tale verbum otioſum ſine contemptu proferre, q̃ nunc alius: igitur potuit eſſe merè veniale. De hoc amplius in quarto.

Veniale eſſe potuit primũ hominis peccatum.

¶Secundum notabile. Aſſeritur communiter gratia ſtatus perfectionis mendacium in ſe veniale effici viris perfectis mortale. Quòd nec credo verum, ex hoc ſolo. ſ. nõ circunſtante alio mortaliter aggrauãte, ſiue ſit ſtatus perfectionis acquirendæ: prout religioſis: ſiue perfectionis exercendæ prout prælatis & prædicatoribus. Ita igitur mendacium officioſum, vel iocoſum ſic ab eis prolatum, quod nec ſcandalum, nec aliud mortaliter aggrauans, habeat præter ſtatum, non eſt mortale: probo ratione præcedente, præceptum de mendacio, quantũ eſt ex hoc, eſt æqualiter & indiſtinctè omnibus datum: tum etiam ſtatus gratiæ eſt perfectiſsimus huius viæ ſtatus, cũ quo tamen ſtat veniale. Præterea perfectior erat Apoſtolorum poſt ſuſceptionem ſpiritus ſancti ſtatus ſtatu iſtorum viatorum, qui tamen in eis non aggrauabat veniale mortaliter: Præterea qua ratione de vno veniali, eadem de quolibet, q̃tum eſt ex cõditione ſtatus & peccati, & per conſequẽs nullo alio circunſtãte aggrauãte quodli-

Veniale an efficiatur mortale viris perfectis.

bet in ſe veniale aggrauaretur in viro perfecto mortaliter, quod diceret nemo.

¶Dixi notanter nullo alio circunſtante &c. quoniam ſecus vbi ſcandalum, aut aliud ſub mortali fugiendum ex hoc immineret: nihil autem eſt dictu: quoniã idem cõtingeret hoc imminente in viro imperfecto. Dico igitur (nullo tali probabiliter imminente) ſiue in viro perfecto ſiue imperfecto, ſtatus in ſe nõ aggrauat tale veniale mortaliter. fateor autem eminente de per accidens periculo ſcandali, aut alterius detrimenti ſub mortali fugibili aggrauaretur mortaliter. exempli gratia, ſi in doctrina & iudicio, aut in alio ad officium perfectorũ ſpectante, mendacium vtilitatem tollat, quã prębere tenetur, illud non eſt merè officioſum nec iocoſum, ſed pernicioſum: quare poterit mortaliter aggrauari: prędicatori enim aut iudici in officio ſic mentienti retraheretur populus credere in alijs ſaluti aut politię neceſſarijs: ſpeciali enim pręcepto tenetur quiſq; ſcãdala vitare, Mat. xviij. Vę homini per quẽ ſcãdalũ venit. ſ. puſillorũ. Auguſtinus lib. de mendacio: perfectis præceptum eſt omnino nõ ſolùm nõ mẽtiri: ſed nec velle mentiri: quia ſcilicet ex frequẽti eorũ mẽdacio oritur huiuſmodi iactura. Hinc eminenti fidei lupo & per paſtoris fugã dubitarent oues de fide, & fugerent: eoq; ſtãte ſtarent. Tenetur vir ſic in ſtatu perfectiõis conſtitutus non fugere: quinimo mortẽ magnanimiter pro ſcandalo vitando ſubire: idẽ viro ſimplici cõtingeret eadẽ de eo imminente iactura. Qui igitur ad docẽdũ vel iudicãdũ ſedẽs vult iocoſa miſcere, inſinuet ſufficienter ex modo loquẽdi illa non doctrinæ, vel officij eſſe, videlicet ne à credẽdorũ credulitate retrahatur populus. Nã (vt inquit Auguſti. ad Hieronymũ) ſi ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint, vel officioſa mendacia: quid in eis remanebit autoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur? cuius pondere contentioſę falſitatis obteretur improbitas?

Quiſq; ſcandala vitare tenetur.

Prędicator aut iudex iocoſa pmiſcẽs.

Tẽperãtię regula qualis viris pfectis.

¶Tertium notabile. Circa hanc ſtatus perſonæ circunſtãtiam errauerunt, dicentes viris perfectis regulam tẽperãtiæ eſſe neceſſitatem. Inquit Martinus concluſione ſexta

quæſtionis tertiæ, de temperantia ſtrictiſſimè capta, ſanctis & perfectis, qui iam temperãtiam virtutem ſecũdũ temperantiæ gradũ attigerũt, neceſſitas eſt regula, ita ꝙ citra neceſſitatem vſus guſtabilium eſt eis peccatum: ꝓbat: quoniam ſancti & perfecti viri ea pro regula habẽt quę alij non habent niſi pro conſilio: ſed neceſſitas eſt ipſis imperfectis de cõſilio, ergo perfectis eſt regula. Cõfirmatur autoritate Bernardi: in via morũ non progredi, retrocedere eſt: igitur nõ procedendo cõtinuè ad mediũ ſtrictioris latitudinis peccat. Huic ſententię nõ adhęreo rationibus ſuprà adductis motus: nam lex obligatoria nõ diſtinxit ab imperfectis perfectos, tum etiam cur ipſi ex eorum acquiſita perfectione detrimentũ deportarent. Pręterea non tenetur perfectus operari meliori modo quo poteſt. Amplius ex morbo, vel complexione reductus ad diſpoſitionem perfectè temperati, cuius ſedatæ ſunt paſſiones non obligatur ad illud. cur igitur obligaretur alter: tum etiam eadem ratione dicendus eſſet obligari ad alia ardua conſiliorum opera. Teneo igitur indiſtinctè tam perfectis, quàm imperfectis regulam tẽperantię eſſe bonã corporis atq; animæ habitudinem: non exceſſa facultate, nec violata honeſtate, nec ꝑfectis eſt ſtrictior temperantiæ latitudo, quàm imperfectis, quãtum eſt ex ſtatu, ſecus vbi aliundè interueniret circunſtãtia vitians. exempli gratia, paucitati cibi aſſuefacto læditur ſanitas per cibi copiam, quæ ante huiuſmodi lõgam temperatiã non lædebatur, nihil eſt hoc dictu, quia vbi eadem cibi copia læderetur imperfectus peccaret: prorſus inualidæ ſunt in contrarium rationes illę adductæ; quare tranſeo.

¶Concluſio. Circunſtantia perſonæ modis ſuprà enumeratis qualificat opus. patet, illis modis redditur operi debita vel indebita. Prędicatoꝛ pinguiſſim⁹ ieiunium prędicãs an peccet.

¶Primum dubium. An pinguiſſimus prædicans ieiunium, peccet ex circunſtantia perſonæ; & diues vel plura habens beneficia, paupertatem Chriſti promulgans: cùm dicat beatus Hieronymus, an non confuſio eſt & ignominia Chriſtũ paupere & mẽdicum ſat

tis prædicare corporibus,& ieiuniorum doctrinam rubētes buccas tumētiaq; ora proferre. Reſpōdet Altiſſiodorenſis li.ij.tractatu ſecundo.c.iiij.qui viuēdo delitioſe ſe impinguant,peccant mortaliter prædicando,quia ſcandaliſant:qui autem ſunt quàm naturaliter pingues poſſunt prædicare,niſi generent ſcandalum:& maximè vbi noti ſunt.Illa reſponſio non eſt indiſtinctè intelligēda:nec vniuerſaliter atq; indefectibiliter interuenit cauſalitas quã ipſe ſubdit:vrgens enim prædicandi neceſſitas aut aliũde claritas vitæ & doctrinæ:aut aliud huiuſ modi poſſet ſcandalum excludere.

Gratię ſtat[9] an aggrauet mortale auferens eam? an pariter bonitatē opis augeat.

¶Secũdum dubiũ. An ſtatus gratiæ aggrauet mortale auferens eam? dico eſſe æquale: tum primò ſecundum peccatum,quantũ eſt ex ſe,eſt gratiæ ablatiuũ,ſi reperiret:tum etiam ſolus deus effectiuè eam tollit.

¶Tertium dubium. An gratiæ ſtatus bonitatem auge at moralem? Reſpondeo non:quinimo ſuppoſita æqualitate conatus tam bonus moraliter eſt extra gratiam, quàm bonus in gratia:& tam bonus cum minori quàm bonus cum maiori:patet,non per hoc variatur ad rectam rationem conformitas,tum etiam gratiæ cōcurſus eſt naturalis.Dico enim,contingit actũ aliquē in ſtatu peccati mortalis eſſe aliquo actu in ſtatu gratiæ moraliter meliorē:ſecus eſt in his omnibus loqui de vtiliori.

Actus prim[9] meritori[9] an ſit quocunq; ſequēte melior.

Dicit Olkot primũ actum meritorium eſſe quocũq; actu ſequente meliorem,eo quòd per primum quis mereatur vitam æternam,& per ſequentes meretur ſolũ vitæ ęternæ augmentũ:ſic de actu p quē quis à peccatis reſurgit,q eſt meritorius gratię:& liberationis à culpa & pœna ęternis.Ratio huius doctoris de augmēto glorię nulla ē.Nã glorię augmētũ,eſt gloria:quinimo p actũ ſequētē poteſt gloria maior ſuperaddi quàm eſſet gloria præcedentis actus.Quantum autem ad primũ actum quo quis reſurgit quamuis ſit vtilior per accidens & ad pręmiũ accidentale: nō ſequitur ipſum eſſe moraliter meliorē actu ſimili ſequēti.exēpli gratia, cibus ægrum curans non eſt melior cibus,quàm poſteà ipſi eidem ſano adminiſtratus:curarent enim quantùm eſt ex ſe, videlicet in

uenta materia requirente:poteſt tamen dici melior com paratiuè pro vtiliori iſti,vel illi.Et dixi notanter meliorē actu ſimili ſequente:nam vbi eſſet diſſimilis, poſſent vt excedens & exceſſum ſe habere.Contingit enim quòd primus obiectiuè habeat ſatiſfactionem,quæ obedientiam atque ſpecialem miſericordiæ cultum ſoli deo debitum includat & non ſequens.ſic poſſet primus eſſe ſequenti melior:nam actus ſatiſfactorius non eſt minus meritorius per hoc quod eſt ſatiſfactionis, qunimo poſſet eſſe melior habens iſtud pro obiecto.Ad priorem igitur redeundo materiam quoniam cum venerabili & doctiſſimo viro incidit quęſtio de opere eius,qui maiorem habet charitatem. Dico,poteſt de gratia infuſa eſſe ſermo,& de ea ſuprà locutus ſum: poteſt & ſermo fieri de charitate acquiſita , & dico pariter eam habitualem ſine actu eius non augere operis bonitatem: nam ipſa ſic eſt calciamentum cuius non eſt calciatio,quantum autē ad actualem charitatem quæ eſt ipſa dilectio. Act⁹ ſatiſfactorius non eſt p hoc min⁹ meritori⁹.

¶Tertiũ dubiũ.An ex maiori charitate actuali op⁹ reddatur meli⁹?Reſpõdeo poſſe quadrifariã ſe habere duos operantes ex charitate actuali quæ ſit dei dilectio. Primò, poſita charitatum paritate cum paritate arduitatum operũ.Scd'ò poſita charitatũ paritate cũ imparitate arduitarũ operum.Tertiò, imparitate charitatũ cũ paritate arduitarũ eperũ.Quartò,vt robiq; poſita ĩparitate.Et dupliciter ſcilicet cum maiori charitate magis arduũ op⁹ Alio modo cum maiori charitate minus arduum opus. Præterea præmitto poſſe fieri charitatis ad charitatem comparationem,aut operis ad opus,aut totius ad totũ. Quò ad primum non eſt dubium maiorem Dei dilectionem magnitudine conatus eſſe minore meliorem: Quò ad ſecundum pariter cæteris alijs paribus opus magis arduum eſt melius:dixi cæteris alijs paribus: nam finis bonus auget operis bonitatem in illum finem relati : & admiſſo quod eiuſdem finis feruentior dilectio addit operi maiorem bonitatem : poſſet ex hoc bonitas adeò creſcere in opere minus arduo , quod ipſa opus magis arduum ex- Gratia maior an opus reddat meli⁹.

uperaret ex minore dilectione finis,factum etiam intel- ligendo de ipſo opere,& non de aggregato ex vtroq;. Quò ad tertium comparando totum ad totum, ſcilicet aggregatum operis & dilectionis finis ad aggregatum. dico, vbi eſt charitatum paritas,& paritas arduitatum cæteris alijs paribus,eſt æqualis bonitas, atque meritũ æquale aggregati ad aggregatum. Quando verò eſt pa- ritas charitatum:& arduitatum imparitas,illic eſt maior bouitas atque meritum.vbi eſt maior arduitas.Si autem ſit imparitas charitatum, & arduitatum paritas, vbi eſt maior charitas,illic eſt maior bonitas atque meritum. Si verò ſit vtrobiq; imparitas:vbi tamen eſt maior charitas ſit maior arduitas,illic eſt maior bonitas atq; meritum.Si autem vbi eſt maior charitas: minor ſit arduitas,dico,ſi charitas magis exuperet charitatē,quàm arduitas ardui- tatem,illic eſt maior bonitas.Si autē arduitas magis exu- peret arduitatem,quàm charitas charitatem:illic eſt ma- ior bonitas.Si autem tantum adæquatè charitas exupe- ret charitatem quantum arduitatem arduitas:ęqualis eſt bonitas atq; meritũ,intelligo continuè exuperare in bo- nitate.

Ingratitudi- nis circunſtã- tia an aggra- uet.

¶Quartum dubium. An ingratitudinis circunſtantia aggrauet? Reſpondendum beneficium notum aut debi- tum noſci,aggrauat culpa:non autem ſecundùm benefi- cij ad beneficiũ proportionem:ſed obligationis ad ob- ligationem.Dico notũ,quoniam inuincibiliter ignotum non aggrauaret:ſic prædeſtinatio quæ eſt futuri benefi- cij propoſitum non aggrauat culpam in viatore inuin- cibiliter ignorante:ſecus vbi ſpecialiter reuelaretur. Dixi pariter, vel noſci debitum:nam ipſum ignorantia culpa- bili ignotum aggrauaret:quamuis non æqualiter cum ipſo cognito:illa enim ignorantia non à toto,ſed à tãto excuſat.Dixi non ſecundùm proportionem &c. Alias beneficium gratiæ infinitæ plus aggrauaret quàm ſani- tatis beneficium:cum infinitè excedat ipſum,aggraua- tur igitur in proportione qua dominus eum vult plus obligari:iuxta illud Gregorij in homilia: cum creſcunt dona,creſcunt rationes donorum; & vnuſquiſque ma-

gis humilis eſſe debet quantò ſe cognoſcit obligatiorem.ex quo innuit Gregorius,ex beneficio oriri obliga tionem:ſecundùm cuius proportionem aggrauatur cul pa,Circa quod tamen non modica emergit difficultas: qualiter ſcilicet propter huiuſmodi ſuſcepta ab aliquo me rè liberaliter beneficia aggrauatur offenſa in eum commiſſa:difficultatis motiuum eſt:quoniam qui merè liberaliter munus confert,non intendit ad retribuendum obligare ſuſcipientem:aliàs non merè liberaliter conferret:nõ eſt enim gratia quæ nõ gratis datur.igitur alter non quicquam retribuere obligatur:& per conſequens non ex beneficijs aggrauatur offenſa in datorem commiſſa:conſequentia patet,aggrauaretur ex retributionis omiſſione,ſed contrà:ad eum non tenetur. De virtute enim gratitudinis atq; ingratitudinis vitio,loquitur bea tus Thomas,quędam ponens non difficultate vacãtia, ſcilicet omnem ingratitudinem eſſe peccatum, & tamen ipſi ſuſcipienti non contrahi aliud debitum quàm mora lis honeſtatis:hoc enim debitum non videtur ſufficiens culpam cõſtituere:patet ex peccati definitione,eſt dictũ, factum,vel concupitum contra legem. Dicit ille doctor ar.j.q.cvj.re.ad.ij.Retributio proportiõalis ptinet ad iu ſtitiam diſtributiuam,quæ attenditur ſecundùm debitũ legale:puta ſi pacto firmetur vt tantum pro tanto retribuatur:ſed ad virtutem gratitudinis retributio pertinet: quæ fit ex ſolo debito honeſtatis, quo ſcilicet aliquis ſpõte facit:& tali quidem debito debet plus quàm acceperit reddere,inquit iſte doctor ibidem ar. vj.nam qui beneficium accepit,ad hoc obligatur ex debito honeſtatis, vt ſimiliter aliquid gratis impendat non autem videtur gratis aliquid impendere,niſi excedat quantitatem accepti beneficij:quia quandiu recõpẽſat minus,vel ęquale nõ videt̃ facere gratis:ſed redderet qđ accepit:& iõ gratiæ recõpenſatio ſemp̃ tendit,vt ꝓ ſuo poſſe aliqđ maius retribuat: & ſic alter iterum tenebitur iſti: & retribuẽdo tenebitur iterũ iſte illi:nec eſt incõueniẽs(inqt) obligationem gratitudinis eſſe interminabilem. Dicit inſuper ex beneficio triplex oriri debitum: ſcilicet co

Beneficiũ q accepit ad hoc obligatur ex hone

gnoſcere beneficiũ:cũ laude gratias agere: & loco atq; tẽpore retribuere. Præterea ibidẽ.q.cvij.ar.j.cõcludit ĩgratitudinẽ eẽ peccatũ,aſſignãs cauſam,ſcilicet qm̃ debitum gratitudinis,eſt quoddã debitũ honeſtatis quã virtus requirit:ex hoc aũt aliqd eſt peccatũ,quia repugnat v̓tuti: vñ inqt mãifeſtũ eſt ꝙ ois ingratitudoeſt pctm̃.Sed quale ſcilicetmortale,an veniale?Rñdet illic ar.iij.ingratus dicit̃ dupliciter:vno modo p ſolã omiſſionem,puta quia non recognoſcit,vel nõ laudat,vel nõ retribuit vices pro beneficio accepto: & hoc nõ ſemper eſt peccatũ mortale: nã debitũ gratitudinis eſt vt homo etiã aliquid ſpecialiter tribuat ad quod nõ tenetur:& iõ ſi illud prętermitit nõ peccat mortaliter,eſt tñ peccatũ veniale,quia hoc prouenit ex negligẽtia quadã,aut ex aliqua indiſpoſitiõe hominis ad virtutẽ.Alio mõ dicitur aliquis ingratus: quia nõ ſolũ prætermittit implere gratitudinis debitũ:ſed etiã cõtrariũ agit ſecũdùm aliquẽ illorũ trium graduũ:ſcilicet beneficiũ quaſi maleficiũ reputet:beneficium vituperet: aut mala pro bonis retribuat:& id quãdoq; eſt mortale,quãdoq; veniale:ſecũdùm cõditionẽ eius quod agit̃. Ingratitudo aũt quę ꝓuenit ex peccato mortali,habet perfectã ingratitudinis rationẽ:illa v̓ò quę ꝓuenit ex peccato veniali,impfectam habet,inquit,aliquid ingratitudinis inquãtũ peccatũ veniale tollit aliquẽ actũ virtutis p quẽ deo hõ obſequit̃.hęc ille doctor,quę nõ mihi videt̃ oĩa v̓a,neq; ſibijnuicẽ cohęrẽtia:iſta duo nõ cohęrẽt,ſcilicet eſſe ſolũ moralis honeſtatis.debitũ: & eẽ ſub pctõ obligationẽ:nã præciſẽ debitũ moralis hõeſtatis,eſt debitũ cõſilij atq; cõgruẽtię:& cõſtat ad ſoli⁹ cõſilij op⁹ nõ eſſe obligatıonẽ ſub peccato.Inualida eſt ei⁹ ratio dicẽtis oẽm ĩgratitudinẽ pctm̃:videlicet quia repugnat v̓tuti:cõſtat enim conſilij omiſſionẽ repugnare obſeruãtię cõſilij: quę tñ nõ eſt peccatũ:ſic pariter quod beneficij ſuſcepti retributio ſit virtus:nõ ſeqtur omiſſionẽ ei⁹ eẽ vitiũ:nõ tenetur eñ quiſquã meliori mõ quo poteſt.Prętereã nemo deberet ab alio beneficiũ ſuſcipere:patet nõ prodeſſet:ſed poti⁹;obeſſet:nã ęquales,aut mai⁹ retribuere obligaret̃, & pctõ ſe expõeret: qđ deteri⁹ eſt,ꝙ bonũ ſit

ſtatis debito, vt ſimiliter aliquid gratis impendat.

Ingrat⁹ dicitur dupliciter.

beneficiū. Amplī⁹ deteri⁹ atq; magis onerosum eſſet ali‑cui ſuſcipere rem dono, q̄ cōtractu obligatorio: prout mutuo vel huiuſmodi: nā in mutuo ſufficit ęqualēs redde‑re: & in dono ſecūdùm Tho. oportet maius retribue‑re. Inſuper ad Romanos xj. Iam gratia nō eſt gratia, ſcili‑cet tribuendo cū debito reddēdi ęqualens: nō enim me‑reretur doni nomē, ſed potius mutui. Pręterea in his po‑teſt cōferēs iuri ſuo cedere: ſcilicet nolte ei ęquiualēs re‑tribui ſaltē in vi doni quod addo: quoniā inſtāte caſu neceſſitatis tenetur ei ſuccurrere: id tamē non eſt vi doni: nā aliūde teneretur charitatis pręcepto. Pręterea nūq̄ qs vno peccato peccaret in deū quin pluribus diſtinctis, ſci‑licet pręter offenſam particularē ipſe peccaret ingratitudi‑ne. ¶ Quare videtur mihi iſtę duæ ꝑpoſitiones verę.

Beneſactori an aliquid re‑tribuere obli‑getur beneſi‑ciatus.

Ingratitudo aliqua quæ non eſt pec‑catum aggra‑uat peccatū.

PRIMA PROPOSITIO.

¶ In mero dono nō obligat̄ ſub pctō beneficiatus do‑nāti vi doni reddere ęquiualens, aut maius: patet, dato oppoſito illud nō eſſet merū donū, ſeu liberalis donatio.

¶ Secūda ꝑpoſitio. Vbi nō eſſet merū donū: ſed expreſſē vel tacitē pactū includeret: tenetur beneficiat⁹ retribuere ſecūdùm pacti cōditionē: prout ſi ea cōditione rē ſuam quis tribueret, vt in ſimili caſu, tempore & loco ei repen‑derētur vices: & iſte hac pactione tacita vel expreſſa rem ſuſciperet, obligaretur: nō aūt vi doni, ſed pacti.

¶ Tertia ꝑpoſitio. Quāuis mera ingratitudo omiſſiua nō ſit peccatū, ſtat tamē peccatū aliūde ꝓhibitū aggraua‑ri ingratitudine: nō enim oē quod culpā aggrauat eſt pec‑catū, ꝑut ſciētia eminētia ſtat⁹, & cętera: & ſic cuiuſcūq; generis offenſa in benefactorē commiſſa appellari poteſt ingratitudinis peccatū: nā per hoc aggrauatur. ſic igitur quoddā eſt veniale, quoddā mortale: aliūde enim ſumit fundamētū malitię, quàm ex beneficio: eo tamē aggraua‑tur. Hinc bene dicit altiſſiodorēſis in iiij. de pœnitē. quę‑ſtio. de ingratitudine. Ingratitudinē eſſe gñale vitiū. Exē‑pli gratia. qui patitur recidiuū per fornicationē, nō facit duo peccata: imo, inquit iſte doctor, ingratitudo in illo idē eſt, quòd fornicatio: ſed dicitur ingratitudo cōpara‑tione ad circunſtātiā cauſæ: nec valet iſta argumētatio:

iſte eſt vituperabilis,quia fornicator, & eſt vituperabilis, quia ingratus:ergo duo ſunt peccata : ſicut non ſequitur eſt vituperabilis, quia fornicator,& vituperabilis, quia trãſgreſſor:ergo fornicatio & tranſgreſſio duo ſunt pctã.

Circũſtantia materiæ ex quibus ſit debita aut indebita.

CIrcunſtãtia materiæ ex qua generica bonitas,aut malitia,aut indifferẽtia ſumitur, efficitur debita, vel indebita,ſecundũ quòd ſub iure præcipiẽte,vel prohibẽte,approbãte,aut reprobãte cadit. Cuius quãtitas,aut alia cõditio ſpeciẽ actus nonnunquã mutat,quãdoque genus moris,quãdoq; auget, vel minuit bonitatem, vel malitiã. Non quidem proportione quãtitatis ad quãtitatẽ,ſed rationis ad rationẽ. Eſtq; tripharia conſiderãda materiæ cõditio: videlicet mouẽs,adiacẽs,vel iformãs.

Materię cõditio trifariã cõſideranda.

RRIMVM NOTABILE.

¶Nuda materię pręceptę vel cõſultę volitio dicitur genericè bona:volitio nuda materię prohibitę eſt genericè mala:materię aũt nõ pręceptę aut cõſultę neq; prohibitę aut reprobatę volitio nuda eſt genericè indifferens.

Materię virtutis quantitas continua vel diſcreta an ſpeciẽ mutet.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Quantitas cõtinua,vel diſcreta ex parte materię quandoq; ſpeciẽ variat,quãdoq; genus,quãdoq; nõ egreſſa ſpeciem auget,vel minuit. Prima pars patet, variat obiecti rationẽ : arduę enim adminiſtrationis volitio,& volitio adminiſtrationis paruę, ſpecie differunt:ſic velle frequenter publicas gerere adminiſtrationes:velle rarò eas gerere:& ita in reliquis virtutũ aut vitiorũ materijs pro obiectis huiuſmodi cõditiones q̃titatis cõtinuę vel diſcretæ habentiũ. Ex hoc eñ patet cõia virtutũ, aut vitiorũ nomina,nõ ſpecies ſpecialiſſimas eſſe,ſed ſubalternas:velle multum furari:velle paucũ furari, ſunt actus furti ſpecie differẽtes. Secundã cõcluſionis partẽ oſtẽdo, de generis in genus permutatione:nã quãdoq; omnino actũ vitiat: aliâs bonũ,vel efficit bonũ actũ :aliâs malũ : poteſt enim creſcere cibus:vſq; ad vſus deprauationem:poteſtq; vſq; vitium inſenſibilitatis decreſcere.Tertiã partem iam probo,videlicet q̃ huiuſmodi quantitas pariter augeat, vel

Virtutũ atq; vitiorũ conſueta nomina non ſunt ſpecies ſpecialiſsimæ.

minuat,actum reddit magis, vel minus rationi rectè conformem, vel difformem in ſe, vel comparatione ad perſonam operantem,deterius eſt velle furari multū, ꝙ paucum:cæteris alijs paribus:melius autem pauperibus vel le diſtribui multum,quàm paucum. Dixi cæteris alijs paribus: quoniam ex parte feruoris actus poteſt obiecti magnitudo recompenſari,ex parte pariter proportionis perſonæ operantis:tantùm enim proportionaliter eſt parum furari à paupere,quantum à diuite multum:tantum proportionaliter pauperi eſt dare in pios vſus paucum, quantum diuiti multum; quare contingere poteſt tam grauiter delinquere furantem paucum à paupere, quàm grauiter à diuite ſurripientem multum: & tam laudabile pauperi paucum in pios vſus diſtribuere, quàm laudabile diuiti multum.

Domin⁹ laudauit vetulā quæ mnam in gazophylacium obtulit: inſpicit enim potius voluntatē, ꝙ mun⁹.

¶Secunda concluſio,Non fit augmentum ſecundū ꝙtitatum proportionem, etiam cæteris alijs ex parte perſonarum paribus:patet,quoniam quamuis dupletur obiectum:non tamen duplantur omnia,ex quibus oritur malitia:ex conatu enim prouenit malitia, ex obligatione,& alijs quæ non duplantur,eſtꝙ actus diſtinctior vnius, ꝙ plurium: & paucorum ꝙ multorum: & non duplatur huiuſmodi particularizatio,quæ tamē aggrauat:imò minuitur:nam quantò actus eſt multorum,eſt indiſtinctior atque confuſior: ſi enim volens furari duos nummos in duplo grauius peccaret,ꝙ volens furari vnum: & volēs furari quatuor in duplo grauius, ꝙ volens furari duos: & ſic ſine ſtatu aſcendendo :volens infinitos furari nummos infinitè grauiter delinqueret,quod non eſt dicendū.

Materię magnitudo nō addit ſecūdū proportionē quātitatis ad quātitatem.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primū, volitio furandi duos non æquatur in malitia duab⁹ particularib⁹ volitionib⁹ furādi hūc,& furādi iſtū: nec volitio ieiunandi duob⁹ dieb⁹ æquatur volitionib⁹ huius diei:& illius:nec ſi volitio in capite quadrageſimę ieiunādi totā quadrageſimā particularibus dierum ieiunabilium volitionibus æquatur.

Circunſtātia numeralis,

¶Secundum corollarium. Quamuis obiecti offenſi bonitas,atqꝫ perfectio aggrauet:non tamen in proportione

aut bonitas obiecti offenſi,aut propinquitatis eius aut difficulta

tis, & huiuſmodi dupla ta, non duplat grauitatem. bonitatis ad bonitatem: eſt enim graue aliquem offendere: & offendere in duplo meliorē grauiꝰ: & in triplo meliorē grauius: & ſic ſine ſtatu: non autē proportione perfectionis ad perfectionē: aliter infinitę malitię eſſet offenſa in deū qui infinitæ bonitatis atque perfectionis eſt. Non enī omnia ex quibus contrahitur malitia ibi duplātur.

¶ Tertium corollarium. Ordine diligendorum propinquitas bonitatem auget, vel minuit atq; malitiam: non tamen oportet proportione propinquitatū eam creſcere, vel decreſcere: benefactoris odium eſt graue: non tamen dupli benefactoris odium oportet eſſe duplo grauius: nec odium conſanguinei in duplo propinquioris duplum odio ſub dupli conſanguinei: grauius delinquit omittens indigenti ſubuenire meliori: non autem proportione bonitatis ad bonitatem: intellige cætera paria: vbi enim ſciretur malus cum mortali deceſſurus, & bonus cum gratia, eſſet præferendus malus: nam mali magis diligenda eſt anima, q̄ corpus boni: & vitanda eius mors æterna, quàm boni mors corporalis.

¶ Quartum corollarium. Difficultas ex parte obiecti auget bonitatem: non autem proportione difficultatis ad difficultatem, ſcilicet quòd operis in duplo difficilioris ſit per hoc actus in duplo melior, idem difficultante ex parte operantis paſſione, aut tentatione à bono retrahente opus redditur melius: ſed non duplæ bonitatis per duplatam paſsionem, vel tentationem.

Materia eadē diuerſis rationibus cōſiderata, eſt diuerſarum virtutū atq; vitiorum.

¶ Dubium. An contingat idem eſſe diuerſarū virtutum, aut vitiorum materiam? Reſpondeo quod ſic, ſecundùm varias conditiones quæ mouere, vel circunſtare, vel informare poſſunt. Queadmodum enim idē ſecūdùm varias conditiones conſideratum, ad ſcientias ſpectat diuerſas & artes, ſic & ad diuerſas virtutēs aut vitia. Exempli gratia, poteſt Bertha conſiderari vt vxor: aut indigēs, aut delinquens, aut venalis: & ſic de innumeris conditionibꝰ ad varias virtutes ſpectātibus: vt vxor, eſt ipſius actus coniugalis materia; vt indigens, eſt materia actus miſericosdiæ, vt delinquens, actus iuſtitiæ coerciuæ: vt venalis, actus iuſtitiæ commutatiuæ &c. Et dupliciter

actus poteſt propter huiuſmodi conditionem eſſe certæ ſpeciei virtutis, aut vitij, ſcilicet intrinſecè, & extrinſecè, (intelligendo obiectiue) intriuſecè quidem, qui pro obiecto huiuſmodi conditionem habet, à qua ſumitur ſpecies: prout volo cognoſcere Bertham meam: volo ſubuenire Berthæ indigenti: volo corrigere Bertham delinquẽtem &c. Extrinſecè autẽ qui talem conditionem non habet pro obiecto in quo tamen eſt huiuſmodi conditio: ſed actui extrinſeca. Exempli gratia, conſideratis illis conditionibus, volo Bertham cognoſcere; volo ſubuenire Berthæ, &c. non neceſsitatur voluntas illas conditiones oſtenſas pro ſuorum actuum obiectis aſſumere: in ſorte enim ſciente Bertham eſſe ſuam: hic actus nõ eſt vitioſus, volo cognoſcere Berrham, non habens aliud pro obiecto qui ante coniugium vitioſus erat. Fateor (ſorte ſic libidine inuoluto volente cognoſcere Bertham tanq̃ nõ ſuam, ſciente tamen eſſe ſuam) actus ille vitiaretur propter repugnantem conditionem in obiecto clauſam.

Circunſtantia loci ex ſpeciali præcepto, aut prohibitione, ædificatione, vel ſcandalo, commodo, vel detrimento efficitur debita, vel indebita, quæ non modò informans, verumetiam adiacens actum modificare poteſt in bonitate, vel malitia, omninò immutando, vel augendo, vel minuendo. Circunſtãtia loci ex quib⁹ fiat debita vł indebita.

PRIMVM NOTABILE.

¶Quædam opera certo loco fieri præcipiuntur, quædã certo loco fieri prohibentur: certo loco quædam facta ædificant, quæ alibi non ædificarent: quædam certo loco ſcandalizant, quæ alio non: certo loco dormire, aut habitare, aut aliud exercere ſanitatem, vel aliam commoditatem affert, alibi autem obeſt.

¶Secundum notabile. Quibuſdam dicere placet circunſtantiam loci adiacentem non immutare ipſius actus bonitatem vel malitiam, informantem ſic. Exempli gratia, volitio furti elicita à ſorte exiſtente in eccleſia, nõ eſt grauior, quàm ab eo extra eccleſiam elicita: iſta autem volitio, volo furari in eccleſia habens pro obiecto eccleſiam Circũſtantia loci adiacẽs an aliquid cõferat.

eſt altera grauior: & æquè grauis in eccleſia, vt extra eccleſiā elicita: dico poſitionem illam (quicquid ſit de hoc exemplo) falſam: vt ſtatim patebit.

PRIMA CONCLVSIO.

Vitiū in eccleſia patratum grauius eſt, quàm ſi extra eccleſiā fiat.

¶Circunſtantia loci adiacens non informans quandoq; vitiat actum vel aggrauat oſtendo, ſorte in eccleſia fornicante eliciente hunc actum, volo fornicari nō habentē locum pro obiecto, vitium eſt grauius quàm extra eccleſiam patratum: cùm ſiat maior deo irreuerentia propter loci dedicationem ad ſacrorum & virtutum opera: idem dico de illic occidente, vel illic furante conſiderante locum eſſe ſacrum: non tamen eum pro obiecto actus voluntatis aſſumente: tum etiam locus operi purè adiacens poteſt eſſe ſcādalizatiu⁹, aut aliter detrimētoſus, put viro eccleſiaſtico in lupanari comedere, vel bibere, aut alio loco ſuſpecto quid aliud exercere, illic enim ex conditione loci non obiectum actus ingrediente vitiatur actus. ¶Secunda concluſio. Quemadmodum actus in loco elicitus locum pro obiecto non habens, vitiatur, vel aggrauatur loci circunſtantia: ſic actus extra locum elicitus, locum illum pro obiecto habens, vitiatur, vel aggrauatur ab eo. ¶Prima pars patuit: ſecundam partem oſtendo, quandoque certo operi determinatus locus prohibetur, ſorte enim extra eccleſiam exiſtente volente ducere in eccleſia choream: aut illic cognoſcere ſuā, vitiatur actus: & eodem volente furari in eccleſia aggrauatur volitio furari. ¶An autē iſta volitio, volo furari ſit ęquè grauis elicita in eccl'ia, & extra: pariter hęc, volo furari in eccl'ia ſit ęquè grauis elicita in eccl'ia, & extra: earū em̄ vtrāq; pono ſine operis exterioris executiōe. Eadē eſt de quocūq; alio actu inexteriori malo queſtio, an p circūſtātiā loci ſacri purè adiacentē aggrauet? Non eſt em̄ dubium poſſe eū aliūde aggrauari. Exempli gratia, vbi eſſet impeditiuus operis ad quod pro tūc illic eſſet obligatio, quinimò & opus indifferēs illo modo vitiari contingeret. Reſpondeo, peccatū etiam interius in eccleſia cōmiſſum aggrauari poſſe illius loci circunſtantia: tum primò, habet retractiui à malo conditionem, atq; conuerſiui

Peccatum interius in eccleſia cōmiſſum aggrauatur ex loci circunſtantia.

ad Deum: & prout à circunſtantia impellente ad malum alleuiatur malitia: ſic a circunſtantia retrahente aggraua-tur: tum etiam, propter ſpecialem loci dedicationem ad ſacra & virtutũ opera, fit deo maior irreuerentia: nõ em̃ talis fit deo irreuerentia per reatũ, qualis per noui peccati commiſsionẽ, ſic igitur ad quęſtionẽ quandam, de pecca tore hoſtiam ſacram reſpiciente, non aggrauatur peccati aliâs commiſsi reatus: tunc autem interius commiſsi ma litia aggrauari poſſet propter retractiuum pręſens, aut ſpecialem irreuerentiam.

¶ Primum dubium. An per loci circunſtantiã pariter au-geatur operis illic debiti bonitas: dico illic debiti; ſecus de alijs: habetur enim in eccleſijs, benedicite Deo. Pſal. lxvij. & primo ad Thimothęum tertio. Volo in eccleſia orationes fieri. Et Eſaiæ. lvj. quod Iohannis ſecundo ha-betur. Domus mea domus orationis vocabitur. Videtur igitur affirmatiuẽ reſpondendum, tum etiam maior ope ris decentia bonitatem adauget: electio autem loci ſecun dũ Dei inſtitutionem auget decentiam, igitur & boni-tatem cæteris alijs paribus: q' addo, qm̃ (inſtante cauſa prout neceſsitate, vel grãdi vtilitate) poſſet opus alibi fa ctum eſſe æquẽ vel magis laudabile: eſt itaq; deus vbiq; & cuicunq; realiter præſens. Dicit enim beatus Thomas ſecunda ſecundæ. q. lxxxiij. ar. iij. determinatus locus eli gitur ad adorandum non propter Deum, qui adoratur, quaſi loco concludatur: ſed propter ipſos adorantes. Et hoc triplici ratione, primò quidẽ, propter loci cõſecratio-nẽ ex qua ſpiritalẽ deuotionẽ cõcipiunt adorãtes, vt ma-gis exaudiãtur, vt patet de adoratione Salomonis. iij. re. viij. Secundò propter ſacra myſteria & alia ſanctitatis ſi-gna, quæ ibi continentur. Tertiò, propter concurſum multorum adorantium ex quo fit adoratio magis exau-dibilis, ſecundùm illud Matthæi decimooctauo. Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum. De decentia autem adorationis ad locum determinatum fiebat in veteri teſtamento ado-ratio verſus occidentem: nam oſtium tabernaculi reſpi-ciebat ad orientem, Exodi. xxvj. ſed nunc, inquit beatus

Locus eligi-tur ad adorã dum quę vti litas.

Adoratio in teſtamẽto ve teri fiebat ver ſus occiden-tem.

Thomas, ſecundùm quandã decentiam adoramus verſus orientem. Primò quidem propter diuinæ maieſtatis iudicium, quod nobis manifeſtatur ex motu cœli qui eſt ab oriente. Secundò propter paradiſum in oriēte conſtitutam: vt legitur Gene. 2. ſecundùm literam ſeptnaginta interpretum, quaſi quæramus ad paradiſum redire. Tertiò, propter Chriſtum, qui eſt lux mūdi, & oriens nominatur Zachariæ. 6. etiam ab oriente venturus expectatur. Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vſq; ad occidentem, ita erit & aduētus filij hominis. Hæc ille.

Circunſtātia boni loci an quandoq; uitiet opus.

¶ Secundum dubium. An contingat operationem de genere bonorum circunſtantia boni loci vitiari? ¶ Reſpondeo q; ſic. Multa em̄, vt ſupra dixi, de genere bonorum opera non illic debitè veniunt exercenda: prout debiti coniugalis redditio: & alia multa, quorum immunitate, id eſt, libertate gaudet eccleſia. Extra enim certos caſus non iuſte extrahitur malefactor ad eccleſiam confugiens.

Eccleſia gaudet multorū immunitate.

Quæ pariter in eccleſia ſunt poſita, non ſunt vi, vel furto auferenda: aliàs ſacrilegium committitur. Nec placita ſecularia maximè in caſu ſanguinis ſunt in ea facienda, nec parlamenta, aut negotiationes potiſsimè nundinarum, nec ſtrepitus iudiciorum ſæcularium, nec theatrales ludi cum laruis, & huiuſmodi inhoneſtis: ſecus de repræſentationibus ad deuotionem inducentibus, prout eſſet Chriſti natiuitas, & huiuſmodi. Illa igitur fieri in eccleſia iure prohibentur. Quorundam enim generum actibus in eccleſia patratis, violatur eccleſia: & reconciliatione opus eſt: prout homicidio, adulterio, ſepultura excōmunicati, & conſecratione eius ab epiſcopo publicè excommunicato. Ex homicidio quidem, vel enormi ſanguinis effuſione facta illìc mala voluntate: ſecus de leui ex naribus, vel vnguibus, aut ſine mala voluntate caſu lapidis occiditur homo, aut à demente, aut extra eccleſiã accipiens vulnus, in eccleſia moratur. Adulterio pariter, aut alia ſeminis deciſione voluntariè procurata, ſiue pollutione, ſiue cum altera perſona aliena, vel ſua: ita quòd per coniugalem actum polluitur eccleſia. Hæc, inquàm, ob Dei & ſacrorum reuerentiam inſtituit eccleſia. Locus enim

enim ille potiſsimè ad ſacramentorum exercitium ad adorandum,ad orandum,& ad euangelizandũ deputa- tur:qui autem alijs vſibus eam applicant reprehendun- tur.Lucæ xix.Domus mea, domus orationis vocabi- tur.Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronũ:& pſal. v. Ego autẽ in multitudine miſericordiæ tuæ intro- ibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum in timore tuo.& pſalm.xcij. Domum tuam decet ſancti- tudo Domine in longitudinem dierum.Ex quo verbo Gregorius.x.in generali concilio Lugdunenſi: vt habe- tur de immunitate eccleſiarum libro.vj.cap.decet,inquit decet domum Domini ſanctitudo:decet,vt cuius in pa- ce factus eſt locus eius cultus ſit cum debita veneratio- ne pacificus, ſit itaq; ad eccleſias humilis & deuotus in- greſſus:ſit in eis quieta conuerſatio,deo grata, inſpicien- tibus placita,quæ conſiderantes non ſolùm inſtruat,ſed & reficiat.Conuenientes ibidem nomen illud quod eſt ſuper omne nomen,à quo aliud ſub cœlo non eſt datũ hominibus in quo ſaluos fieri credentes oporteat:nomẽ ſ.Ieſu Chriſti,qui ſaluum faciet populum ſuum à pecca- tis eorum exhibitione reuerentiæ ſpecialis attollant:& quod generaliter ſcribitur, vt in nomine Ieſu omne ge- nu flectatur ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes præ- cipuè dum aguntur miſſarum ſacra myſteria: glorioſum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genua cordis,quod vel capitis inclinatione teſtentur: attendã- tur in locis eiſdem intentis præcordijs ſacra ſolennia: de uotis orationibus inſiſtatur.Nullus in locis eiſdem qui- bus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari ſeditio- nem excitet,conclamationem moueat, impetumve cõ- mittat.Ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum quarũlibet conſilia, conciones,& publica parlamenta, ceſſent vana & multò fortius fœda & prophana collo- quia:ceſſent cõfabulatiões quælibet.Sint poſtremò quæ- cunq; alia,quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere ab ipſis prorſus ex- tranea:ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda,ibi pec- candi detur occaſio;aut deprehendantur peccata con-

Eccleſia ad quæ deputa tur opera.

mittit: ceſſent in eccleſijs, earumq́ cimiterijs negociatio-nes, & precipuè nundinarum ac fori cuiuſcunq́ tumult⁹ omnis in eis ſecularium iudiciorum ſtrepitus conquieſ-cat. Nulla inibi per laicos cauſſa criminalis agitetur, ſint loca eadē à laicorū cognitiōib⁹ aliena. Ordinarij locorū hoc faciant obſeruari: ſuadenda ſuadeant: interdicta hu-ius canonis autoritate compeſcant: ad hoc alios etiam in eccleſijs ipſis magis aſſiduos, & ad præmiſſa idoneos deputando: & nihilominus proceſſus iudicum ſecula-rium, ac ſpecialiter prolatę ſententię, in eiſdē locis omni careant robore firmitatis: qui verò inhibitiones præmiſ-ſas animo petulanti contempſerint, præter proceſſum or-dinariorum & deputandorum ab ipſis diuinæ vltionis, & noſtræ poterunt acrimoniam formidare, donec ſuum confeſſi reatum à ſimilibus firmato propoſito delibera-uerint abſtinere. Hæc ibi profectò pulchra & diligentí cura obſeruanda, vbi dicit quædam gloſſa illam de pro-ceſſibus iudicum ſecularium nullitatem non extendi ad illos actus cùm ſit pœnalis: ita inquit, alij contractus ibi facti tenent: ſed contrahentes peccant mortaliter: alia ve-rò gloſſæ additio illic habet contrahētes peccare, tamen an mortaliter peccent non determinat.

Circunſtātia temporis.

Duplici habitudine circunſtantia temporis con-ſiderari poteſt ad actum, videlicet menſuratio-nis, & rerum menſuratarum. Prima quidem eſt continuationis actus. Secunda autem eſt certæ con-ditionis rerum in tempore exiſtentium habitudo. Ad primum itaq́; genus ſpectant, continuatio, mora, atq́; frequentia: quibus tam adiacentibus, quàm informanti-bus bonitas accreſcit vel malitia.

NOTABILE.

¶ Duo erunt hic articuli iuxta duplicē illā circunſtātię tē-poris habitudinē. Quātum ad primū de continuatione tria intēdo examinare pūcta. Primū de actu, aliâs boni, vel mali cōtinuatiōe. Secūdū de cōtinuatiōe atq́ mora actus vel motus, non aliâs boni, vel mali, ſcilicet nō bo

ni vel mali circunſcripta mora. Tertium de freq̄uētia aut conſuetudine, an ſola augeat malitiam vel bonitatem. Continuatio nis actus opi niões variæ.

¶ Quò ad primum punctum. Circa actus continuatio nem, grandis eſt difficultas ad vitandam meriti vel demeriti infinitatem, ſi ponatur actus per certum tempus liberè continuari: nam pro aliquo inſtanti intrinſeco actus liberè tunc conſeruatus eſt certi meriti aut demeriti: infinita autem ſunt inſtantia intrinſeca, pro quorū quolibet actus erit æqualis meriti cum inſtanti illo ſignato: igitur tota collectiuè continuatio, aut libera conſeruatio per omnia illa inſtantia infiniti erit meriti aut demeriti, tum etiam libera actus conſeruatio inſtantanea eſt certi meriti vel demeriti: & quælibet continuatio per aliquam partium proportionalium illius temporis (quæ ſunt infinitæ) eſt maioris meriti, vel demeriti, quàm inſtantanea conſeruatio: igitur tota continuatio libera per omnes partes illas proportionales, ſeu per totum illud tempus infiniti erit meriti, vel demeriti. ¶ Ad euacuandam hanc difficultatem varij fuerunt modi dicendi de actus voluntatis continuatione. Vnus qnod nullus voluntatis actus inſtantaneè elicitus continuatur liberè per tempus aliquod: ſed per certa inſtantia interſcalariter, liberè cōſeruatur. ita igitur actus inſtantaneè elicitus cōtinuabitur naturaliter per certum tempus, quo elapſo poterit voluntas in inſtanti terminante liberè deſiſtere, à quo ſi pro tūc non deſiſtat, iterum poſt hoc inſtans naturaliter per tantum temporis vt prius continuabitur: in cuius inſtanti terminato iterum eius conſeruatio erit libera: à qua ſi pro tunc non deſiſtatur, iterum poſt illud inſtans naturaliter vt prius continuabitur. Hic modus non videtur experientiæ aut rationi inniti: ſed potius ad euadendā meriti, vel demeriti infinitatem confictus: non enim habet illius interſcalaritatis experiētia: nec ad hāc, ratio: qua ſ. poſt debitā eius cōſeruationē naturalē, ſi aliquā talē requirat, cur iterū factus liber ad naturalē rediret cōtinuationē: ꝙ eū poſt elicitionē duret, hocq; ex natura rei pmanētis accidit, quæ nō fit vt rapti trāſeat. Et ad iſtud nō requirĕ ille interſcalaris ad naturalē cōtinuationē reditus.

Varij dicēdi modi de actus voluntatis continuatione.

Alius eſt dicendi modus, quòd actus inſtantaneè elicit⁹ neceſſario continuatur per tempus: per nullum tamē tēpus neceſſariò continuatur, ita quòd pro quocunq; inſtanti futuro poterit à toto illo actu deſiſtere: immediatè igitur poſt hoc poterit totum actum reſecare: & nō poterit eum immediatè poſt hoc reſecare. Hic modus non videtur infinitam meriti aut demeriti euadere: nam actus per certum tempus continuatus erit pro quolibet illius temporis inſtanti iutrinſeco liber: cùm pro quolibet illi⁹ temporis inſtanti poterit voluntas totum illum actum reſecare. Per omnia igitur illa inſtantia erit infiniti meriti vel demeriti : pariter & per omnes partes proportionales, vt ſuprà deducebatur. Alius eſt modus dicēdi, aſſumens pro fundamento rem permanentem poſſe inſtātaneè produci: non tamen inſtantaneè corrūpi : quoniā ſ. ſuæ corruptioni reſiſtit: & non ſuæ productioni: quare oportet eam ſucceſſiuè corrūpi: ſic igitur nulla actus cōſeruatio inſtantanea poſt inſtantaneam elicitionem erit meritoria, aut demeritoria: cùm nequeat voluntas inſtātaneè ab actu deſiſtere qui ſucceſſiuè habet corrumpi: poterit quidem immediatè poſt ſuam elicitionem inſtantaneam ſucceſſiuè corrumpi: ſic quòq immediatè poſt hoc aliquid corruptum erit, & aliquid corrumpendum: quādiu tamen erit gradus corrumpendus erit tunc liber. Hic modus pariter non euacuat omnino dubium, & argumenti vigorem quo ad partes temporis proportionales: nam alicuius actus per certum tempus liberè continuati in qualibet partium proportionalium illius temporis eſt continuatio magis meritoria, vel demeritoria, quàm libera elicitio inſtantanea ſaltem non minus: cùm maior ſit tēporis, quàm inſtantis duratio : igitur & cætera. illæ autem partes proportionales ſunt infinitæ: igitur tota continuatio infiniti erit meriti vel demeriti. Alius poteſt ſuperaddi modus, ſcilicet quòd nec in inſtāti, nec in quantulocunque tempore poteſt voluntas actum reſecare: ſed certum tempus requiritur: & ad actum intenſiorem maius tempus, pro ſucceſſiua corruptione: & quemadmodum inſtantanea conſeruatio (quia nequit

pro tunc deſiſtere)non ad nouum meritum, vel demeritum ordinat:ſic nec cōſeruatio pro tãpore maiori, quàm ad ſucceſſiuam eius corruptionem requiratur:ita igitur, quòd totius actus conſeruatio non eſt meritoria,aut demeritoria,niſi pro menſura pro qua poteſt à toto illo actu vſq; ad non gradum deſiſtere,vel quantum illius poteſt reſecare:& conſtat non eſſe infinita huiuſmodi tempora:remoue ęqualia illi minimo quod ſic, vel maximo quod non ęqualia:quare nec infiniti meriti,vel demeriti erit totius actus continuatio:dixit,vt quantum illi⁹ act⁹ voluntas poteſt reſecare:quia quãuis detur minimũ qđ ſic,vel maximũ quod nõ ad totalem actus remiſſionem vſq; ad non gradum remiſſionis:poteſt tamen in quãtocunq; paruo tempore minuere actũ,& aliquẽ gradũ act⁹ auferre,quare quęcũq; actus integri mali ilicitì cõtinuatio etiã quãtulocũq; tẽpore eſt aliqualiter demeritoria.ſ. ſecũdùm mẽſurã gradus quẽ pro illo tẽpore voluntas liberè auferre poterat,& ita de merito.Dico igitur poteſt volũtas dupliciter poſt inſtans elicitionis ſe habere:vno mõ cõtinuans actũ integrũ:alio modo liberè remittens eum ſucceſſiuè.Primo modo dupliciter,vno modo,actũ cõtinuans integrũ per tempus minimum ſufficiẽs ad omnimodam corruptionem:& ſic ęquatur elicitioni inſtãtaneę.Alio mõ per tẽpus mimus illo, & minus bona eſt proportionaliter,quàm inſtantanea elicitio.Secundo autem modo etiam dupliciť,vno mõ remitiẽs quãtũ ꝓ illo tẽpore remittere põt:& ſic nõ cõputať ad meritũ vel demeritũ grad⁹ remanẽs:alio mõ,remittẽs minus ꝙ põt: & iſto mõ cõputatur ad meritũ vel demeritũ portio derelicta,quã liberè reſecare poterat.Pono eñ actũ aliquẽ cõtinuari ꝑ tẽpus minimũ ſufficiẽs,& ꝑ dimidiũ tẽporis. Fortè reſpõdebis cùm ꝑ illud dimidium tẽports potuerit auferre ſucceſſiuè dimidiũ actus:& nõ abſtulit,cõputabitur ad dimidiũ meriti vel demẽriti cõtinuationis tẽporis minimi.Cõtrà ſi ſubduplus actus liberè per ſubduplum tẽpus cõtinuatus eſſet ſubdupli meriti,vel demeriti,ſeqť ꝙ ſubduplus actu s ꝑ tp̃s totũ minimũ cõtinuatus eſſet meriti vel demeriti ęqualis toti actui ꝑ idẽ tẽpus cõtinua-

Dupliciť põt volũtas ſe habere poſt inſtans elicitionis.

to:& ita non plus mereretur actum intenſum continuãs per horam,quàm ſolum actum ſubduplum per eandem horam cõtinuans. Dico igitur ſubduplum actum per tẽpus æquale toti continuatum eſſe ſubdupli meriti: quare & actum eundẽ .ſ. ſubduplũ per ſubduplum tẽporis continuatũ eſſe ſubquadrupli meriti:& cùm totus actus vltra ſuum tempus continuatus per dimidium temporis ſit vt ſubduplus actus per illud dimidiũ cõtinuatus:igitur totius continuatio per illud dimidiũ erit ſubquadrupli meriti ad meritũ totius per ſuũ tempus æquatũ cõtinuati.Dices pro illo dimidio temporis vterq; graduum dimidiorum totius eſt liber:patet,vtrũq; potens eſt volũtas reſecare,cùm non ſit rõ de vno potior,q̃ de alio: ſed cõtinuatio vnius graduũ pro illo dimidio temporis, eſt ſubquadrupla ad meritũ per tempus totius per tempus ei æquatum:igitur amborũ graduũ cõtinuatio per iſtud dimidium temporis erit ſubdupli meriti ad totius cõtinuationem per ſuum tempus adæquatũ.Reſpondeo ꝓ illo dimidio temporis ad auferẽdos illos duos grad⁹ dimidios,eſt libertas ſolùm diſiũctionis, & non copulationis,hoc eſt,poteſt per illud tempus reſecare vnũ dimidiorum graduum,& nõ ambos copulatim:quare reputandũ eſt,prout de vno dimidio ſolitario,per illud dimidiũ tẽporis continuatio:vtriq; igitur illorum dimidiorũ graduũ pro dimidio tẽporis cõtinuatorũ cõdiſtinguẽdo ſuã bonitatẽ,vel malitiã,vterq; erit ſuboctupli meriti ad meritũ tot i⁹ ꝓ ſuũ integrũ tẽp⁹ cõtinuati,& ãbo ſe habẽtes,vt vn⁹ dimidi⁹ ſolitari⁹,sũt ſimul meriti ſubdupli ad meritũ toti⁹ ꝓ tẽp⁹ ſuũ integrũ cõtinuati:cõtinuatio libera addit malitiã eiuſdẽ ſpeciei cũ malitia elicitionis, quãtũ eſt ex hoc:quare act⁹ eliciti grauioris cõtinuatio ẽ grauior cęteris alijs parib⁹.Phyſicas calculatiões hic applicare poſſem:de quibus li.ij.de cauſsis ſermonem feci.

¶Sequunt̃ corollaria.Primũ differt libera corruptio vel remiſſio actus liberi nõ libera:nã iſta nõ ſic determinatur tẽpore,qualiter illa:act⁹ eñ liber põt corrũpi, vel remitti non liberẽ,patet ꝑ naturalẽ cognitiõis obiecti ablationẽ,aufertur volũtatis act⁹;nec in hac corruptione obſer-

uatur precedens determinati tẽporis ſucceſſio: ſic ponẽdo ab habitu gratiæ actum augeri: eliciatur nunc actus bon⁹: & immediate poſt hoc ſucceſſiuè eliciatur voltrio furti: dico illius actus gradus quem ſuperaddebat gratia durat ſolùm inſtantaneè: nec immediatè poſt hoc erit aliquid eius: quare illo modo in eius corruptione non erit ſucceſſio: & hoc accidit: quoniam corrumpit̃ per inſtantaneã alicuius ſubtractionẽ ad eius cõſeruationẽ requiſiti.

¶Secundũ corollariũ. Appellando actum pro certo tempore liberũ illum quem voluntas poteſt pro illo tẽpore omnino vſq; ad nõ gradũ reſecare, aliquis actus eſt pro certo tẽpore nõ liber, cui⁹ vterq; dimidius gradus eſt ꝓ illo tẽpore liber: patet: actus pro minimo tẽpore ad ei⁹ liberã reſecationẽ ſufficiẽte liber eſt: nõ liber, ꝓ illi⁹ tẽporis medietate ꝓ qua vterq; grad⁹ ei⁹ dimidi⁹ eſt liber: ſic ille ꝓ aliquo tẽpore eſt liber: & ꝓ nulla illius tẽporis parte, eſt liber, hoc modo de libertate loquẽdo.

¶Tertium corollarium. Penes ſupradictum modum de actus continuatione, contingit aliquem per certum tempus ex ſua culpa eſſe extra ſtatũ ſalutis ei poſſibilem, etiã cũ pleno rationis vſu: patet, vbi inſtãtaneè elicit odiũ dei & velle peccaſſe: ſi c poſt hoc inſtãs p certũ tẽpus fiet impotẽs pœnitere ꝓpter deũ: nã per certũ temp⁹ erit impotens diligere deum, & impotens nolle peccaſſe: patet, nequit impedire quin immediatè poſt hoc erit aliquis gradus odij dei, & volitionis peccati. intelligẽdo etiã de gradu libero, gradui autẽ libero odij dei, aut volitionis peccati eſt incõpoſſibilis act⁹ cõtrari⁹ liber: q enim cũ culpa mortali dormit, aut in demẽtiã, vel ebrietatẽ cadit, redditur pro tũc impotẽs ad ſalutẽ. Poſſet enim dici eſſe illi ſalutis remedium. ſ. dolendo nõ poſſe ſubitò illos act⁹ reſecare: ſed pone elicuiſſe in inſtanti actũ cõtrariũ ſ. nolo ſubito illos actus reſecare. Reſpõdeo quotquot ãctus ponas in illo inſtanti elicitos, poteſt voluntas poſt illud inſtans elicere actum reflexum ſuper eos: quo ſciliect velit atq; deſideret poſſe ſubitò illos reſecare: & iſte ſufficit ad peccatorum remiſſionem; cùm liberè faciat

quod in ſe eſt: ſic enim eſſet cōcedendū ſortè eſſe in gratia & liberè odire deū: liberè qdē libertate diſiunctiōis q̄ iſtū, vel illū gradū odij potēs eſt ꝓ tūc reſecare, & nō ambos. verificabile tñ aliūde videretꝰ corollariū: ſcilicet vbi ꝑ cauſæ naturalis impedimētū impoſſibilitaretur, ꝓ tunc quis habere cognitionē atq; aduertētiā ad huiuſmodi actꝰ voluntatis reflexos requiſitā: profectò q facit pctm̄, ſeruꝰ eſt peccati. ab huiuſmodi ſeruitute & periculis nos liberet miſericors dominꝰ. Hęc igitur de primo pūcto ſufficiāt, ſcilicet de cōtinuatione actus aliàs boni vel mali.

Mora ſola, an vitiet actū aliàs non vitioſum?

¶ Quò ad ſecundum punctū, ſcilicet de mora. Dico ſolā morā, omni alio circūſcripto, non vitiare actū aliàs non malū: patet, per hoc ſolùm nō acquiritur difformitas actꝰ in ſe ad rectā rationē. Dixi per ſolā morā: nā vbi ſpecialis interueniret obligatio noua pręcepti, aut occaſio ſcādali, aut alterius detrimēti periculū, aut huiuſmodi qđ ſine tāta mora nō interueniſſet: poſſet mora huic adiūcta vitiare actum, aliàs nō malū. Exēplū primi, actus pro certo tēpore nō ꝓhibitus, & ꝓ ſequēti tēpore ꝓhibitus cōtinuatus ꝑ ambo tēpora vitiatur in ſecūdo tēpore: ſic & actus diu cōtinuatus & tādē retētus cōtra ſuperueniēte cōſcientiā. Exēplū ſecūdi, actus indifferēs moroſus, qui nō obſtāte puſillorū ſcādalo occurrētiū cōtinuatur, vitiabitꝰ: prius aūt nō eminēte ſcādalo, nō erat vitioſus. Exēplū tertij, tam in detrimento animæ, quàm extra animam: animæ quidem, ponatur motus illecebroſus qui non citò periculū faciat labendi in liberum conſenſum, diutius tamen continuatus faciat periculum: ille motus nō repreſſus (quem pono voluntatem poſſe reprimere) tandem vitiabitur diutius continuatus, qui paululum continuatus non vitiabatur: in hoc probet ſeipſum homo: nam ſecundùm maiorem vel minorem eius fragilitatem, atq; infirmitatem maius vel minus imminet ei labendi periculum: quare plus vel minus tenebitur votū reprimere, atq; citiꝰ vel tardiꝰ reſecare, Paritꝰ quo ad detrimētū extra animā, certa actio diutius cōtinuata lędit corpꝰ notabiliter, quę paululum durās nō lædit: ſic enim actus contēplationis diuinorum: aut etiam Dei zelus atq; amor, vel proximi,

aut alterius generis bonorum actus immoderatè contra debitam corporis armoniam cõtinuatus: & ſanitatis notabiliter læſiuus, potiſsimè ad quem pro tunc non obligatur voluntas, tandem vitiaretur per talem immoderatam morã viriũ animæ, vel corporis notabiliter læſiuam.

¶Quò ad tertium punctum, ſcilicet de cõſuetudine ſeu frequentia, an aggrauet malum: & augeat bonum? Placet quibuſdam dicere eam poſſe ducere veniale vſq; ad mortalem malitiam: ita quòd mendacium veniale, aut ebrietas venialis, poteſt per cõſuetudinem malitiam inducere mortalem. Videtur mihi dicendum, ſolam cõſuetudinem, ſeu frequentiam non poſſe de veniali efficere mortale: nec mortali grauius mortale. oſtendo, omni alio circunſcripto actus ſecundus, vel tertius, vel quartus, nõ eſt per hoc rationi certæ magis difformis, quàm ſi fuiſſet elicitus primus: igitur per ſolam conſuetudinem, ſeu frequẽtiam, id eſt, ratione ſoli⁹ talis ordinis veniale nõ fiet mortale, nec mortale fiet grauius. Fateor poſſe aliundè aggrauari, prout gratia ſpecialis obligationis, aut ſcãdali emittẽtis, aut detrimẽti, aut alterius. Exẽplũ primi, die ieiunabili, prima refectio eſt virt⁹: ſecũda aũt vitiũ: ſic poſſet à prælato cõcedi quolibet die quinquies ingreſſus in hortũ & prohiberi pluries: ſic ſext⁹ ingreſſus vitiaret, atq; ſeptimus: poſſet & ecõuerſo cõtingere actũ primũ eſſe peccatũ & non ſequentes. ſ. ſuperiori nolente alium actum à primo deacceptare: idem de voto priuato: ſi contingit per actus malos conſuetudinem introduci obligantem: nam ſtat humanam legem poſt actuum frequentiam in contrarium reuocari formaliter, vel interpretatiuè à ſuperiore: & ita actus qui (lege nondum abrogata) erant mali deſierunt per frequentiam atq; conſuetudinem eſſe mali, abrogata lege. Exemplum ſecundi, vbi per peccatum rarò ipſi prælato contingens nõ ſcandalizaretur proxim⁹, ſcandalizetur tamen per frequentationem & aſsiduitatẽ exiſtimans fortè licere: ex quo tam frequens & aſsiduus eſt prælatus in illo: ſic frequentia ratione ſcandali aggrauaret: & veniale in mortale commutare poſſet. Exemplũ tertij, tam quò ad detrimentum animæ, quàm extra ani-

Cõſuetudo ſeu aſſuefactio, an actũ viciet nõ aliàs malũ, aut aggrauet?

mam: animæ quidem contingit per mēdacij venialis freꝰ quentiam acquiri promptitudinē facientem periculum probabile labendi in mortale: & ita de alijs venialibus. Extra autem animam detrimento eminente, contingit virum in ſtatu perfectionis, aut alium per frequētiam & aſsiduitatem mendacij iocoſi, aut alterius peccati veniaꝰ lis contemni atq; diffamari, etiam diffamatione mortaliꝰ ter fugibili. Contingit per tertium furtum eminere furi ſuſpendium, ex cuius periculo tertium furtum ſuper priꝰ mum aggrauari poterit. Contingit primam crapulam, vel ſecundam, virtute exiſtente forti, non notabiliter ſanitaꝰ tem lędere: tertiam autem, vel quartam ſic virtute iam de bilitata, quare ex hoc cognito actus frequentatus aggraꝰ uabitur ſuper priores. Dicit Altiſsiodorenſis lib. ij. tract. iij. q. iiij. prima fornicatio, eſt peccatum maius, quàm ſecū da: nam, inquit, neceſſe eſt, ꝙ homo in ſecunda ſit magis ignorans & infirmus, ꝙ̄ in prima: quæ duo diminuunt peccatum in ſecunda fornicatione. Et cùm obijcitur: ſecū da magis accedit ad peccatum conſuetudinis, quod eſt grauiſsimum peccatum. Prætereà decima ebrietas, eſt peccatum mortale:: quia iam eſt in conſuetudine: ſed ſeꝰ cunda magis accedit ad eam ꝙ̄ prima: igitur eſt grauior: ergo etiam ſecunda fornicatio. Reſpondet non eſſe verū quòd peccatum conſuetudinis ſit maius ꝙ̄ ſimplex: ſed appellatur maius, quia tunc eſt in peiori ſtatu propter cu mulum peccatorum: & etiam propter maiorem infirmita tem & cæcitatem, citius cadit in peccatum deſperationis & præſumptionis. Ad ſecundum reſpondet eſſe falſum decimam ebrietatem eſſe peccatum mortale, niſi in illa præponat homo amorem vini amori dei: quod ſimiliter poteſt dici de prima. Replico, per illud extra de conſuet. c. vlti. tantò ſunt grauiora peccata, quantò animam infeꝰ licem diutius detinent alligatam: tum etiam iura grauius puniunt crimen, cui quis diutius atq; frequentius inſerꝰ uiuit: & contumacia eſt deterior, quantò diuturnior: vt ex Auguſtino habetur. xxiiij. qō. j. c. ſchiſma. Reſpondeo infelicior atque deterior eſt anima peccatis pluries iteraꝰ tis atq; diutius continuatis irretita: ſed nō ſequitur eorū

Altiſsiodorē ſis opinio dicētis primam fornicationē eſſe maiꝰ peccatū ſecūda.

Vltimum furtū poſt multa an ſit grauius puniendum.

vltimum propter præcedentia eſſe primo deterius, cęteris alijs paribus. Fateor contingere vltimum ex maiori libidine & feruore fieri propter habitum, & inde aggrauari. Ad aliud dico multa furta eſſe vno eorum grauius puniendа: imò etiam vltimum poſt multa propter recidiuationis pręſumptionem maiorem, vel pręſumptionem lapſus in deterius, eſſet grauius puniendum.

Cõſuetudo qualiter altera natura, qualiter ve altera lex.

¶ Manet dubium circa hoc Ariſtotelis dictum, conſuetudo eſt altera natura. Reſpondeo: quemadmodum qualitas natiua pronificat, ſic & conſuetudinalis: & prout allicitur voluntas ſequi natiuã: ſic conſuetudinalem: ipſa etiam conſuetudo alterat naturam ſcilicet pronitatem alteram atq; contrariam pronitati naturali inducens.

Conſuetudinis conditiones per quas ipſa pręualet legi, quibus ve legib9 pręualere poſſit, & quib9 nõ.

¶ Aliud dubium. An pariter ipſa ſit altera lex, aut legem alterans. Reſpondendum quòd ſic: quemadmodum eñ vnius perſonæ conſuetudo eſt ei altera natura: & quandoq; alterans naturam: ſic vnius multitudinis conſuetudo eſt ei tanq̃ altera lex: & quandoq; humanam legem alterans: quando enim lex humana efficitur bono publico detrimentoſa: conſuetudo autem vtilis, aut vtraq; exiſtente vtili notabiliter, vtilior eſt conſuetudo: tunc meritò legi hũanę præualere debet cõſuetudo: ecõuerſo aũt, ſcilicet cõſuetudine pniciosa, & lege vtili aut vtraq; vtili: ſed lege notabiliter vtiliori: tũc legi hũanæ cedere debet conſuetudo: quæ pariter nunq̃ iuri diuino vel naturali præualet: ipſum tamẽ interpretari vel limitare poteſt, etiã interpretatione vel limitatione cui ſtandum erit. Veteris eñ legis cerimonialia & legalia ceſſauerũt: quare eis præualet cõſuetudo, ꝓut & lex humana: nõ aũt moralibus illius legis quę viua ſemp mãſerunt. Pariter Apoſtoli quędam ꝓmulgãdo, quędã inſtituẽdo tradiderũt: hoc eſt quędã à Chriſto inſtituta ꝓmulgauerũt: quędã ipſi, vt hoĩes, inſtituerunt: quibus lex humana atq; conſuetudo pręualere poteſt: nõ autem illis. Primi enim generis eſt doctrina Pauli: vt multiplici eius autoritate patet: hoc diſcrimẽ non ſufficienter animaduertentes errant: primo quidẽ q veterẽ legẽ & nouã nõ condiſtinguũt: tũ etiã veteris varios gradus pariter & nouæ legis conſilia à præceptis.

Epiſtolarum Pauli doctrina à deo eſt: quare nec à puro homine diſpenſabilis.

Ex dictis patet quæ dicenda ſit laudabilis conſuetudo:
eſt quæ non obuians iuri diuino aut naturali eſt reipu-
blicæ vtilior contrario: cõſuetudo autem pernicioſa, quę
diuino obuiat iuri aut naturali: vel detrimentoſa eſt: aut
notabiliter reipublicæ minus vtilis quàm contraria. Pa-
tet igitur conſuetudinem tantum rationabilitatis conti-
nere, quantum de fine iuris continet: iuris diuini finis, eſt
bonum animæ: iuris aurem humani, bonum commune:
Cõſuetudo laudabilis. quare quæ bono animæ vel bono communi obuiat, eſt
irrationabilis. De his duabus ſunt iura, atq; autorum di-
cta contrariè ſonantia: de prima quidem hæc intelligun-
tur: ius conſuetudine firmatur: conſuetudo pro lege ſuſci
pitur, quando deficit lex, conſuetudo eſt optima legum
interpres: ipſa iuri derogat, & ius abrogat: derogare enim
dicitur in parte, vt quò ad aliquos: abrogare autem dici-
tur in toto, vt, quò ad omnes, obligationem tollere. Prę-
tereà de altera conſuetudine verificantur hæc: veritati &
Abrogare et derogare. rationi cedat conſuetudo, contra fidem, vel bonos mo-
res non valet conſuetudo: pernicioſa eſt conſuetudo ſa-
Mala cõſuetudo ocyſsimè debet extirpari. cris canonicis obuians: de qua Nicolaus papa: mala cõ-
ſuetudo non minus, ꝙ pernicioſa corruptela, vitãda eſt:
quæ niſi citius euellatur: radicitus in priuilegiorum ius
ab impijs aſſumitur: & incipiunt præuaricationes: & va-
riæ præſumptiones celerrimæ non compreſſæ pro legi-
bus venerari, & priuilegiorum more, perpetuò celebra-
Cõſuetudo quadruplex, ri. c. mala. diſtinctio. viij.

¶ Quadruplex eſt conſuetudo. Quædam, legi inſtitutæ
conformis (qua ſeorſum obligante) fiet maior operatio-
nis legibus obligatio: deteriorq; tranſgreſsio: quare cæte
ris alijs paribus, recentis legis tranſgreſsio leuior eſt eiuſ-
dem tranſgreſsione longa conſuetudine firmatæ. Quæ-
dam eſt non legi conformis, nec ei obuians: & huiuſmo-
di pro lege ſuſcipitur, quando deficit lex: de hac enim di
citur. xij. diſt. c. illa. quod neq; contra fidem, neque con-
tra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt haben
dum: & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate ſeruan-
dum. vbi reſponſum Ambro. ad Auguſtinum dicentis,
cùm fuero Romæ ieiuno ſabbatũ: cùm Mediolani ſum,

non ieiuno:ſic & tu ad quam eccleſiam veneris eius morem ſerua:ſi cuiq́ non vis ſcandalo eſſe: nec quenq́ tibi. Dico igitur priuſquam vim obligationis conſuetudo ſuſceperit,eſt ad vitandum ſcandalum eminens obſeruanda:poſtq́ robur obligationis induerit, eſt ſecluſo ſcandalo ſeruanda:intelligo ab his ad quos ſe extendit.Quædã legi humanæ obuiat: non tamen humana lege expreſſo conſuetudinis nomine reprobatur: & talis conſuetudo rationabilis legitimè pręſcripta derogat legi:vel eam abrogat.Exempli gratia:de conſe.diſtinc.lij.ca.nunciandũ: mandatur diebus rogationum ieiunium atq; ceſſatio ab operibus:quod conſuetudine contraria eſt abrogatum: quæ eſt præſcripta & etiam rationabilis: nam ob feſtorũ multitudinem,vix pauperes viuere poſſunt,minusq́ deuotè feſta obſeruant atq; ieiunia: ibidem mandabatur hebdomada ſancta ab operibus ceſſare, quod pariter cõſuetudine contraria abrogatum eſt. diſt.iiij.c. ſtatuimus: mandatur quadrageſimale ieiunium à clericis prima die poſt quinquageſimam inchoandum: quod pariter conſuetudine contraria non habet vigorem.Quædam verò eſt conſuetudo legi humanæ obuians: & lege humana nomine conſuetudinis expreſſe reprobata.Exempli gratia.extra de conſue.c.ex parte.reprobatur quorundam locorum conſuetudo,qua maritus prodigaliter, vel aliter bonis ſuis conſumptis, alienabat vxoris tam mobilia,q́ immobilia bona: vel qua vxor poſt adulterium medictatem apprehendebat omnium bonorũ quæ maritus adeptus fuerat: aliæ variæ conſuetudines expreſsè reprobãtur prout conſuetudo:qua neruus eccleſiaſticę diſciplinę diſrumpitur,id eſt,cenſuræ eccleſiaſticæ pariter & conſuetudo contra eccleſiæ libertatem,aut exigendi pedagia vel gabellas à clericis & religioſis:aut paſcendi tempora le pro ſpirituali &c. Vocant enim iuriſperiti conſuetudinem rationabilem quam non reprobant iura :de verbo. ſignifi.c.abbatem. & alijs pleriſq; locis. & per oppoſitũ dicitur irrationabilis potiſsimũ præſumptiuè,id eſt, quæ nõ reprobatur,præſumitur rationabilis,ſcilicet,niſi manifeſtè perniciosa fuerit, mutata rerũ cõditione :pariter illa

Quę dicatur conſuetudo rationabilis.

qua expreſsè reprobatur,præſumitur irrarionabilis, niſi manifeſtè fieret neceſſaria vel vtilis,rerũ variata cõditiõe: quam mutationem ſi ſuperior nouiſſet,illã approbaſſet, & reprobaſſet iſtam. Quando enim conſuetudo iuri,aut quando ius conſuetudini cedat,Archidiaconus opiniones recitat varias,ſuper capitulo conſuetudinis,diſtin.xj. dicit enim:quando cõſuetudo obuians iuri à nullo alio iure toleratur, tunc indiſtinctè ſuccumbit conſuetudo: aliter ſecus:id non videtur vniuerſaliter verum:cùm ante iuris de hoc lati inſtitutionẽ potuerit cõſuetudine ius abrogari. Dico igitur,æquitas & potiſsimè præſcripta facit abrogationis vel derogationis debitum,prout bene innuitur extra de conſue.c. vlt.vbi dicitur: cùm tantò ſint grauiora peccata,quantò diutius infelicem animam detinent obligatam:nemo ſanę mentis intelligit naturali iuri (cuius tranſgreſsio periculum ſalutis inducit)quacunq; conſuetudine (que dicenda eſt verius in hac parte corruptela)poſſe aliquatenus derogari: licet etiam longeuæ conſuetudinis non ſit vilis autoritas: non tamen eſt vſq; adeò valitura,vt vel iuri poſitiuo debeat prędiudicium generare:niſi fuerit rationabilis & legitimè ſit pręſcripta. Dicit itaq; Bartho.brix.has duas cõditiones ſufficere:quod venit ſanè intelligendum: nam lege rationabiliori, aut econuerſo,vel vtraque æquè rationabili, & ſuperiori legem ſubditis imponere potente:ſi placeret legem non cõſuetudinem authoriſare:non cederet cõſuetudini ius:dices forte ſufficère conditiones illas duas non diſſentiente ſuperiore. An igitur requiratur ſuperioris conſenſus,an ſufficiat non diſſenſus ad hoc q; conſuetudo ius tollat? Reſpondent variè varij iuriſtæ. Dicit autem beat⁹ Thomas ſuperior tolerando quod ſit contra legem ſuam videtur approbare quod conſuetudo induxit.

Archidiaconi opinio nõ vĩr vera.

¶Dubium aliud. An conſuetudo obliget etiam ad peccatum? Reſpondeo: non omnis conſuetudo rationabilis legitimè præſcripta obligat:aliqua eſt conſilij,aliqua pręcepti,ſub pœna tantùm:aliqua præcepti ſub culpa: quæ enim obligat, vim accipit obligatoriam ex conſenſu ſuperioris,aut populi potentis ſibi legẽ indicere, aut etiam

Cõſuetudo an ad peccatum obliget?

vigore alicuius iuris iam poſiti: cuius imitatrix eſt conſuetudo: cùm igitur à potente cõſuetudinem authoriſare authoriſatur: ſuſcipit obligationis gradum ſub pœna, aut ſub culpa veniali, vel mortali, ſecundùm rectam voluntatem potentis ſic eam authoriſare. Hinc ſolent nonnulli iuriſtæ dicere ſolam illam conſuetudinem obligare ad mortale quæ introducta eſt ea mente vt ſit prohibitiua, vel præceptiua ſub mortali, quod perpendi poteſt, (inquiunt) quando communiter tenetur ab omnibus, quòd contra faciens, peccat mortaliter. Dico igitur ꝓut quædam feſta, quædam ieiunia, & huiuſmodi poteſt cõſuetudo abolere: ſic noua introducere: celebraturo enim miſſam, prædicere matutinas, eſt conſuetudinis vniuerſalis eccleſiæ: & in cathalonia die ſabbati comedere carnes: & Lugduni vſq; ad primam quadrageſimæ dominicam: hæc de temporis circunſtantia habitudine menſuræ ſeu diurnitatis. Quantum autem ad ſecundum articulum principalem. ſ. de temporis circunſtantia, habitudine ad res ipſas, ſeu operationes certis temporibus licitas aut illicitas.

PRIMVM NOTABILE.

¶Quemadmodũ iura certis operibus determinata deputarũt loca: ſic & determinata tp̃a: certis enĩ diebus prohibita ſunt op̃a ſeruilia: opera aũt ſpiritualia illis diebus præcepta: hi appellati ſunt dies feſti. Feſtum dicitur ſolenniter lætum & fériatũ, inde dies feſti, in quibus ſacrificia dijs offerebãtur: aut in eis epulationes celebrabãtur, aut ludi in deorũ honorẽ fiebãt: aut feriæ obſeruabantur. Feriæ autem à feriendis victimis dicti ſunt dies ceſſationum ab opere: vel dicuntur feriæ ab epulis ferendis: nã in his fiebant epulæ, varia enim fuerunt antiquitus apud gentiles feriarũ genera, quæ etiam pollui dicebantur, ſi in eis aliquod opus fieret. Apud etiam Hebræos primò ſeptem fuerunt feſta: videlicet ſabbatũ quaq; ſeptimana, in memoriam requiei die ſeptima poſt mundi creationẽ: deinde neomenia, in cuiuſlibet menſis principio: deinde paſcha decimaquarta luna Aprilis in liberationis ab Aegypto memoriam. Penthecoſtes quinquageſima die poſt

Circunſtãtia temporis ex debito ſpecialis iuris.

Feſtum quid

Ferię vnde dictæ.

Septẽ apud Hebręos fuerint primò feſta.

paſcha in memoriam legis datæ: deinde feſtum tubarum in memoriam liberationis Iſrael prima die ſeptembris: deinde feſtum propitiationis vel afflictionis, decima ſeptembris die: deinde ſcænophegiorum feſtum, id eſt, fixionis tabernaculorum. xv. ſeptembris. Poſt hæc autem ſuperaddita ſunt feſtum encæniorum, id eſt, dedicationis templi: deinde tempore Heſter, feſtum furim. i. ſortuum.

Sabbatũ tripliciter accipitur.

¶ Secundum notabile. Reperitur tripliciter accipi ſabbatum, primò pro quocunque feſto: ſecundò pro tota hebdomada; ſic dicebat Phariſæus Lucæ. xxviij. ieiuno bis in ſabbato: tertiò pro ſeptimo die hebdomadæ: de quo dicitur Exodi. xx. Memento vt diem ſabbati ſanctifices: ſex diebus operaberis: & facies omnia opera tua: ſeptimo autem die ſabbatum domini Dei tui eſt: non facies omne opus tuum, & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tu⁹ & ancilla tua, & iumentum tuum, & aduena, qui eſt intra portas tuas. Illic duo tanguntur operum genera: quorum vnum præcipitur, & alterum prohibetur. Primum ſpiritualium per ſanctifices: & ſecundum ſeruilium: per non facies omne opus tuum. Primum horum eſt finis ſecundi: ita ꝙ operum ſeruilium prohibitio fit propter liberiorem vacationem Deo. Quò igitur ad primum notetur quòd ſanctum (vt vult Origenes) dicitur ſeparatum à communi vſu ad Dei cultum: ita & huiuſmodi ſanctificatio eſt relictis ſuperfluis curis cultui diuino ſpecialiter mancipari, ſpecialiter oblatione ſcilicet, oratione, meditatione, Deum colendo. Quò autem ad ſecundum: exprimitur Leuitici. xxiij. à quo opere ſit ceſſandum: omne opus ſeruile non facies in eo, ſcilicet ſeruitute culpæ, vel corporis; prohibentur igitur peccatum, & opus corporale: nam hęc duo maximè à ſpeciali cultu, quo debet quis illo die mancipari Deo, retrahunt.

Sabbati ſanctificãdi pręceptum duo includit.

Quid dicitur ſanctum.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Sabbato obviat principaliter op⁹ ſeruile aię. ſcilicet peccatũ.

¶ Primum. Principalius obuiat illi pręcepto ſeruitus peccati, ꝙ operis corporalis aliâs liciti: probo, magis prohibitionis rationem participat opus ſeruile, ſeruitute peccati, ꝙ ſeruitute corporis: cùm magis primariæ intentioni contrarietur, ſcilicet ſanctificationi atq; mancipationi Deo;

deo: hinc aggrauatur peccatum tali die patratum: nec ſolùm grauius peccat, quinimo abundantius tranſgreditur hoc præceptum, qui aliquo genere peccati peccat die feſto, quàm qui opus corporale aliâs licitum facit: vnde Auguſtin. libro de decem chordis inquit: melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret: & melius fœminæ eorum die ſabbatu lanam facerent, quàm quod tota die in neomenijs ſuis impudicè ſaltarent. Et quamuis dicat beatus Thomas. ij. ij. quæſt. cxxij. art. iiij. qui venialiter peccat in ſabbato, non contra hoc præceptum facit: quoniam peccatum veniale non excludit ſanctitatem, cùm ſcilicet gratiam non auferat: id non mihi videtur verum: primò quidem: nam contingit per aliquod opus ſeruile, aliâs licitum peccare venialiter contra præceptū illud de ſabbati ſanctificatione: tum etiam non quælibet illius præcepti ſanctificatio, eſt per gratiam: quare dico quemadmodum peccās peccato aliâs mortali peccat duob⁹ peccatis; ſcilicet illo, & violatione ſabbati, ſic aggrauatur veniale venialiter: ita quòd per ipſum aliâs veniale quiſ ſi venialiter violat ſabbatum: patet igitur toties violari ſabbatū, quoties quis peccat. committens igitur duo alia peccata, quater peccat, committens tria alia peccata, ſexies peccat. peccans vno igitur aliâs peccato, peccat pluribus peccatis: continuè intelligo eum non per ignorantiam inuincibilē excuſari: peccans tamen opere nō aliâs peccato poſſet vnico peccare peccato: non facio in partibus peccati vim ¶ Secundum corollarium. Nullius actus ſpiritualis exercitiū, quantum eſt ex hoc, violat ſabbatum: prout in moribus, vel ſciētijs verbo, aut ſcripto docere: patet, nō eſt de genere operū ſeruiliū; pono nō aliunde impedire cultum debitū: qui enim de artiū mechanicarū peritia ſyllogiſant, aut inter ſe conſultant, quibus tēporibus, vel modis ſit ſeminandū, aut inſerendum, aut colligendum, illi ſabbatum non violant: ſed bene qui ſine cauſa rationabili corporaliter has artes exercerent ſeminando &c. Dicit glo. Numeri xxviij. fabri & huiuſmodi artifices ociāt in die ſabbati. Lector autem diuinæ legis, vel doctor ab

Sāctificatiōi ſabbati an obuiet veniale?

Sabbatū nō violatur per actuum purē ſpiritualiū exercitium.

opere ſuo non deſiſtit:nec tamen contaminatur ſabbatū. Diſtinguit tamen Richardus in iij. diſt. xxxvij. q.ij. ar.iiij.dicens:opus habet iudicari ſeruile ex proximo & primo fine: non quidem accidentali quē agens præſtituit:ſed eſſentiali quem principalius reſpicit, quantum eſt ex parte ſua:illa igitur opera quæ tanquàm finē proprium,atq; proximū reſpiciunt temporale bonum corporis ipſius operantis,ſunt ſeruilia,etiam ſi materialiter eſſent ſpiritualia:quare ſi quis in corde ſuo meditetur aliquid ſcientiale:& hoc ordinat,vt ad proximum &'proprium finem ad temporale lucrum: illud opus eſt magis ſeruile quàm liberale: & ita ſi quis aliquod opus materialiter ſeruile faciat,ordinetq; illud vt ad finē proximum & proprium ad bonum ſpirituale ipſius animæ, magis eſt liberale quàm ſeruile,ſaltem per reſpectum ad agentem,vt ſcribere aliquid non propter temporale lucrum, ſed propter ædificationem animarum,& propter diuinū cultum.hæc ille doctor.Sic igitur quadruplex eſt opus: q̊ddā materialiť et formalť ſeruile,quoddā mālr et formaliter liberū;quoddam materialiter ſeruile, & formaliter liberum: quoddā formaliť ſeruile et materialiť liberū,nō prohibentur opera tam materialiter quàm formaliter libera:formaliter.i.ex proximo fine talia,ſed maximē prohibētur ea quæ materialiter & formaliter ſunt libera ſeruilia ſimpliciter:& per reſpectum ad agentem.Ab operibus autem quæ ſunt materialiter libera & formaliter ſeruilia(inquit ille doctor)vt cùm aduocatus ſtudet & cogitat de his quæ vult cras proponere propter lucrum temporale:& ruſticus de aratione terræ ſuæ,quam in craſtino vult arare:non ita aſtringitur homo in diebus prædictis abſtinere ab eis ſicut ab operibus materialiter & formaliter ſeruilibus: nam facilius eſt abſtinere ab iſtis,quàm ab illis,vnde per tales actus homo non peccat mortaliter,niſi per hoc excluderetur vacatio illa quā neceſſariò debet cultui diuio.Ab operib⁹ aūt q̄ ſunt materialiť ſeruilia:nō formaliter p̄ reſpectū ad agētē nō tenetur hō neceſſariò ceſſare in dieb⁹ domīicis.hæc ille.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Sanctificationis dominicæ præceptum præcepto ſub uentionis ſibi vel proximo non præualet in his quæ moram commodè non patiuntur: quare opera ſeruilia huic ſeruientia, minimè ſabbato ſanctificationem vio‑ lant: patet, iſtud eſt naturale, & diuinum: illud autem poſitiuum, & iuris humani: non obligamur enim ad veteris legis feſta: nec aliquid in nouo præcipitur: eſt igitur humani iuris hanc diſpenſationem recipere poſſe ab homine, tam quoad dei, quàm operum determina‑ tionem: vnde Ioan. vij. Mihi indignamini, quia totum hominem ſaluum feci in ſabbato. & Matt. xij. Quis erit ex vobis homo qui habet vnã ouẽ, & ceciderit in ſabba to in foueã: nõne tenebit & leuabit eã? hinc cũ Maccha bæi nõ ſabbatum contaminauerunt illo die pro ſui defen ſione pugnantes. j. Macchabæorum. nec Helyas à facie Iezabel die ſabbati fugiens: nec diſcipuli die ſabbati col ligentes ſpicas ad ſubueniendum neceſſitati: ſic, nec per alia corporalia opera ad ſui, vel proximi ſubuen‑ tionem, quæ commodè differri nequeunt ordinata: hoc enim eſt iuris ſtrictioris lege huiuſmodi opa prohi‑ bente. Prouerbiorum. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem. & Deut. xxij. Non videbis bouem fratris tui: aut ouem errantem præteribis: ſed reduces fratri tuo. præualet igitur ſubuentionis ius, maximè de ea quæ mo ram non patitur: quæ nec commodè differri, nec præue niri poteſt: non enim ſemper requiritur extrema neceſſi‑ tas, modò ſit irrecuperabilis vtilitas: gratia exempli inſtã te repentina pluuia, vel tẽpeſtate, vel hoſtibus adduci poſſunt in horreum frumentum agrorum, fœnum pratorum, hortorum fructus, & alia quorum immi‑ net perditio, vel notabilis deterioratio. Poſſunt fa‑ bri equis ferra iungere, cùm id cõmode differri nequeat: nõnullis locis dominica manè aguntur cauſæ & iudicia quib⁹ pauperes alijs dieb⁹ cõmodè intereſſe nequirẽt: & permittuntur vendi in tẽplorũ cimiterijs minuta: prout zonæ, gladij, fructus, & alia hmõi quæ à pauperibus emuntur non potentibus commode alio die vacare: veſtem à puluere, aut luto mundare; paruum fo‑

Sabbati præ ceptũ nõ præ ualet ſubuen tionis præce pto in his q̃ moram non patiuntur.

Sic etiam le‑ ges apd' ſum mũ latinorũ poetã ĩ Geor. Sæpè etiam feſtis quędã exercere die‑ bus Fas & iura ſinũt ſe geri prętẽde‑ re ſepè &c.

tamen claudere, vel clauſum aperire: & huiuſmodi modica, ſabbati ſanctificationẽ non violant. In arduis tamẽ prout in murorũ ciuitatis, vel pontiũ reparatione expedit prelati licentiam petere, ſi mora hoc patiatur, ne ſcandalũ oriatur; quatenus etiam examinatur cauſæ rationabilitas: nõ enim plus itineratio per cãpos, quàm per domũ ſolitaria prohibetur: modò cetera nõ omittãt agẽda.

Sabbatũ erat Iudeis ſub ſtrictiori iure q̃ dñica chriſtianis

¶ Sequitur corollarium. Strictiori precepto tenebãtur Iudei ſanctificare ſabbatum, quàm Chriſtiani dominicam, vel aliud feſtũ: patet, prohibebatur eis in ſabbato cibum coquere, colligere ligna, vltra mille paſſus itinerare, & huiuſmodi, que nõ ſic in lege gratiæ prohibentur; fuit enim ſabbatum in diẽ dominicum ab eccleſia commutatũ, ne per illius obſeruantiam iudaiſate uideamur, adiũcta quorundã arduorũ illo die geſtorũ cõgruitate; diſt. eã. lxxx v. ca. quod die dicitur dies dominica tantis diuinarũ diſpẽſationũ myſterijs cõſecrata eſt; vt quicquid à domino eſt inſigne conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtũ: in hac die mundus ſumpſit exordiũ: in hac per reſurrectionem & mors interitũ, & vita accepit principium. hæc de primo ſanctificationis ſabbati membro, pro nunc ſufficiant: ſcilicet de negatiuo ſeu prohibito. Quantum autẽ ad affirmatiuũ. ſ. ad quid agẽdũ qs die dominico teneatᷓ

Dñica dies res preclare facte ſunt.

¶ Secunda concluſio. Habita vnius dei cognitione, creatoris, gubernatoris, ſummẽ benefactoris, ac infinitẽ potẽtis, infinitẽ ſapientis, infinitẽq; boni, eſt iure naturali colẽdus; non autem obligatur viator ad hoc quandocunq; occurrit dei recordatio; ſed iure poſitiuo præfixum eſt colendi tempus: quibuſdam enim dicere placet hominem omni lege poſitiua ſemota, teneri colere deum ſemel in ſeptem diebus: non profectò video cur iure naturali fieret hæc ad ſeptenarium potius, quàm ſenarium, aut denariũ taxatio. Introductum eſt enim poſitiuo iure veteri & nouo propter certam rei decentiam & nõ debiti iuſtitiæ neceſſitate, diei enim præfixo. ſ. ſabbati Iudæis ſub diuino præcepto poſitiuo cadebat, diei autẽ dominicæ determinatio, Chriſtianis ſub præcepto habentẽ humano cadit: præcipuus enim ad deũ cultus eſt in eum conuerti, ipſum

cõfitendo eſſe deũ omnipotẽtẽ:&c.atq; eũ ſuper omnia amãdo:præter hoc tamen nõnulla exteriora inſtituit eccleſia,ꝑut eſt miſſarũ celebratio:&populi ad eas audiendas cõcurſus.de cõſ.di.j.c.miſſas:miſſas domenica die ſecularibus totas audire ſpeciali ordine pręcipimus:ita vt ante benedictionẽ ſacerdotis egredi populus nõ præſumat:quare & à fortiori obligantur ad hoc clerici. Vt eñ ſuprà dicebã:hęc miſſę audiẽdę obligatio,obligationi cedit ſubueniẽdi ſibi,vel ꝓximo indigẽti in corporis vel fortunę bõis,ſic eminẽte ĩ via hoſte,aut alio morbi timore,ant notabili bonorũ fortunę ab hoſtibus aut furibus ꝑditiõe,aut inſtãte raptus vxoris,vel filię, aut mortis periculo,aut aggrauatione ęgrotãtis,cui⁹ cõmiſſa eſt cuſtodia:in ſimilib⁹ eñ caſib⁹ viator die dominica à miſſę auditiõe excuſaretur,teneretur nihilomin⁹ in domo manẽs deũ ĩteri⁹ colere,nõ eñ cuilibet eſt neceſſitatis horas aut hmõĩ ſolitas orationes fundere. cũ igitur quis inter duo pręcepta cõſtituit,trãſeũdũ eſt ad illud, quod maioris obligationis eſſe dinoſcitur:quòd ſi ęqualis obligatiõis fuerint:expedit ad illud trãſire:q̃ maioris frugis eſſe apparet:circa quod moueo dubia.

Miſſę audiendę obligatio cedit iuri ſubuẽtionis ſibi vel ꝓximo.

Conſtitutus inter duo ꝓcepta,ad illd q̃ maioris eſt obligationis trãſire debet.

Miſſæ aut ꝓdicatiõis auditio quę ꝓſtet.

¶Primũ dubiũ:An pręſtet miſſę vacare,an pręedicatiõi? Reſpõdere ſolet ad pręedicationẽ fructiferã,miſſa pręter miſſa,trãſeundũ:vbi neq; vtriq; intẽdere.Sed amplius dico cõtingit ex pręedicãtis,vel audiẽtis cõditiõe miſſam eſſe ꝑcepti,& pręedicationẽ cõſilij,aut ecõuerſo pręedicationẽ pręcepti,& miſſam cõſilij:cõtingit eñ virũ eſſe peritũ atq; ꝑfectũ nõ copiã frugis ex pręedicatiõe reportaturũ, cotingit autẽ eũ eſſe indoctũ,imꝑfectũ multũ commodi & purgationis ab erroribus ex pręedicatione accepturũ: & ſecundùm hoc ad id quod eſt pręcepti trãſeat relicto cõſilio,vtroq; aũt exiſtente pręcepti,tũc inſtãte incõpoſſibilitate trãſeat ad id quod maioris eſt obligatiõis:quòd ſi æqualis expedit ad id quod maioris eſt frugis trãſire.

Circunſtãtia tẽporis præciſè adiacẽs an conferat.

¶Secundum dubiũ.An tẽporis circunſtãtia præciſè adiacẽs immutet ipſi⁹ act⁹ bonitatẽ vel malitiã? Reſpõdeo placet q́buſdã pars negatiua:ꝑut de loco aſſerẽtib⁹ hũc actũ;volo fornicari nõ grauiorẽ die dominica elicitum

quàm alia die:iſte autem actus volo fornicari die dominica eſt præcedente grauior: & æquè grauis alia die & die dominica elicitus. Dico vt prius, temporis circũſtantiam etiã nõ informãtẽ, ſcilicet non ingrediẽtẽ ipſius act⁹ obiectũ, verè actũ aggrauare: oſtendo: ſpeciali ꝓhibitiõe ꝓhibetur illa die omne opus ſeruile, maximè aũt ſeruile eſt peccatũ mortale: & à fine auertens: propter quem eſt feſtiuitas inſtituta, ſcilicet deo mancipari: hinc cõcludo, qui cognoſcens diei ſolennitatẽ tunc fornicatur nõ pro voluntatis actu aſſumens temporis circunſtantiã graui⁹ peccat, quàm ſimili actu die non feſto, eſto etiam quòd pro aliqua illius diei parte fornicetur, pro qua ad nullũ virtutis actũ obligetur, vbi cũ fornicatio eſſet actuũ ad quos pro tũc obligaret̃, impeditiua, plus aggrauaretur.

Circunſtãtia modi agẽdi ex quibus ſit debita aut indebita.

Cviq; virtuti ſuus proprius competit modus. qui ſpeciali in re, aut commodo, vel detrimento, & huiuſmodi, redditur ei debitus, vel indebitus, augẽs, aut minuens. Quandoq; informans, quandoque adiacens ſecũdũ intellectus aduertẽtiam, aut inaduertẽtiã, vel ſecundùm voluntatis beneplacitum.

Mod⁹ quid & ꝙ pulchra ſit virtutis circunſtantia.

RRIMVM NOTABILE.

¶Modus dicitur propriè rationẽ atq; menſurã, vel formã ſignificare: à quo moderari, modum ponere, modulus diminutiuum cantui attribuitur modis debitis dearticulato: & modicus à quo modeſt⁹, qui modũ operib⁹ imponit. Varrò nõ eos optimè vixiſſe, qui diutiſſimè vixerunt, ſed qui modeſtiſſimè. quandoq; tamen modeſtię nomen reſtringitur & ſpeciali appropriatur virtuti circa exteriorem hominis apparatũ potẽti decẽtem modum prout in locutione, riſu, corporis atq; membrorum motu, ſitu eorum, atq; habitu. In locutione quidem, ſit non nimium præceps, nec nimium tarda: plus quidem in perſona prælaturæ indecens eſt locutionis leuitas atq; præcipitatio, aut facilitas nimia, plus autem in ſubditis ſermo nimium grauis, aut tardus: nam quodammodo autoritatem indicat. Riſui pariter modum imponit. Riſus (inquit Seneca) ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter factus,

Modeſtia in locutione.

odibilem facit:riſus ſit ſine cachino: vox ſine clamore: inceſſus ſine tumultu.Eccleſiaſtici enim.xix.amict⁹ corporis & riſus dentium,& greſſus hominis enunciant de eo.Adhibet itaq; corporis atq; membrorum motib⁹ modum,nimiam ſcilicet eorum tarditatem,aut velocitatem indecentem geſticulationem, vel torſionem deuitans. vnde Seneca,ſi contines es:& animi tui & corporis motus obſerua:ne indecori ſint,prout enim tradunt phyſionomiſtæ huiuſmodi corporis & membrorum motus, pariter animorum motus,& mores indicant,Imponit ſi tui corporis & mēbrorū decentiā indecorā,excludēs erectionem,vel incuruationem,aut alium ſitum membrorū ineptum. Eſa.iiij. pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ ſyon, extenſo collo,habitui pariter debitum honeſtatis modū conſtituit.

Corporis & membrorum motus ſecundùm phyſioſtnoimarum traditionem pariter aīorū motus et mores indicant,

PRIMA CONCLVSIO.

¶Modus eſt circunſtantia,vt ſuprà dicebatur, ad ipſius actus bonitatem,aut malitiam conferens.probo,contingit eam actum modificatum reddere rectæ rationi conformem,vel difformem,aut magis, velminus. Præcipitur obligatio dicere horas attentè,pariter & deuotè.Prohibetur iudici præcipitanter ſententiam ferre.Peccatores ſunt fraternaliter monendi: quidam in ſpiritu lenitatis:quidam auſteritatis: prout ædificationi atq; emendationi magis conducet modus iſte,vel ille.Aliquid ironicè dictum ſcandaliſat,& non ſeriò vel econuerſo.Voracitas ſanitati obeſt,aut proli modus coniugum indebitus:modus autem opppoſitus prodeſt.Omnibus igitur adde modū:modus eſt pulcherrima virtutis circūſtantia.

¶Secunda concluſio. Contingit huiuſmodi circunſtantiam eſſe quandoq; adiacentem, quandoq; informantē, id conſtat cùm poſſit voluntas liberè eam pro obiecto ſui actus aſſumere,aut non aſſumere:contingit enim orationem eſſe attentam & deuotam attētione ac deuotione non reflexè conſiderata,vel ſi conſideratur,non ſit volita,contingit pariter eam eſſe reflexè volitam:prout volo attentè & deuotè orare.

Modum ponere an ad ſpecialem ſpectet virtutē.

¶Dubium.An ad ſpecialem virtutē ſpectet modus.Reſ

Circunſtãtia medij aut inſtrumenti ad circũſtãtiam modi reducitur.

ſpõdeo ad cuiuſq; virtutis prudentiam ſpectat modum decentem ponere: prout & alias circunſtantias circunſpicere: quare eſt ſpecialis virtutis moderatio, ſeu modi poſitio. Nec omnium virtutũ eſt modus vnus, ſed tot diuerſi quot virtutes ſecũdum materię & perſonæ varietatem. Ad hanc enim reducibilis eſt medij, vel inſtrumenti circunſtantia. ſ. quoad operis virtutis executionem peruenitur: quandoq; enim operibus virtutum ſunt impedimenta, varijſq; medijs remouibilia: & medio quidẽ indecenti opus virtutis factũ vitiatur, quę iuſta ſunt iuſtè exequere: mediũ decẽtius circũſpicit prudẽtia, prout minore labore fiat paucioribus expẽſis: & alijs huiuſmodi ſi res expoſtulet.

Finis qualiẽ mediorũ obligationẽ ponit.

Finis non ex ent is bonitate, vel malicia, ſed proportionata, vel diſproportionata eius ad opus atque operis ad ipſum conuenientia redditur ei debitus vel indeuitus: decorans, aut vitians: augẽs, vel minuẽs. Quandoque informans, quando queq; adiacens. Sicq; vni operi finis debitus, eſt alteri indebitus, varia rerum habitudine: contingit itaq; fine bono opus vitiari. Ex fine *naſcitur mediorum obligatio: niſi eorum ſit maior: obligatiõi finis repugnãs: id addo: quoniã nõ cuicũq; licet finis: licet omne mediũ etiã & neceſſariũ: nec cuicũq; præcipitur finis: præcipitur oẽ mediũ illi neceſſariũ: nec cuicũq; interdicitur finis, oẽ mediũ ad eũ cõcucibile interdicitur, & hoc quoniã cõtingit medũ & finis vnũ præcipi altero prohibito: vbi maiori obligatiõi cedit minor.*

Intẽtio & electio differũt.

PRIMVM NOTABILE.

¶Vt ſolet dici intentio eſt finis, electio autẽ medij ad finẽ. Quibuſdã tamẽ dicere placet intẽtionẽ eſſe qua aliqd propter ſe, & electionẽ qua aliquid propter aliud diligitur: acceptio prima eſt aptior. Dico actũ eũdẽ. ſ. qui eſt finis, & medij ad finẽ, eſſe intẽtionẽ & electionẽ: ille aũt q ẽ medij, eſt electio tãtũ: & q ſoli⁹ finis ẽ: eſt dũtaxat intẽtio. In finib⁹ pariẽ ſubordĩatis volitio vni⁹ finiũ mediorũ eſt reſpectu finis ſequẽtis electio, et itẽtio reſpect u pcedẽtis

¶Secundum notabile. Solet diffiniri finis eſſe propter quem aliquid fit: & dico cuilibet appetitui competere, tam naturali:ſenſitiuo, ꝙ rationali:finis deſcenſus corporis grauis,eſt quies in medio mundi. finis bruti animalis cibum vel potum quęrentis,eſt ſui conſeruatio. finis operis liberi, eſt quem voluntas præſtituit, & de hoc tertio genere præſens eſt conſideratio.

Finis quid & cui competit.

¶Tertium notabile.Duplex eſt huius generis finis: vnus iuris:alter priuatæ voluntatis.Ille dicitur,quem operi pręſtituendum ordinauit ius, ſeu voluntas ipſum condētis. Et duplex eſt:quidam informans ius, quidam adiacens. Appello informantem,ſcilicet,ſub obligatione cadentē, ita quod iure caueatur de huiuſmodi fine præſtituendo: adiacentem autem ſeu explicitū,quem intendebat apud ſe legiſlator;nō tamē ſub expreſſa iuris obligatione huiuſmodi finem vel intentionem poſuit.Sequitur ius nō ſemper ad eius obſeruantiam obligat ſecundùm omnem legiſlatoris rectam intentionem.potuit enim multiplex rectus finis tacitus à legiſlatore præſtitui legem condente. legi tamen ſatiſfacit quis:eſto quòd non eo fine,vel intētione legem obſeruet: quo,vel qua fuit condita: dei enim præcepta ferentis finis atq; intentio fuit, viatorem mereri:nihilominus non ad cuiuſcunque præcepti diuini obſeruantiam requiritur mereri:cùm extra gratiam acquiratiuè & iuſtè præcepta multa quis implere valeat. Alius eſt finis,priuata voluntate præſtitutus: & tantæ libertatis eſt voluntas,vt cuicunq; operi quemcunq; finem pręſtituere valeat: poteſt enim operi alium præſtituere finē, quàm natura,aut quàm appetitus ſenſitiuus, aut quàm ius præſtituat.

Finis duplex vnus ſub pręcepto, alter ſub arbitrio. Intentio cōdentis legē an ſub pręcepto cadat.

¶Quartum notabile,Cauſæ finalis à voluntate præſtitutæ cauſalitas: conſiſtit in cauſalitate efficientiæ volitionis vnius ex volitione alterius(nomine volitionis comprehenſa nolitione) ex hoc enim dicitur finis mouere agens ad media fini conducentia.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Finalis cauſę cauſalitas in quo cōſiſtat.

¶Primum corollarium, mouere non eſt finem agere: cū frequenter non ſit in rerum natura finis ille, eſt igitur

amorem finis volũtati coagere ad medij acceptionẽ, ſeu volitionem, tanq̃ conducibilis ad finem. Secundum corollarium, finem mouere in propoſito, actum animæ interiorem importat. Pariter hæc dictio propter, prout hoc verbum volo: aliter (fine non in rerum natura exiſtente) falſæ eſſent hæ propoſitiones, opus iſtud propter iſtum finem fit: hic finis mouet agẽs &c. Tertium corollarium, certi operis finis poteſt præſtitui tam volitus, quàm nolitus: ſanitatis enim volitio, volitionem potionis amaræ concauſat pariter odium mortis eandem comproducere poteſt, ſic verificantur hæ propoſitiones, propter ſanitatem ſumit fortes potionem amaram: propter mortem ſumit ipſe potionem amaram: ſcilicet propter ſanitatem volitam: & propter mortẽ nolitam: potionis igitur amaræ finis poteſt eſſe ſanitas volita: pariter & mors nolita.

Finis mediũ poteſt eſſe duplex.

¶ Quintum notabile. Duplex eſt medium. Quoddã ad finem nullo modo conducibile ad quem ordinatur, & dupliciter quoddam prohibetur in illum finem ordinari quoddam non. Leuare feſtucam: pariter certos ferre caracteres: neutrum eſt medium ad ſanitatem conducens: primum non prohibetur: ſecũdum ſic, tanquam ſuperſtitioſum: illud quidem eſt vanum: iſtud autem pernicioſum. Aliud autem eſt medium conducibile in finem, & eſt duplex: quoddam prohibitum: quoddam non: eſto enim proximi innocentis mors ad ſaluãdam vitam propriam conduceret: interdicitur tamen medium illud: reubarbari autem moderata ſumptio eſt conducibilis nec interdicitur. Præterea huius generis mediorum ad finem conducibilium, quoddam præcipitur ordinari: quoddam nõ ſed ſub conſilio, aut beneplacito manet, potiſsimè quando conſilij, aut indifferentis eſt ipſius finis adeptio.

Medium cõducibile in finem eſt duplex.

PRIMA CONCLVSIO.

Finis vnde operi fiat debitus aut indebitus.

¶ Finis non ex entis bonitate, vel malitia: ſed proportionata, vel diſproportionata conuenientia ad opus, redditur debitus, vel indebitus. probo, certum medium in ſe illicitum contingit certo fine licito eſſe illicitum medium: pariter certum medium in ſe illicitum effici neceſsitate finis licitum. Primum patet, contingit opus in ſe licitum

non eſſe ad illum finem conducibile, imò illi fini licito obeſſe; vel ſi proſit, contingit interdici illi fini præſtituendum: dare enim, vel mutuare proximo pecuniam, eſt bonum obtinere. pariter beneficium eſt in ſe bonũ: illud tamen nõ eſt huic fini licitum medium. ſic igitur finis in ſe bonus, vitiat opus in ſe bonum: fateor tamen, hic finis non illi medio eſt bonus finis: nec illud medium eſt iſti fini bonum medium, ſic in multis exẽplificari poſſet. Secundam partem probo (fine ſub præcepto cadente ſtrictiori, quàm prohibeatur medium) ſic ipſius finis neceſsitate, medium fiet licitum, aliâs illicitum: minorem enim obligationem tollit maior. Exempli gratia, brachij amputatio (inſtante neceſsitate vitæ, non aliâs faluãdę) efficitur laudabilis, quæ foret aliter iniqua. ¶ Corollariè ſequitur. Duorum in ſe licitorum vnum eſſe vni fini licitum medium, & alterum illicitum. pariter duorum finium in ſe licitorum vnum eſſe vni medio illicitum finẽ: & alterum licitum: patet. contingit illic eſſe habitudinem à ratione recta diſcrepantem: & hîc conſonam. Non igitur ex extremorum bonitate, ſed ex eorum recta habitudine, conſurgit ratio bonitatis relatiuè medij ad finem, vel finis ad medium.

Finis in ſe bonus quandoq; opus vitiat.

¶ Secunda cõcluſio. Non ſemper ex fine oritur quorũcunq; mediorũ obligatio. probo, contingit mediorũ maiorẽ fuiſſe obligationẽ contrariã, ſcilicet medij, aut finis, vno prohibito, & altero pręcepto. Dico ergo, finiũ quidam ſub præcepto eſt, quidã ſub conſilio, quidam ſub indifferenti, finium primi generis, quidam pro tunc nõ habet mediũ poſsibile: & hinc in eũ cadit excuſatio: quidã mediũ habet ꝑ tũc poſsibile: & dupliciter: nã quidã habet licitũ: ſic nõ eſt difficultas: quidã aũt habet, nõ tñ in ſe licitũ: & dupliciter: qm̃ aut eſt executiõis finis maior obligatio, ꝙ ꝓhibitio illi⁹ medij, & ſic neceſsitate, ſeu maiori vĩculo finis eſt mediũ licitũ: ſi aũt maior eſt obligatio ꝓhibitiua medij, ꝙ obligatio p̄ceptiua finis: cedendũ eſt fini eiuſque ceſſat obligatio propter medij impoſſibilitatem facto vel iure.

Finis obligatione continget eſſe obligatione medi maiorem, quandoq; autem minorẽ.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum corollarium. Non eſt vniuerſaliter & indiſtinctè verum hoc commune bipartitum dogma. Præcepto aliquo fine præcipi eademobligatione omnia media ad eũ neceſſaria, prohiberiq́ omnia illi fini incompoſſibilia. Pariter fine aliquo prohibito omnia conducentia ad illum finem prohiberi, & præcipi impedientia eum. Venit itaq; limitandum primum: modò medium fini pro tunc neceſſarium non maiori interdicatur obligatione, quàm præcipiatur ipſius finis adeptio: aut mediũ illi incõpoſsibile nõ maiori vinculo præcipiatur, q̃ finis ille. Secũdum pariter venit intelligendũ, modò medium neceſſariò ad finem illum conducens non arctius aliundè præcipiatur, quàm prohibeatur finis: aut medium impediẽs non ſtrictius imperetur aliundè, quàm prohibeatur finis. his enim modis maior medij obligatio à minori finis obligatione abſoluit, & deobligat.

Finis neceſſitate fit quandoq́ aliquid licitũ aliâs illicitum: quãdoq; non.

¶Secundum corollarium. Nec digeſtum fuit ſufficienter ad varia obiecta proponentia nos ad aliquid obligari reſponſum, quæ dicunt eſſe verum quando medio licito exequi poteſt: aliâs ſecus. Dico enim quandoq; neceſſitate finis medium aliquod fieri licitum, quod aliâs illicitum eſſet: videlicet quando ad finem adipiſcendũ maior eſt obligatio, quàm ad vitandum medium illi fini neceſſarium. Non igitur quæcunq; neceſsitas facit licitum indifferenter: quod aliâs eſſet illicitum: ſcilicet quãdo ad tali neceſsitati obuiandum maior extat obligatio, quàm ad vitandum alterum, quod aliâs erat illicitum. Exempli gratia, ſtrictius prohibetur adulterium, quàm ſanitatis cõſeruatio: quare non fieret licitum neceſsitate conſeruãdæ vitæ quæ ſine adulterio conſeruari non poſſet: quinimò neceſsitate vitandi adulterij fit licita ſanitatis læſio: quæ aliâs illicita foret, qualiter mutilationis membri electio, neceſsitate ſaluandæ vitæ fit licita: aliâs tamen illicita.

Finis malus & bonus differenter opera qualificãt. Intẽtio indi

SIc electionem menſurat intentio: vt finis bonus bonum opus reddat: malus autem malum, & differenter: nam malus ſufficienter: bonus autem non. Dicitur intentio iudicare omnes: in malis quidem ſem-

per:non ſic autem in bonis:nam ex integra cauſa bonū: malum autem ex defectu conſurgit. Sicq; ſubordinatorum finium vltimus malus,omnes ſubordinatos vitiat: bonus autem,exornat capaces:& vitiatorum minuit turpitudinē,quam malus adauget. A bono enim fine opus indifferens non aliundè vitiatā bonitatem induit: opus in ſe bonum bonitatis augmentum:opus autem in ſe malum malitiæ decrementum recipit:prout malo fine opus in ſe differens aut in ſe bonum vitiatur: opus autem malum ſuſcipit malitiæ incrementum.

cat omēs differētes in bonis & malis.

PRIMVM NOTABILE.

❡Iuxta præcedentia,plus ad bonum, quàm ad malum requiritur:nam ad bonum neceſſaria eſt omnium circunſtantiarū debitarū integritas: ad malum autē ſufficit vna mala,aūt vni⁹ debitę ineſſe carētia debitę quidē obligationis debito:hinc ad opus malum ſufficit finis malus: non aūt ad bonum ſufficit bonus : ſic non ſufficienter excuſatur qui dicit ,bonofine hoc egi.Nam requiritur cum reliquis circunſtātijs debita operis materia,quibus obſeruatis,cui⁹finis bonus eſt,ipſum quoq; bonum eſt.

Bonum plura requirit q̄ malum.

Ad op⁹ malum ſufficit finis mal⁹: nō autem ad bonum ſufficit bonus.

❡Secundum notabile. Quibuſdam dicere placuit,nunquam finem bonum,opus malum alleuiare. ❡His contrariatur Auguſtinus aſſerens mendacium fine bono alleuiari:ipſum enim fine officioſo, vel iocoſo efficitur veniale,cui applaudit magiſter ſententiarum.ij.diſtin.xl.inquiens,peior eſt qui concupiſcendo,quàm qui miſerando,furatur:ita igitur fine ſubuētionis alleuiatur furtum. Sed obijciunt,fine bono certam malitiæ portionem auferente tandem finis in bonitate creſcēs totā auferret malitiam. patet finis bonus dimidium malitiæ auferat. ſic finis duplæ bonitatis in duplo plus auferet, & per conſequens totam. Ad hanc obiectionem dico non ſecundùm propotionem ęqualitatis : ſed ſecundùm rationis menſuram fit minutio.Dico pręterea nō eſſe incōueniēs certum finem oēm auferre maliciam,quo ſecluſo remaneret opus vitioſum,Exempli gratia,inſtante mor

Finis bonus opus malum alleuiat non ſecundùm ꝓportionem æqualitatis, ſed rationis.

Certum finē malitiā oēm auferre non eſt inconueniens.

tis periculo, cui ſine pedis amputatiōe ſubueniri nequit, mutilatio, hoc fine ſalutis facta, purgatur à malitia: imò bona & laudabilis redditur: quę aliàs non præſtituto illo fine, cum rerum cōditione eſſet vitioſa. dico cũ rerũ cōditione: quoniam, non exiſtente in re huiuſmodi neceſſitate, illius finis præſtitutio nō purgaret à malitia op⁹. Replico, finis bonus à certo opere certam malitiæ portionē tollat: quæ ſit dimidium: ſic ille finis operi adueniens illā ſolam malitiæ portionē habenti totam auferret: & per cōſequens ipſum opus purgabit à malitia. Reſpondeo, nō totā auferret: maiorem enim malitiæ portionē à peiori actu, q̄ à minus malo ſubtrahit: quoniam non ſecundùm quātitatis, ſed proportionis, aut rationis ęqualitatem, fit decrementum.

Finis qualiter ad opus bonum aut malum, aut indifferēs ſe habeat.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Opus indifferens finem ſequitur: bonũ aũt à bono fine augetur: & à malo fine maculatur: malũ verò malo fine deterioratur, & fine bono alleuiatur. Primũ patet, op⁹ indifferens non aliunde malitiam, vel bonitatem habet, vt ſuppono. Corollarium. in his quæ ex ſuo genere bene & malè fieri poſſunt, eſt potiſsimè inſpiciendus finis: dixi potiſsimè: quia aliunde, put eminente ſcandalo, aut alio huiuſmodi vitando, poſſent talia opera indifferentia etiā bono fine facta vitiari. Reliquam propoſitionis partem oſtendo: nam fine bono augetur ad rectam rationem cōformitas, ſcilicet, plenius de circũſtantijs dictantem: tum etiam, cùm det operi indifferenti bonitatem: dabit eam pariter operi aliàs bono: & per cōſequēs eius augebitur bonitas. Operis aliàs mali finis bonus, difformitatem ad rectā rationē minuit. patet, aliquid habet excuſabilitatis ab illi⁹ finis boni allectione qua ad opus illud mouetur agens. Quod autem fine bono vitietur opus aliàs bonũ, claret: nam per hoc rectæ rationi difformatur dictanti nō malo fine eſſe operandum. Conclude inſuper opus aliàs malum aggrauabit: nam difformitas difformitati addita difformitatem auget.

Finis fines ſubordīatos

¶Secunda concluſio. Finis malus omnes ſubordinatos ad eum fines vitiat, aut aggrauat; bonus autem finis, eos

non aliunde vitiatos format bonos: aut præexiſtẽtes bonos meliorat, aut alleuiat malos (nomine finium eorum actus ſubordinatos intelige) patet ex præcedente hęc cõcluſio, ſint quatuor actus hic ſubordinati: quartus tertiũ vitiat ordinatum in eũ, vt patuit: & eadem ratione hic tertius vitioſus, ſecundum vitiabit ordinatũ in eum: & ſecundus primum ordinatum in ipſum. ¶ Ex quo patet quàm periculoſum ſit finem aliquem malum in operabilibus ſibi præſtituere: & illi pertinaciter adhærere. Frequẽter enim ſunt huiuſmodi pernicioſæ radices vitiorũ ſentinæ: ex quibus quandoq; valde remotæ per continuam ſubordinationem, varia oriuntur opera: & nonnunquã latenter: quæ omnia etiam de genere bonorum exiſtẽtia à radice illa venenoſa inficiuntur, ad quam ordinatim, vt media retorquentur: de his radicibus eſſet inordinatus ſuijpſius amor, aut proximi odium, aut inuidia, aut gloriæ vanę appetitus, aut huiuſmodi: quibus periculoſum eſt aſſueſieri: ne ſic latenter per longam operum ſubordinationem vitientur opera. Conſultè igitur eligendi ſunt, tanquam virtutum ſeminaria, honeſti quidam fines: quibus aſſueſcat homo, inhoneſtos à ſe reijciens, quibus quidem aſſuefactus radicibus quaſi modò naturæ etiam latenter quæ honeſta ſunt operabitur ad illos fines conducentia: quorum ſummus præcipuusq; infinitæ bonitatis præſtituatur deus.

præcedẽtes vitiat. i. eorum actus.

Finis mali pſtitutio q̃ periculoſa.

Cõſultè ſunt eligẽdi fines honeſti quibus aſſueſcat homo.

Eſt finis qualificet moraliter opus, nõ tamen ſecũdũ æqualitatis proportionẽ: ſed iuxta rationis mẽſuram. Non igitur finis bonus, aut malus de neceßitate operi capaci præbet æqualem ſibi bonitatem, vel malitiam: nec pariter bonus à malo æqualem ſuæ bonitati malitiam aufert: neque malus à bono ſolùm æqualẽ ſuæ malitiæ tollit bonitatem. Quò fit notum, fines non penes eorum proportionem ſua modificare opera: non enim finis duplò melior, aut deterior duplam dat operi capaci bonitatem, aut malitiam: nec duplò plus alleuiat, aut aggrauat. Et hoc duplici ratione:

Finis non ſecundũ ęqualitatis pportionem qualificat opus, cuius cauſſa habetur duplex.

primò quoniam finis non ſola entis:nec ſola moris bo-nitate vel malitia:ſed congrua, vel incongrua ipſius fi-nis ad opus habitudine redditur operi debitus,vel inde bitus:plus vel minus : non autem ſemper vbi eſt maior entis perfectio,aut maior moris bonitas eſt congruentior finis ad medium finalis habitudo:hinc non oportet(cre-ſcēte tali ipſius finis bonitate,vel malitia)creſcere æqua liter operi moralem bonitatem,vel malitiam. Secunda non ex ſola finis habitudine ad opus prouenit operi mo ralis bonitas,aut malitia : ſed ex alijs multis : quæ ſæpè non omnia (vno aucto) augentur,prout ſunt gradualis intentio, conatus obligatio, pariter alia materiæ,vel lo-ci.vel temporis,vel aliarum circunſtantiarum conditio.

PRIMVM NOTABILE.

Finis bonus operi bono addere bonitatem eſt tri-pliciter.

¶Triphariam imaginabile eſt finem bonum operibono præſtitutū bonitatē ei addere: videlicet an inſpecie ope-ris an finis, an in ſpecie vtriꝗ condiſtinctā? gratia exem-pli, operi fortitudinis finis tēperantiæ præſtitutus, an ei fortitudinis:an temperantię bonitatem tribuat?an vtriꝗ condiſtinctam? idem in malis, furto homicidium pro fi-ne intentum:an ei furti?an homicidij?an vtriꝗ condiſtin ctam adijciat malitiam? Suadeo ſecundum:& intellige quò ad bonitatem,aut malitiam,gratia bonitatis,aut ma litiæ finis ſuperadditam,tum primò ; nam opere indiffe-renti finis bonus ſuæ ſpeciei bonitatem adijcit: & malus malitiam:igitur & bonus bono, atꝗ malus malo.Conſe quentia patet:nihil obſtat,tum etiam prohibitione finis prohibetur operis in ipſum relatio: igitur malitiam finis induit opus relatum,idem de bonitate,mortale igitur ve nialem malitiam ex veniali fine contrahit:veniale morta lem ex mortali,ſicꝗ duabus inuoluitur malitijs ;idem in bonis conclude fortitudinis, temperantiæ, aut iuſtitiæ opus,cui charitatis finis præſtituitur,duabus illarum ſpe cierum bonitatib⁹ ornatur.dixi ſuprà,& intellige quò ad bonitatem, aut malitiam,&c. nam ſecus de alia quæ ex

alterius

alterius originis habitudine conſurgeret,de quo futurus eſt ſermo. Tertiũ pariter non abſq; apparentia eſt:tum primò finis & medij dictamina ſunt ſpecie diſtincta: igitur & conformitates, ſeu bonitates.tum ſecundò: relatio eſt quid tertium vtriq; ſuperueniens extremorum:igitur & bonitas ex ea conſurgens:ſic & diceretur eſſe con diſtinctum præmium. Cui hæc placet imaginatio dicat duplicem alicuius generis eſſe bonitatem,aut maliciam: Vnam relatiuam,alteram abſolutã:eaſq; ſpecie ſpecialiſſima differre.

Finis venialis an mortale aggrauet mortaliter.

¶Secundũ notabile.Nonnullis indiſtinctè aſſerere placuit fine veniali mortale mortaliter aggrauari: alijs non, niſi venialiter.Dico autẽ duo.Primũ venialis finis quãq; mortalit̃ aggrauat qñq; venialiter,quãq; vtroq; mõ:nõnũquã alleuiat:id cõcluſiões patefaciẽt.Secũdũ,nulla aliunde poſita eius ad opus quod finit diſcrepantia: ſed ſola veniali conſiderata malicia aggrauatur opus, duntaxat venialiter.probo,quantum eſt ex hoc,nõniſi prohibitione finis prohibetur operis in deum relatio: non igitur à tali fine aliam induit maliciam.tum etiam operi indifferẽti non aliam præbet maliciam.dixi non aliunde &c.non enim ſola finis in ſe bonitas moralis, aut malicia addit operi quod finit rectitudinem,vel obliquitatem:ſed congrua,vel incongrua medij ad eum habitudo: hinc contingit eundem diuerſorum operum finem opus vnum mortaliter viciare:aliud venialiter:aliud relinquet indifferens:aliud verò reddet bonum,vel melius. Nomine finis intentionem,quæ eſt voluntatis actus intellige.

PRIMA CONLCVSIO.

Finis in ſe bonus operi bonitatem adijcit quãdoq; minorem,quàm

¶Finis in ſe bonus operi,quod finit bonitatem adijcit quandoq; minorem quàm habeat: aliquando nullam: nonnunquam vitiat:hæc tria oſtendo.contingit aliunde quàm ex parte bonitatis eſſe illorum trium modorum finibilitatis habitudinem. Exemplum primi, amor dei propter quem fit opus bonum ei bonitatem præbet ſuam minorem,oſtendo: maiori debito eſt diligendus deus, quàm aliud propter ipſum, patet,propter quod vnunquodque tale, & illud magis. Eſt igitur

habeat,aliqñ nullam,quandoq; vitiat.

plus rationi conſentaneum deũ diligi,quàm aliud propter ipſum. Tum etiam à fonte bonitatis finis plus diſtat mediũ.Prætereà minus de voluntario habere videtur. Amplius.aliâs proximi dilectio qua ſolus ipſe diligitur, in deum tamen relata,eſſet dilectione dei præſtantior:et generaliter omnis operatio bona in deũ dilectum ordinata:patet,cum ſua propria bonitate aliam bonitati dilectionis dei æqualem indueret:non loquor hîc de actu tertio,qui ſimul eſt medij & finis: ille enim vtriuſq; bonitatis extremorum eſt particeps:& vtroq; actu extremorum,cæteris alijs paribus| melior. Exemplum ſecundi, certa liquoris potatio,quæ nihil ad morbi curationẽ conferre noſcitur: ipſa propter hunc finem bonum volita, non ab eo bonitatem ſuſcipit,& idem vbi eſſet opus in ſe bonum,nihil tamen habens conducibilitatis ad huiꝰ finis adeptionem.Exemplum tertij,poteſt bonus eſſe finis pecuniarius atq; lucroſus: pariter licita beneficij collatio,aut mutuatio quarum vtraq; illo fine facta vitiatur quanquam in ſe bonus ſit hic finis: & medium in ſe licitum:non tamen ipſum eſt illi fini debitum:imò iure prohibitum tali medio hunc finem aſſequendum. beneficij enim collationem efficit ſymoniacã & mutuũ vſurariũ.

Finis malus operi dat malitiam, quandoq; maiorẽ ꝙ habeat, quandoq; minorẽ, aliquãdo alleuiat.

¶Secunda concluſio.Finis malus operi dat maliciam, quandoq; maiorem quàm habeat, quandoq; minorem: quandoq; alleuiat.Exemplum primi,finis lucroſus,atq; pecuniarius in ſe venialis,poteſt mortaliter beneficij collationem vel mutuum viciare:cùm huiuſmodi medium ſymoniaca labe,vel vſuraria commaculet.Exemplum ſecundi,aliqua iactantia in ſe venialiter vana fiat propter adulterium,ipſa eſt eo leuior:nam ab origine maliciæ fornicariæ remotior:prætereà minus habet de voluntario.tum etiam propter quod vnumquodq; tale & illud magis.Eſt igitur in ipſo adulterio maior difformitatis ratio.Amplius,aliud quantuluncunq; opus in ſe malum cuius finis ſit dei odium eſſet hoc odio deterius. nã grauitatẽ grauitati odij det æqualem:& aliam ſibi propriam haberet.Exemplum tertij,contingit finem venialem vehementer ad mortale opus allicere.ſic igitur illo fine ve-

niali alliciēte attenuabitur mortalis malicia, quāuis venialem contrahat maculā opus alleuiatū: huiuſmodi enim eſt ſenſualis motus fortiter voluntatem alliciens ſenſui obtemperare per mortale opus.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum. Idem finis venialis vnum opus mortaliter aggrauans, aliud venialiter maculat: pariter idem opus vno fine veniali venialiter aggrauatum alio fine veniali mortaliter vitiatur: ſic quandoq; finis aliā maliciæ ſpeciē quàm ipſe in ſe habeat operi tribuit. Finis venialis vnū opus venialiter aggrauās aggrauat aliud mortaliter.

¶Secundum corollarium. Opus idem malicia mortali & malicia veniali pariter & malitijs mortalibus diuerſarum ſpecierum ex diuerſis finibus inficitur.

¶Tertium corollarium. finis bonus diuerſis operibus malis præſtitutus non æqualiter alleuiat: patet, contingit malicias ſpecie differre: & ſic vnius quantuluncunq; gradum quantocunq; gradu alterius deteriorem eſſe: & per conſequens à peiori maiorem aufert maliciam circa quod.

¶Primum dubium, qualiter idem finis bonus peccata inęqualia alleuiet? Reſponderi ſolet quod proportionaliter ſcilicet vnum peccatum ad ſubduplū alleuiās quodcunq; aliud ad ſubduplum alleuiabit: & ita alleuiās vnū ad ſubtriplum aut alia proportione attenuabit quodcūq; aliud eadem proportione. Gratia exempli, malicię medietatem ab vno auferens, tollet pariter cuiuſcunq; alterius peccati medietatem maliciæ. In vniuerſali documētum patet ex dictis eſſe erroneum: non enim ſola finis bonitas aut malicia: ſed alia eius ad medium habitudo alleuiat, aut aggrauat: quo ſit fine in ſe bono opus aliquod allleuiari, & aliud aggrauari, quare ipſe duo alleuians poterit non æquè proportionaliter ea alleuiare, ſed plus vnum altero. Idē finis bonus qualiter peccata inæqualia alleuiet.

¶Secundum dubium, an contingat finem bonitati ſuæ æqualem, aut maiorem operi bono tribuere, an voluntatis feruor circa finem operi præbeat bonitatis aut maliciæ augmentum, vel decrementum & qualiter; tibi pro nunc contemplandum relinquo,

Finis ꝓ principalitas vniꝰ in quo conſiſtat.

Diuerſorum finium tam diſparatorum, quàm ſubordinatorum: tam appreciatiuorum, quàm allectiuorum vnius principalitas non in hoc conſiſte reputetur, quòd intēſius moueat: ſed appreciatius. Contingit itaque eorum minus principalem intenſius mouere, intenſiuſq; adamari. Ac eſſe operis cauſſam ſine qua non. Et quemadmodum amore nullus determinato præcipitur gradus, aut prohibetur: ſic nec ſola amoris obiecti perfectioris remiſſio, nec ſola amoris obiecti imperfectioris intenſio actum viciat. Quare amoris ſuper amorem exceſſus gradualis neutrum maculabit: appreciationis autem exceſſus ſic: penes quem non penes illum, attenditur diligendorum charitatiuè ordo.

Diligendorū ordo non penes amorum intenſionem ſed autorum appreciationem.

PRIMVM NOTABILE.

Fines diſparati: fines ſubordinati.

¶Operis fines diſparati ſunt in quos opus refertur: & eorum nullus in alterum. Subordinati autem ſunt, quorum ordinatim vnus in alterum refertur. Et dupliciter, vno modo recta ſubordinatione, prout princeps pecuniam colligit ad manutenendum exercitum: exercitum congerit ad propellēdos hoſtes: hoſtes propellit ad quietè poſſidendum regnum: regnum quiete poſſidere cupit ad regendam rectè politiam: regere eam deſiderat, pro ſubditorum bono corporis & animæ: hæc bona eis optat propter deum cui grata eſt hæc æquitas. Alio modo reciproca ſubordinatiōe, ſcilicet gratia exempli, ametur a propter b: & b propter a. Hoc non abſq; dubio eſt, ꝙ eū ſit impoſſibile: nā ſic amor, a, eſſet amoris, b, cauſa efficiēs: & amor b, cauſa efficiēs amoris a: cū iſtdꝰ ſit ama re, a, ꝓpter, b, et amare| b, ꝓpter a & ita vides ꝙ difficile captu ſit qualiter deus propter mercedem diligatur: & rurſus merces vltimatè propter deum: nam ſic mercedis amor eſſet amoris dei efficiens cauſſa: & amor dei cauſa amoris mercedis. Sed iam in oppoſitum: nam eum cuius venter deus eſt, contingit velle viuere, vt edat: velle pariter edere vt viuat. Dico igitur ad obiectionem

multipliciter. Primò effectus poteſt eſſe ſuæ cauſſæ cauſſa efficiens conſeruatiua. Secundò, poteſt eſſe eius cauſſa efficiens augmentatiua. Tertio poſſibilis eſt mutua atque reciproca cauſſalitas in ſpecie, & ſi non in indiuiduo: ſic quod aliquis amor ipſius a, aliquem amorem ipſius, b, producat: & aliquis amor, b, aliquem ipſius, a. gignat amorem. Quarto in indiuiduo eſt reciproca cauſſalitas aptitudine, ſcilicet hic amor ſit iſtius amoris cauſſatiuus: & iſte idem illius. Quinto dico, & id notãdũ, videlicet meram finalem relationem eſſe ab efficiente cauſſalitate extremi ab extremo ſeparabilem: poteſt enim deus actum tertium medij & finis cum duobus actibus extremorũ neutro actuum coagente, infundere animæ: quo facto diligetur, a, propter, b, (gratia exẽpli) proximus propter deum, non tamen amor proximi à dilectione dei cauſſabitur.

Effect⁹ multipliciter poteſt eſſe cauſa ſuæ cauſſæ.

¶ Secundum notabile. Graduale actus volũtatis augmẽtũ, ex duplici cauſſa prouenire poteſt. Primò ex conatus voluntatis magnitudine: & forti cauſſa voluntati coagente: ſic enim volũtate ad mercedis æternę, ad amorẽ feruẽtius conante, quàm ad dei dilectionẽ, cęteris alijs paribus producetur mercedis amor amore dei inteſior. Secũdò voluntate ad vtrunque æqualiter conante, ipſi tñ voluntati coagente cauſſa fortiori ad mercedis amorem quàm dei (gratia exempli: ſit amoris mercedis intenſior habitus, quàm habitus dilectiõis dei) ſic mercedis amor dilectiõe dei intenſior naſcetur.

Augmẽtum graduale actus volũtatis ex duplici cauſa eſſe poteſt.

¶ Tertium notabile. Certa obiecti conditio, eſt plerũque maioris appreciationis, etiam in actu remiſſiori cauſſa cõtingit ſocium actu valde intenſo diligi & fratrem actu valde remiſſo: ipſum tamen fratrem ex hac obiecti conditione plus appreciatiuè diligi, cuius experiẽtia eſt, quòd in arduo nocumẽto, vel grãdi bono trãſiretur, poſtpoſito ſocio, ad fratrẽ. Sic cõtingit creaturã deo intenſius diligi, deũ tamẽ plus appreciatiuè ex obiecti cõditione, qui eſt diuinitas, aut infinita bonitas: ſic quòd potius, data electione: à creaturæ amore quàm dei deſiſteretur ſeu poti⁹ malũ creaturæ quàm dei eligerẽt: ſi foret poſſibile deo malẽ

Charitatis ordo nõ ſubuertitur ſolo graduali exceſſu amoris ſuper amorem, ſed appreciationis.

eſſe. PRIMA CONCLVSIO.

¶Non actum viciat ſolus intẽſionis gradualis exceſſus amoris ad amorem. Exempli gratia: amans mercedem cœleſtem actu intenſo vt ſex: & deũ actu intenſo vt quatuor: intenſius diligit mercedem quàm deũ: nec peccat: patet, præcepto dilectionis dei ſatisfacit illo actu, cum non ad gradũ intenſiorem obligetur, imò per remiſſiorem ſatisfaceret: ſatisfacit pariter præcepto dilectionis mercedis promiſſæ, nec alterius præcepti includitur illic tranſgreſſio: igitur non peccat: modò plus appreciatiuè deum diligat: ſcilicet dilectioni mercedis amorẽ dei præferens: aut rectius obiectum obiecto: ſic quòd citius non eſſe aut ſimile ipſi mercedi eligat quàm deo. Notũ eſt igitur communiter charitatis præceptum non abſque opere conſilijs impleri ſ. deum vel proximum gradu intenſiori diligendo, quàm quis determinatè obligetur.

Charitatis p̃ceptũ nõ abſq; actu cõſilij obſeruatur.

Obijcies, deum toto corde, tota anima, tota mente tenemur diligere. Matthæi. xxij. & Luc. tum etiam Augu. de perfectione iuſtitiæ. Præceptum de dilectione dei ſuper omnia hac in via non penitus, ſed ex parte impletur: quia ex parte diligim⁹ ſicut ex parte cognoſcimus. Hęc autem non vera eſſent ſufficiente dilectionis gradu remiſſo ad præcepti obſeruantiã. Reſpondeo negando minorẽ: primæ enim autoritatis communis expoſitio eſt illis tribus vocabulis toto corde &c. ordinatim intelligẽdo voluntatem, intellectum, & vim ſenſitiuam: & per totũ intelligendo perfectũ: ſitq; ſenſus: perfectè tres illas vires deo applicando: & id poſſumus etiam in via implere, perfectè quidem perfectione debitę obligationis: ſcilicet quantùm obligamur, non autem perfectè perfectione omnimodæ poſſibilitatis: perfectius enim in patria quàm hîc implebitur: nã ſine interruptione, ſine retardatiuo cũ maiori auxilio, tã cognitiõis intẽtiuæ, q̃ obiecti præſentis: ad hmõi tamẽ cõſummatã pfectionẽ nõ hîc in via arctamur, põt igiť impleri in via quãtũ ad id ad q̃ tenemur: ſed nõ quantùm ad oẽm poſſibilitatis modum.

Dilectionis dei ſuper oĩa pręceptũ qualiter in via impleri poſſit.

¶Scd'a cõcluſio. Maiorẽ amoris rõnẽ arguit ap̃pciatio, q̃ gradualis ĩtẽſio. patet, ꝑ hoc maioris reputatiõis habetur

atq; alteri præfert, vt rõ iubet: citiuſq; altero q̃ illo carere vellet amãs. Dei igit̃ dilectio remiſſa cũ apꝑciatione maiori, magis ratioñe amoris participat, quàm valde inteſ⁹ mercedis amor ſine tãta rei appreciatiõe: prout minor auri portio maiore argẽti portiõe maioris eſt appreciatiõis.

¶Tertia concluſio. Viatore mãdata tã ꝓpter deũ quàm propter mercedẽ obſeruãte horũ finiũ ille eſt principalis cenſendus qui magis appreciatiuè diligitur ſi enim plus appreciatiuè diligatur merces: ſic merces eſt principalis finis: & eius eſt amor inordinatus: eſt o quòd ſit dilectione dei remiſſior: hocq; fine inordinatè amato vitiatur mãdatorũ obſeruãtia. ſi autẽ magis appreciatiuè de⁹ ametur: eſt finis principalis: eiuſq; amor pariter & alter ordinatus eſt & mãdatorũ obſeruãtia meritoria etiã inteſiore exiſtente mercedis amore, ecq; circunſcripto viator non allectus mercede mãdata nõ obſeruaſſet. nã, vt ſuprà dixi, cõtingit cauſſam minus principalẽ eſſe ipſius effect⁹ cauſſam, ſine qua hoc eſt qua circũſcripta nõ fieret effect⁹.

Finiũ multorũ principalitas vnius in quo cõſiſtat.

¶Quarta concluſio. Viatore mandata propter deum & finẽ alium honeſtũ obſeruante, poteſt dupliciter id contingere. Vno modo ſubordinatis illis finibus: & ſic deo pro fine appreciatiuè principaliori pręſtituto, eſt debitus ordo: fine aũt creato appꝑciatiuè principaliore ꝑſtituto, eſt indebit⁹ ordo atq; ſubuerſus. Alio mõ cõtingere põt finib⁹ illis nõ actualiter ſubordinatis: & ſic nullo ſpeciali pręcepto viatore obligato ꝓ tũc actualiter deũ diligere aut fini creato finẽ actualiter ꝑſtituere increatũ: quod frequẽter accidit: cũ nec ꝓ ſp dei reminiſci teneat̃ viator: ſic abſq; vitio eſt hęc nõ ſubordĩatio: ſi aũt ſpeciali aliquo pcepto obligaretur ꝓ tũc deũ diligere: & illi creato fini finẽ increatũ actualiter ꝑſtituere: ſic vitiaret̃ hmõi actualis ſubordinationis omiſſio: hęc oĩa ſatis ex ãtedictis patet.

Præceptũ propter deum et aliũ finẽ dupliciter obſeruari cõtingit.

¶Primũ dubiũ incidẽtale de diligẽdorũ ordine penes quid ſumatur? Reſpõdeo, principaliter penes appreciationis modũ. Eſt enĩ quadrupliciter vnũ pl⁹ alio diligi. ſ. naturali⁹, inteſi⁹ cõmodi⁹ et appciati⁹. Prĩo qdẽ mõ plus i. nãli⁹, nõ tenet̃ qs aliũ à ſe pl⁹ ſeipſo diligere cũ nec eius ſubdit ptãti. Scdo pariter mõ. i. ĩteſi⁹ nõ tenetur vt ſuprà

Charitetis ordo penes qd attẽdatur.

Diligi vnum plus alio et quadrupliciter.

oſtendi. Quò autem ad tertiũ, videlicet plus magnitudi-ne cõmodi, ſummũ deus obtinet gradũ: & ſuper omnia eũ diligere tenemur: videlicet maius bonũ, quàm cuicũque alteri obligamur ei velle: prout congratulãdo ipſum eſ-ſe deũ: & ſic ipſum eſſe infinitè omnipotentè, infinitè ſa-pientè, infinitè bonũ &c. Quò autè ad quartũ, hoc eſt plus appreciatiuè, eſt idem dicendũ: ex his enim duobus ex-tremis modis, fit authoritatũ concordia, diliges proxi-mum ſicut teipſum. ordine autem & charitatis primò te ipſum: primũ verificatur b[illegible]itudine: boni æterni: ſecun dùm autè appreciationis comparatione: debet igitur via tor proximũ, vt ſeipſum diligere, ſ. ad æquale bonũ æter-num: plus tamè appreciatiuè ſeipſum diligere tenetur: & potius nolle ſeipſum carere deo, aut damnari, data ele-ctiõe, quàm proximũ. An autè aliquas creaturas debeat viator, aut alius ſupra ſeipſum magnitudine boni dilige re? Reſpondeo ſic. ſ. cõgratulari atque velle maius bonum ſibi ineſſe: prout ſunt creaturæ quas quis fideli aut ſuffi-cienti teſtimonio nouit eſſe à domino ad maiorem bea-titudinem quàm ipſe ſit ordinatus.

Viator debet proximũ vt ſeipſum dili-gere.

Finem tripli-citer accepta ri contingit.

¶ Secũdũ dubiũ. An in finis præſtitutione ſit habenda formaliter ſummi, vel nõ ſummi ratio? Reſpõdeo nõ: tri-pliciter enim finis aliquis aut obiectũ aliquod acceptari poteſt: vno mõ tanquã ſummũ bonũ. Alio mõ tanquam nõ ſummũ. tertio neutraliter. Primo mõ amor creaturæ eſt inordĩat⁹: & amor dei ordinatus. Secũdo mõ ecõuer ſo, amor dei inordĩnat⁹ & amor creaturę ſic. Tertio autè mõ, amor creaturę põt eſſe ordĩnat⁹: de deo aũt id è mi-hi vr̃ mõ nõ aliud obſtet: quoniã nõ pro ſemper quis hanc ſummitatis cõditionè cõſiderare tenetur: igitur nec ſub ratione ſummi eum pro ſemper diligere.

Finis habitu dinè multipli cè denotare poteſt hęc di ctio propter.

Secũdũ. aut præter, vel cõtra naturã finis: põt rõ atque appetitus certã fini cõditionè præbere: hoc eſt, eum ſub huiuſmodi cõditiõe oſtèdere: atque acceptare: pa riter & medium. Iuxtaque finium multiplicitatem hæc dictio propter multiplices poteſt finis rationes denota-re: quorũ modi (vt verbis Iſidori ad aliud tamè propoſitũ

loquêtis vtar) quia medullitus non indagantur: in erroris labirynthum nonnulli intricando, impingnntur: cùm antè iudicant quàm intelligant: antè culpant quàm iterando lecta perquirant. Et quamuis finis ſit in intentione primus, & vltimus in executione: atq; per mediorum executionem in finem ordinatorum fiat finis executio: non tamen omne quod ex huiuſmodi medijs deſideratur vel timetur euenire, eſt illorum mediorũ finis existens autem finis non ſemper omnibus præſtituitur modis, quibus euenire deſideratur, aut timetur. Quòd in vitijs, aut virtutibus formalem ſuam rationem à fine accipientibus (prout vſura, ſymonia, & huiuſmodi) diligenti perſcruteris indagine: ne iudicij leuitate temere aberres: ſola enim intentio formalem gignit vſuram atq; ſymoniam: omnemq; huiuſmodi in ſuis materijs cauere poteſt doloſa mens atq; fraudulenta: non autem quamlibet in eis euadere iniquitatem, aut pœnam.

Finis nõ prę ſtituitur, quibus euenire deſideratur vel timetur.

PRIMVM NOTABILE.

¶Triplici conditionis habitudine poteſt in finem oſtẽdi medium; videlicet conducens, impertinẽs, repugnãs. Exemplum primi: ſanitas recuperanda præſtituatur finis potionis naturam habentis curandi morbum. Exemplũ ſecundi: pro fine præſtituatur leuationi feſtucæ ſanitas: vbi neq; eſt conducens habitudo, neq; repugnãs. Exemplum tertij: potioni venenoſę intendatur pro fine ſanitas quæ ea deſtruitur: vel augmentum gratiæ finis operis vitioſi: quod potius ipſam exterminat gratiam.

Finis mediũ oſtenſum triplex.

¶Secundum notabile. Contingit aliquem credere opus ſuum eſſe ad certum finem productiuum: illumq; finem ſperare atq; deſiderare: nec tamen tali operi illum præſtituere finem: patet, contingit eum non illo fine: ſed alio ad opus moueri. Exempli gratia, qui nullo pacto ſanitatis amore corpus exerceret, eminente tamen pecuniario lucro, vel amici gratificatione, aut ſuperioris præcepto ipſe corporaliter operatur præuidens ex huiuſmodi exer

Sperari contingit aliquid ex ope quod non pręſtituitur illi finis.

citio obuenturam, quam deſiderat, ſanitatem: ſic ex hypotheſi ipſe ſcit: & deſiderat opus illud perducturum eũ ad ſanitatem: non tamen iſto fine operatur: idẽ circa vſuræ, ſymoniæ, aut alterius vitij materiam.

PRIMA CONCLVSIO.

Euentus præuiſus opus quũq; non vitiat qui deſideratus vitiaret.

¶Quandoq; euẽtus ex opere præuiſus, opus non vitiat qui deſideratus ipſum macularet, patet, qui indigens petit ad vſuram ei mutuari ſciens tradentem inde peccaturum non peccat ſic accipiens: qui tamen illum effectum deſiderans, aut eum pro fine præſtituens peccaret: pariter qui cum infideli pro alicuius contractus robore iuramẽtum per idola ſuſcipit, ſciens eum per hoc peccaturũ non peccat qui hoc deſiderans, aut pro fine præſtituens delinqueret: neutrobiq; enim intenditur proximi culpa: ſed illic neceſsitati ſubuentio: & hîc ipſius contractus ſtabilitas atq; roboratio.

Euentus deſideratus quãq; op⁹ non inficit qui ꝓ fine præſtitutus ſordidaret ipſum.

¶Secunda concluſio. Nonnunq̃ aliquis euentus operi pro fine præſtitutus, opus ſordidat: qui ipſum non vitiaret duntaxat ſperatus atq; deſideratus: patet, contingit ꝓhiberi illo fine opus fieri & concedi, ſperari, atq; deſiderari illum euentum opus concomitantem: poſſet enim ſuperior certam operi ordinare mercedẽ prohibendo fieri illo fine opus: quo facto ſperare liceret atq; deſiderare ex tali opere mercedẽ: opus tamen fine illo mercenario facere non liceret.

¶Dico enim alicui mutuans eum cognoſcens liberalem & gratuitẽ aliquid repenſurum, ſperanſq; atq; deſiderãs: non tamẽ hoc fine mutuans: imò aliâs mutuaturus non per hoc peccat: qui tamen illo fine atque vi illius mutuãs peccaret tanq̃ vſurarius. Sic in alicuius ſpiritualis collatione ex qua quis ſibi temporale præuidet commodum: atq; ſperat & deſiderat non peccat per hoc: qui tamen labe ſymoniæ macularetur hoc fine vicq; huius temporalis lucri ſpirituale conferens: hoc ex definitionibus vſuræ & ſymoniæ euadet manifeſtum: & ſequentibus dubijs euceſcet.

Vſuræ defi-

¶Primum dubium. An omne lucrum ex mutuo obueniens ſit vſurarium: Reſpondeo non: ſolet enim definiri

vſura,eſt vi mutui ſperatum lucrum:aut ſic:eſt lucrum ex mutuo principaliter intentum : iſtud eſt vſurariæ volitionis obiectum,quæ ſcilicet eſt volitio lucri vi mutui intenti,aut interior actus illi æquiualens: prout volo propter lucrum mutuare ; aut nolo niſi propter lucrum mutuare. prohibetur enim diuino iure vſura, prout ibi, mutuum date nihil inde ſperantes: inde id eſt vi mutui:nam aliunde lucrum obueniēs ſperari licitè poteſt. His ſcilicet quinque modis,occaſione gratitudinis mutuatarij præſtimatæ gratia vexationis redimendæ,cauſa intereſſe reparandi, vi alicuius iuſtè recompenſandi, gratia pœnæ iure interiectę. Exemplū primi,ipſius mutuatarij liberalitatis vices repenſuri præcognoſcitur beniuolentia : non tamē huius retributionis vi mutatur:nec ſperatur vi mutui refuſio ſuſcipienda:imò hoc circunſcripto mutuaretur: dico ſic mutuans,lucrumꝙ ſperans futurum non prauitate vſuræ inficitur,vt ex definitione & præcepto patet: mutuat enim nihil inde,id eſt.nihil vi mutui ſperans : & ita ex mutuo ſperat lucrum:& non mutuat propter lucrum. Exemplum ſecundi : mutuanti debitor eſt mutuatarius in decem quæ ſoluere recuſat, ei mutuat ille cum ſpe lucri(nomine vſuræ)ſummam aliâs debitam reſarcientis: illic non eſt vſura:quoniam non ex vi mutui, ſed vi aliâs debitum recuperandi ſperatur Exemplum tertij: probus mercator iuſtè & vtiliter pecuniam mercantijs exponere paratus,& malens id ꝙ mutuare:requiſitus tamen mutuat proximo indigenti cui intereſſe quod pati nollet patefacit : iſti licitum eſt vſq; ad ipſius intereſſe refuſionem incrementum vltra ſortem recipere. Exemplum quarti, mercator, vel operarius hac ſpe, vel intentione mutuat, vt alter iuſto precio ſuas emat merces : aut conducat operas vnde lucrum obueniat : etiam non aliâs mutuaturus ; prout apothecarius, vel molitor alicui vt ad ſuam apothecam, aut ad ſuum molendinum ille applicet:& ſit maior populi concurſus:aut operarius vt conducantur operæ ſuæ , quicquid opinentur alij dico licitè fieri poſſe : quoniam non vi mutui recompenſandi intenditur lucrum : ſed vi me-

nitio.

Vſuræ radix ex qua patet quinq; modis abſq; vſura ſperari poſſe lucrum.

cium, vel operarũ iuſto precio traditarũ: ſic igitur lucrũ eſt finis mutui alliciẽs ad mutuandũ: ſed nõ finis appreciãs mutuationi lucrũ: differunt enim hæ propoſitiones, hic ſperat ex mutuo lucrũ, hic ſperat vi mutui lucrũ. Exẽplũ quinti, à iudice ſub pecuniaria pœna indicitur mutuatario ſolutiõis mutui termin⁹ ipſi mutuãti applicãda: ſic in illius punitionem illo termino ſoluere negligentis, poteſt mutuans licitè crementum hoc pœnale præter ſortem recipere: nullo em̃ illorũ modorũ crementũ vi mutui recipit ſed alicuius iuſtæ cauſę, occaſiõe dico iuſtę cauſę, qm̃ vbi indebita occaſiõe cremẽtũ reciperet nõ vi mutui: & ſi nõ formalis ſit vſura: eſt tamen iniquitas atq; iniuſtitia quæ (creſcente dolo aut proximi detrimento) certam vſurã in malitia exuperare valeret. Corollariè ſequitur intentionem, vſuram facere: hinc in vſurarum fraudem ipſa volũtatis libertas atq; doloſa intentio omnem poteſt vſuram formalem cauere: videlicet aliquem prædictorum finiũ præſtituens: non tamen omnem euadet pœnam, aut malitiam. Ex dictis patet, q; æquiuoca ſit hæc propoſitio, hic mutuat propter lucrum: hæc dictio propter, poteſt finem dicere appreciationis lucri ad mutuationem, aut finem allectiuum ad mutuandum: & dupliciter, aut finem ſine quo fieret mutuatio, aut finem ſine quo non fieret: ſolus enim modus allectionis, non ſufficit vſuram parere: nec magis allicere arguit principalitatem finis vſuram facientis, ſine quo decipiuntur multi concludentes, ex quo aliãs, ſcilicet, imminente lucro iſte non mutuaretur, eum eſſe vſurarium quandoq; enim cauſa minus principalis eſt, ſine qua non fieret effectus: de his amplius atq; particularius in libello de vſuris ſermonem feci: hæc hîc ſufficiant.

Vſurã exuperat quæq; iniquitas infraudem vſurarũ commiſſa.

Intentio vſuram facit: eã; q; vitare poteſt mens doloſa.

¶ Secundum dubium. An omne temporale ex ſpirituali ſperatum, ſit ſymoniacum? Reſpondendum eſt quòd nõ Definitur enim Symonia communiter, ſtudioſa volũtas emendi, aut vendendi ſpirituale, aut annexum ſpirituali. Ipſa iuri obuiat naturali ex contractus conditione, cùm in eo non ſit debita pretij ad mercem proportio, imò cũctis opibus pręcioſior eſt res ſpiritualis. Prouer. iij. quare

Symonię definitio.

Actuum.viij. Petrus Simoni mago, pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri. Iure pariter diuino tam veteris, quàm noui teſtamenti prohibetur. In veteri enim lege, Giezi ſeruus Heliſei vendere tentauit miraculi donum, ſeu miraculum curationis quod fecerat Heliſæus. In noua autem lege Simon magus voluit à Petro donum faciendi miraculum emere: inde vendens Gieziticus appellatur: emens verò ſymoniacus communiter tamen ad vtrunque extenditur ſymoniæ vocabulum: nomine enim ſtudioſæ voluntatis, id eſt, deliberatæ volitionis æquiualens comprehenditur nolitio: prout iſta, nolo niſi pro temporali ſpirituale conferre. Triplici enim munere ſecundùm Gregorium committitur: ſcilicet à manu, ab obſequio, & à lingua: quibus aliqui munus ſanguinis adijciunt: quodlibet enim iſtorum, eſt pretio appretiabile: quare in ſpiritali collatione aliquod horum per modum formalis aut interpretatiuæ appretiationis interueniens, gignit vtrique contrahentium ſymoniam: differt in hoc ab vſura, qua ſoli mutuanti labes contrahitur vſuraria. Dixi per modũ appreciationis &c. Nam aliundè commodum temporale obueniens multipliciter non inducit ſymoniam: prout his quinque modis, videlicet ſolius gratuitæ beneuolētiæ occaſione, gratia vexationis redimendæ, cauſa temporalis intereſſe reparandi, ratione certi laboris recompenſandi, aut gratia mercedis mercenario debitæ. Exemplum primi, alicui beneficium collaturus futuram ipſius præuidet liberalitatem: eamque ſperat atque deſiderat cui confert: aliâs etiam intuitu idoneitatis impēſurus: dico non maculatur labe ſymoniæ voluntas huius. Exemplum ſecũdi, alicui iniuſtè detinenti ſortis beneficium iam iure acquiſitum, dat ſortes pecuniam non pro beneficio (cùm iam ex hypotheſi ſit ſuum, ſed quatenus iniuſta vexatio iniquaque ſui beneficij detentio impediatur: ſic non eſt ſymonia. Exemplum tertij, aliundè detrimentum temporale ingerit collatio: prout in corpore, in bonis fortunæ, vel alio huiuſmodi precio appreciabili, iuſteque refuſibili: licitum eſt non modò ſperari, ſed dari atque accipi huius

Symoniam munere triplici cõmittitur.

Symoniæ radix ex qua patet multis modis abſque ſymonia poſſe commodè ſperari tēporale in ſpiritualium collatione.

temporalis refuſionem; non vi ſpiritualis cui fiat huius appretiatio: ſed vi illius temporalis non annexi ſpirituali. Exemplum quarti: in præceptore iuuenes erudiente pręter doctrinam eſt corporalis labor atque vexatio tam in librorum reuolutione eorumque inſpectione, quam in documentorum prolatione: & eorum clara applicatione pro faciliori rei intelligentia: pro hoc itaque labore (qui eſt res temporalis pretio appretiabilis) dari poteſt atque accipi temporale. Exemplum quinti: iure mercenariatus, dign⁹ eſt mercenarius mercede ſua: quare ſeminans ſpiritualia dignè temporalia metere poteſt: non quidem vi ipſius ſpiritualis tanquam precio temporali appreciabilis: ſed vi iuris mercenariatus (iuris quidem diuini) hinc prout qui ſpiritualia ſuſcipiunt, tenentur temporalia ſeminanti refundere, ſic licitè poteſt quis ſine ſpe ſpiritualia ſeminare, etiam ſpe præbente cauſalitatem ſine qua non, id eſt ſpe, ſine qua aliâs (ſaltem non exiſtente aliundè ſeminandi vinculo) non ſeminaret, in hoc turpiſsimè aberrant plurimi qui antè iudicant, quam intelligant. Paulum intelligant primæ Corinth. ix. Debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi: ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus: vbi paulò antè allegans illud Deutero. xxv. ait: ſcriptum eſt in lege Moyſi: non alligabis os boui trituranti: illic igitur expreſsè tanquam licitum concedit Paulus arare atque ſeminare ſpirituale temporalium ſpe. Veruntamen ſecundùm Altiſsiodorenſem differunt in ſpe, ſed non pro ſpe. Dicit enim lib. ij. tracta. xxix. iiij. diſtin. quemadmodum qui præbendam daret, vt haberet pecuniam, qua ſubſtẽtetur, peccat mortaliter, quia ſymoniacus: ſic prædicans, vt ſuſtentetur, peccat mortaliter: nam ponit inappreciabile ſub pretio: & quamuis ſubſtentatio ſit res prędicationi debita, non eſt tamen finis ei debitus: vnde Apoſtolus, qui arat, in ſpe debet arare. i. qui prædicat, debet prædicare in ſpe habẽdi neceſſaria: non tamen pro ſpe habẽdi illa: neque ſequitur (inquit) poteſt quis eleemoſynam dare cauſa adipiſcendi bonum temporale non peccando: ergo & prædicare: nã eleemoſynã dare, eſt res corporalis & actio

Pręceptor pro labore poteſt accipere temporale.

corporalis.Hęc theorica eſt voluntaria.conceditur enim deus pro opibus noſtris beatitudinē retribuere:vbi nulla eſt appreciabilitas; quare dico etiā hanc verā,pro ſeminatione ſpiritualiū,dandū eſſe tēporale,& pro ſpe temporaliū licitū eſſe ſpiritualia ſeminare,atq; prędicare, vt ſubſtentetur,ſcilicet(vt ſupra dixi)iure mercenariatus, non iure appretiationis, valoris vnius ad alterius valorem:et cùm dicit ille doctor eſſe rem debitā,& non finē:hoc aliquid cōtinet ſubtilitatis : ſed nimia ſubtilitas iure reprobatur.In quā ſic obijcio.omnis effectus alliciens ad medium iuſtè cōducibile ad ipſum, imò quòd iure conceditur eſſe mediū cōducibile, poteſt licitè præſtitui finis ſub ratione qua iure cōceditur:ſed merces tēporalis eſt huiuſmodi reſpectu ſpiritualiū, vt ſacri eloquij teſtimonio ſupra oſtendi,igitur &c.aſſumptum probo:nullā difformitatem includet ſola referibilitas,probo : ex hypoteſi iure ordinatū eſt hunc effectū illo medio iuſtè obtinendū ; tū etiam ratio cauſalitatis finis eſt,mouere agens ad mediū tanq̄ cōducibile,ſed hic finis poteſt in ratione mercedis licitè mouere agens ad medium ſpirituale iure cōducibile ad illum :igitur licitè poterit tali ſub ratione cōſtitui finis.Dico ſub iſta ratione,quoniam ſecus ſub ratione appreciabilitatis:ſic igitur propoſitionis in qua ponitur hęc nota,propter,eſt diligenter equiuocatio examināda:put eſt hęc:ſpirituale propter tēporale, aut temporale propter ſpirituale confertur : nam dictione habitudinem appreciationis notante ; ſic eſt habitudo ſymoniaca aliter: prout in aliquo quinque membrorum ſupra enumeratorum excluditur ſymonia, dico excluditur ſymonia: quia his omnibus modis aliundè poteſt iniquitas interuenire ſymoniam aliquam excedens. Exempli gratia, ſi exigeretur merces prę magnitudine populo onèroſa,aut longè maior, q̄ ſtatui perſonæ pro hoc debeatur : aut ſi illorum modorum occaſione in perniciem rei eccleſiaſticæ palliarentur ſymoniæ : & ſymoniacis illo prætextu conſtrueretur ſpelunca eos in ſua fouens iniquitate:& à pluuijs pœnarum eoſdem protegens ; quis dubitat his eminentibus licere atque expedire contractus

Symoniā excedere poteſt alia iiquitas in fraudē ſymoniæ commiſſa.

Iniuſtitiæ alij qui nō vſurarij aut ſymoniacè puniuntur iuſtè pœnis illarū ex cauſa.

Iudicib⁹ aut ſacramētum baptiſmi miniſtrantibus nō min⁹ debetur merces q̄ miſſam celebranti.

pleroſq; non in ſe vſurarios nec ſymoniacos prohiberi ſub vſurarum, aut ſymoniarum ſtatutis pœnis: ſic ſi non ex culpa vſuraria vel ſymoniaca: ex cauſa tamen vſuræ, vel ſymoniæ vitandæ prohibentur. Non minus enim iudicibus, aut ſacramentum baptiſmi miniſtrantibus debetur merces, ꝙ miſſam celebranti. verumtamen iure cauſſa rationabili tam dari, quàm accipi prohiberi poteſt, nō ſolùm gratia pretii, ſed etiam mercedis. Tum primò: quia fortè aliunde eſt miniſtro ſufficiens aſſignata merces: tum etiam, quia mercedis datio, vel receptio alias foueret iniquitates: hac enim rationabili cauſſa in multis contractibus iuſtè interdici poteſt, quòd aliâs extaret licitum. In quorundam enim ſpiritualium miniſtratione, merces cōceditur dari & accipi: in quibuſdā autem minus ſpiritualibus prohibetur: deciperetur igitur qui ex hoc concluderet ſymoniacam eſſe huiuſmodi temporalis receptionem, etiam ſub pœna ſymoniarum prohibitam. Formalem igitur ſymoniam gignit intentio: & prout in vſura doloſa voluntas omnem formalem vſuram: ſic omnem formalem ſymoniam cauere poteſt: ſcilicet finem appretiationis temporalis in aliquo temporali non in ſpirituali præſtituens: non autem omnem malitiam per hoc vitaret: ſicq; cadens & in ſcillam cupiens vitare caribdim incideret in foueam quam fecit. Cùm enim tantæ ſit libertatis voluntas, vt etiam impoſsibilium eſſe cenſeatur, nō mirum vt eſt beneficium, vel aliud ſpirituale collaturus quantumcunq; temporale præſtituere valeat appreciationis finem ad aliquod quantulumcunq; temporale, non ſpirituali annexum, prout eſt perſonæ modic⁹ labor, par uæ expenſæ, & huiuſmodi, pro quo ſolo tacitè interius intendit aliud magni valoris temporale recipere: an ne fraudulentus, vel iniquus mercator pro lapillo, vel alia parui valoris merce magnum auri pondus recipiat: cui⁹ venditionem & ſi iniquam: non tamen vſurariam, aut ſymoniacam quiſꝙ diceret. Sequitur nonnunquàm præſumi ſymoniam vel vſuram, vbi nulla eſt; eſt tamen iniquitas quandoq; illa deterior aut non minus ꝙ vſura vel ſymonia punibilis.

Symonia formalē gignit intentionem eamq; vitare poteſt doloſa mens.

Voluntas cēſetur eſſe impoſsibilium.

Adeò

A Deo tanquàm ab immēſo fonte cunctæ ſcatent creaturæ,& ad eum tanquàm ad mare cuncti fluuij reduci debent atq; referri: ipſe igitur eſt alpha & o. primum ſcilicet rerum principium efficiens: & vltimus omniū finis. Primitatis efficientiæ ratio,eſt independens eius potentia infinita à quaquæq; alia pēdet. Primitatis autem vltimi finis ratio: videlicet diligibilitatis eius propter ſe:& omnium propter eum eſt bonitas eius ſumma atq; infinita: quare tam appreciatiuè quàm etiam allectiuè cunctis alijs finibus in re præeminet,ſummumq; obtinet faſtigium. Et quia nedum in ſe ſummè bonus eſt: verùm & creaturis bonus: hinc duplici hac bonitatis habitudine, vltimum finem diligendum conſtat: amore amicitiæ, vt in ſe bonus amatur: amore cōmodi diligitur, vt ipſi creaturæ bonus. Dato enim ad imaginationem, aut per impoſsibile, quòd nulli creaturæ eſſet bonus nihilominus quia infinitè in ſe bonus foret à creatura diligendus. Quamuis igitur finis increatus abſq; expreſſa ſummi profeſsiōe licitè amari valeat: & creatus abſq; nō ſummi: finiū tamē ordinē ſubuerteret q̄ i alio citra illū ſummū appciatiōis gradū repōeret,

Deus primū omniū principiū efficiēs, & vltim⁹ omniū finis illud ex omni potētia, iſtud ex finita eſſe aut infinita.

Dei duplex bonitas, & quadruplex dilectionis ſpecies.

RRIMVM NOTABILE.

¶Dupliciter cōſiderari poteſt finis perfectio: vno mō, vt in re exiſtens: alio modo, vt apparens. Et cōtingit quidē maiorē aut etiā minorē quàm ſit in re, apparere. Nequit enim à viatore cōprehēdi tota & totaliter dei perfectio præ ei⁹ magnitudinē et capacitatis viatoris finitate.

Finis perfectio dupliciter cōſideratur.

¶Secundum notabile. Ad amandum non modò allicit vera rei perfectio atq; bonitas: ſed etiam falsè apparens & maior apparēs, plus allicit quàm minor apparēs. Eſto quòd iſta in re ſit maior, Quare cōtingeret obiecti īcreati bonitatē atq; pfectionē obſcurè atq; enigmaticè & tenuiter apparētē minus quātum eſt ex hoc allicere; quàm certi obiecti creati apparētem falsè maiorem,

Finis perfectio tam vera quàm apparens allicitur.

¶Tertium notabile. Differunt apparere maiorē & magis apparere: apparere minorem: & minus apparere ſtat pedale & bipedale apparere quāta ſunt; ſed pedale clarius: bipedale obſcure. nec nec res minus apparere quàm illa: & non apparet minor, imò maior.

¶Quartū notabile. Dei bonitas intuitiuē verē apparens quacūq; bonitate obiecti creati verē intuitiuē apparente plus allicit atq; mouet (pono æqualē vtriuſq; intuitiōis claritatem) patet. illa eſt bonitas maior alterius generis plus rationalē appetitū allicientis quàm iſta: quinimo quorūdā opinioe allicientis vſq; adeo, vt creatā volūtatem neceſſitet amare hmōi increati obiecti bōitas atq; pfectio.

Dei bonitas intuitiuē apparēs allicit pluſquàm creata.

¶Quintū notabile. Ad cōpletā operis bonitatē nō requiritur ipſum p oēs medios pfectiōe entis ſubordinatos trāſire ad ſummū: nec maior rei bōitas aut entis pfectio citra gradū ſummū arguit debitū mai⁹ relatiōis operū in ipſum: viator em̄ nō tenet opa ſua in angelū tāquā in finē referre pluſquam in aliud citra eū imperfectius.

Amor Dei multiplex.

¶Sextū notabile. multiplex eſt amor, pariter & timor (nomine timoris actū intelligā, ad quē ſequit paſſio) dei enim amor filialis eſt, quo diligitur vt in ſe bon⁹. Amor initialis, quo deus amatur, vt nobis bonus ſcilicet allectione doni vel mercedis. Amor mūdanus, quo diligit tēporale cōmodū, gratia cuius deſeritur deus. Amor ſeruilis: quo creatura diligitur cū electione offendēdi deum p oti⁹ quàm deſiſtēdi: iſte actus pro obiecto diſſormitatē habet; quare intrinſecē malus. Aliter diſtingui poſſet, & ſola eſt nominū ęquiuocatio: ſcilicet quolibet corū deū pro obiecto habēte) amor filialis & initialis, vt dictū eſt, mundanus autem dei amor gratia temporalis habiti, vel habendi ſub quo cōprehendi poſſet mercenarius: ſcilicet amor dei gratia beatitudinis, vel alterius mercedis habēdæ. Amor autem ſeruilis: amor dei gratia ſeruitutis pœnæ futuræ vitandæ.

Timor multiplex.

Timor culpabilis duplex, quidā obiectiuē inuoluēs maliciā, qdā non.

¶Septimum notabile. eſt multiplex timor: quidam filialis. ſ. quoad dei offenſio pręciſē. quia in ſe boni timetur, etiam omni circūſcripto alio nocumēto inde obueniēte

Timor initialis quo quis offendere deum timet partim cauſſa offenſæ in deũ quia in ſe bonũ vitãdæ, partim gratia vitãdæ pœnæ. Timor mũdan⁹ eſt incõmodi hui⁹ ſeculi: ꝓut mutilatiõis, vel mortis, vel perditiõis bonorũ, vel priuationis delectationum, aut huiuſmodi. Timor autẽ ſeruilis eſt ſeruitutis pœnæ futuræ metus gratia cuius vitãdæ culpa declinatur, Vtrunq; horũ duorum generum bifariam eſſe poteſt: vno modo ſine difformitate, & ſic ſtare poteſt cum gratia. Alio modo cum difformitate: & dupliciter, vno modo difformitate actum informante id eſt ea in ſubiecto actus inuoluta: ſic timor mundan⁹, eſſet incommodi huius ſeculi metus includens offenſę dei volitionem gratia huiuſmodi incommodi vitandi. Timor autem ſeruilis eſſet futuræ pœnæ metus inuoluẽs pariter peccãdi electionem, ſecluſa pœna futurã, ſic enim vtriuſq; illorum generũ timor eſſet intrinſecẽ malus. Alio modo accipi poteſt non inuoluta pro obiecto actus difformitate volita: quãuis ad huiuſmodi timorem ſequatur quandoq; in aliquo difformitas: & hoc modo non niſi ab extrinſeco vitiaretur. quo ablato, incõmodi timor remanens mundari poſſet atq; purgari à malitia. Timor enim mercenarius, quandoq; dicitur mercedis perdendæ tanquam proprij commodi metus: & ſic ad initialẽ vel ad ſeruilem pertinet. quandoq; tamen pro metu ſeparationis à deo non gratia proprij commodi: ſed gratia bonitatis dei in ſe, & propter ſe dilecti ſumitur: & ſic ad timorem ſpectat filialem: nec propriẽ mercenarius eſt appellandus; nomina tamen ad placitum ſignificant.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Deum eſſe omnium operum humanorum finem vltimum, in quem ſcilicet ſint omnia referenda non eſt luminis naturalis efficaci ratione demonſtrabile: probo, quoniam & ſi communi ſententia ſit tali lumine demonſtrabile vnum eſſe deum; non tamen eſſe pluſquam ſe ipſum amabilem. Finis omniũ vltim⁹ ẽ de⁹.

¶Secũda cõcluſio. Infallibili autoritate & probabili ratione illud eſt certitudinaliter credẽdũ; patet, eſt ad id dei

teſtimoniū atq; etiā primitatis dei ratio naturalis. Sicut igitur ſolus deus verè creatū appetitum finit quietando ipſum, ſic ipſe ſolus verè eū finit cōpletā operibus tribuē do bonitatē. hæc enim duplex finiēdi ratio cōſummatè in cœleſti patria habebitur: vbi plena quietatio & actualis omniū in deū indeficiēter amatū relatio: nō eñ interrūpetur beatifica fruitio; neq; appetitus quietatio interpollabitur.

Timor aliqs an mauebit in cœleſti patria?

¶ Primū dubiū. An illic aliquis timor erit? Solet dici manere in patria timorē caſtū: i. eſt filialē: quæ eſt falſa, aut valde impropria locutio: oſtēdo: nulla illic manebit mali, vel incōmodi periculū, ergo nullus timor cū ipſe ſit reſpectu mali imminētis. fateor tamē illic aliquid in filiali ſiue caſto timore incluſum: aut adiacēs manere: ſcilicet dei vt in ſe boni dilectionē cū nolitione eū offen lēdi: quoniā in ſe bonus eſt & hic diceretur timens .i. per modū timentis ſe habens, propter magnā ad deū obedientiam & humiliationem: de quo verificaretur illud pſal. xviij. Timor domini caſtus permanet in ſeculū ſeculi: quantū enim ad huiuſmodi portionem manet in patria, non autē quò ad plenam paſſionis timoris rationem.

Timor mundanus aut ſeruilis culpabilis an ſit gratiæ compoſſibilis.

¶ Secundum dubium. An cum gratia ſtare poſſit in via mūdanus vel ſeruilis timor difformitatē volitam habēs? Solet dogmatizari negatiuè: quod non vniuerſaliter verū cenſeo: nam contingit vtriuſq; horum generū aliquē timorem eſſe venialem, videlicet qui dūtaxat venialem includit difformitatē: prout dū ad incommodi temporalis fugā eligitur peccatū veniale: aut futura timetur pœna peccato veniali debita cū operis venialis electione, huiuſmodi pœna ſecluſa. dico igitur gratiæ cōpoſſibilē eſſe timorē filialē atq; etiā initialē: nō aūt mundanum aut ſeruilē, qui mortalē includat difformitatē. Eſt præterea ſciendū nonnūquā timorē ſeruilē iuxta vocabuli ſonātiā ſumi pro quocūq; ſeruitutis timore: ſeruitutis quidē ſiue pœnæ: ſiue culpæ: & huiuſmodi quādoq; eſt moraliter bonus atq; meritorius: nō tamē manet huius generis timor in patria vbi immunitatis à periculo culpæ: vel pœnæ plena ſecuritas eſt; manet tamē in via cū gratia. de huius

Timoris ſeruilis acceptiones.

generis timore dicit beatus Auguſtinus:perfecta charitas foras mittit timorẽ:ergo incipiet timor:quia initiũ ſapientiæ timor domini,timor em̃ quaſi locũ præparat charitati:cũ autẽ cœperit charitas habitare,pellitur timor, qui ei præparauit locũ:quãtũ enim illa creſcit: ille decreſcit: & quãtũ illa interior:timor pellit̃ foras, maior charitas: minor timor:minor charitas,maior timor:ſi autẽ nullus eſt timor:nõ eſt quò intrat charitas:ſicut videmus per ſetã introduci linũ.quãdo ſuitur ſeta prius intrat:niſi exeat nõ intrat linũ:ſic timor primò occupat mẽtẽ.nõ autẽ ibi remanet timor:quia ideo intrauit vt introduceret charitatẽ.hęc ille,cuius verborũ varietas repugnãtiã claudere videtur:ſcilicet quòd huius generis timor,de quo præſens agitur ſermo,nõ ſtet cũ charitate:quia (inquit) cũ charitas occupat mẽtẽ,nõ ibi remanet timor:in oppoſitũ aũt pauloãte dicit creſcẽte charitate minui timorẽ.igit̃ cũ charitate manet remiſſa timoris portio.Hęc em̃ v̓borũ diuerſitas ad diuerſos ſtat⁹ ſcilicet patriæ & viæ relata verificari põt:ſed nõ videtur hoc fuiſſe Auguſtini fundamentum:quare dico ſermonẽ totũ de ſtatu viæ verificari ſanẽ intellectũ:ſcilicet nõ quin huius generis timor ſtare poſſit cũ charitate:ſed creſcente charitate,atq; virtute mẽtẽ in bono firmãte atq; roborãte,decreſcit periculũ labẽdi in peccatũ:& per cõſequẽs ratioenabiliter decreſcere debet æternæ ſeruitutis timor:iuxta apoſtolum ad Romanos. viij.Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti,certus ſum,inquit,neq; mors,neq; vita,neq; angeli,neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu.clarũ enim nullã creaturã poſſe charitatẽ impedire qua Chriſtus humanũ genus diligit:nec pariter charitatem, qua viator Chriſtum diligit:ſaltem ſine proprio voluntatis conſenſu vero,aut interpretatiuo:verũtamẽ quoniam neſcit viator an finali amore,vel odio dignus ſit,videtur in via ſemper ſeruitutis æternæ periculũ,& p conſequẽs timoris ſeruilis occaſio:quamuis minoris vbi eſt maior virtutum cumulus cõſuetudine roboratus.Dico igitur per charitatis creſcẽtiam communiter ſeruilem timorem decreſcere;ſed quia non creſcit charitas in via

Charitas per fecta qualiter foras mittit timorem.

Per charitatis creſcētiā cōiter ſeruilis timor decreſcit.

vſque ad confirmationis gradum: hinc nec ipſa timorem vſque ad non gradum remittit. Secundò, dico, remittere poteſt vſque ad non gradum timorem ſeruilem allicientem declinare culpam. ita quòd charitas inclinās deum diligere, vt in ſe bonum ſic mentem in diuinum amorem vt nullo alio allectiuo: nec proprio ſui commodo aſſequendo, aut incommodo vitando: ſed ſolius bonitatis dei contemplatione deum diligat: ſcilicet præcisè vt in ſe bonum: hæc intellige quantum ad habitudinem allectiuam: & charitati coagente volūtate: quemadmodum enim volūtati quātūcūq; peccatis inuolutæ ſubeſt cū iudicio rationis temerario omnem ſeruitutis futuræ timorem excludere: ſiccuin quātūcūq; charitate vitę poſſet oculum ad ſeruitutem vitandam, tāquam ad cauſam motiuam, dirigere.

Relatio multiplex operū in aliquem finem.

Omnium agendorum finis vltimus eſt deus actualiter: virtualiter, aut (vt nonnulli volunt) habitualiter præſtitutus. Actui enim completā dat bonitatem: maiorem quidem actuali relatione intentus: deinde virtuali: & poſtremò habituali. Cuius carētia debito obligationis pro tunc debiti actū vitiat: aliâs autem non. ipſa incompletam nihilominus relinquit operi bonitatem.

PRIMVM NOTABILE.

Relatiōis in deum actualiter habitu carētia ſecundùm Greg. vitiat actū.

¶Non vacat hæc materia difficultate ardua: circa quam diſcordantium opiniones fuere. Vnā ſecutus eſt Greg. Ariminenſis, cuius duæ ſunt propoſitiones. Prima. nullus actus humanus eſt moraliter bonus: niſi in deum actu, vel habitu referatur: ita, inquit, quòd nunquam fit aliquid ab homine bene moraliter: niſi fiat ex dilectione dei actuali, vel habituali infuſa, vel acquiſita: ita quòd ad huiuſmodi actum concurrat effectiuè dilectio dei, vel habitus eius. Secunda cùm omnis actus humanus ſit moraliter malus; atq; peccatum qui non actu vel

Actus aliqs liber an ſit indifferens, &

habitu refertur in deum: hinc nullus eſt actus liber indifferens inter moraliter bonum & malum: nam aut refertur actu, vel habitu in deum: & ſic eſt bonus: aut non refertur: & ſic eſt malus. Infert nullum actum hominum ſimpliciter infidelium eſſe moraliter bonum: ſed atque culpabilem malum, cum in eis non ſit actus vel habitus dilectionis Dei: dicitur ſimpliciter infidelium ad excludendos ſchiſmaticos, hæreticos, catholicos, & reliquos: qui aliquali fide noſcunt deum. Hæc dura opinio non mihi videtur vera. Primò peccatum, eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei: ſed nulla à domino deo data fuit lex viatoribus tam oneroſa arctans in omnibus actibus liberis, etiam extra præceptorum materias, in differentibus talem obſeruare in Deum relationem, igitur ex ſola illius carentia non ſunt dicendi quicunque actus liberi culpabiles, prout deambulatio, fricatio barbæ, & huiuſmodi. Aliâs turpiſſimè erraſſet vſque nunc eccleſia huiuſmodi legem populo potiſſimè viris ſimplicibus non promulgans: ſi ita continuè apud omnes & in quibuſdam actibus liberis requireretur illius obſeruantia. Secundò omnis actus liber abſque dei amore actuali elicitus eſſet culpabilis: patet, nullum talem actum coefficit habitus ſine ſuo actu. Præterea, nullus actus voluntatem neceſſitat cunctos ſuos actus in obiectum illius referre: igitur nec habitus: & per conſequens ad quoſdam actus non concurrit, cùm non ſit potior habitus quàm actus, & nullum eſt ibi limitans habitum ad concurrendum potius ad aliquos, quàm ad alios. igitur ad nullos concurret ſine actu ſuo: oporteret igitur hoc ncidere, ſcilicet, omnem actum liberum, eſſe malum ceſſante actuali Dei dilectione: quod abſurdiſſimum eſt: non tenemur enim proſem per de ipſo Deo cogitare: igitur nec pro ſemper quando liberè operamur eum actualiter diligere. Tertiò purè infidelis adultus faciat quod in ſe eſt, ad cognoſcenda virtuti neceſſaria quærens inſtrui;

an aliqui infidelium actus ſunt nō culpabiles.

cui illuminationem immittat deus; actus illuminationẽ præcedentes non fuerunt actu, vel habitu in deum relati: cũm nulla præceſſerit in eo dei cognitio: & quis dicere audeat actus illos fuiſſe culpabiles? tũ quoniam ad eos obligabatur: tum etiam nõ erat pro tũc illi poſſibile eos in deũ actu vel habitu referre. Præterea per eos illuminationem meruit à domino ex hypotheſi: igitur nõ fuerũt culpabiles: ſic opinionem illã pro ſecunda eius parte relinquo falſam. Et dico circũſtantiæ vltimi finis carẽtiam non vitiare: niſi qaando eſt actui debita ineſſe obligatio nis debito. Eſt enim lex noſtra certis præceptis cõtenta, inter quę nullum eſt ſic viatorem ſub peccato arctans omnibus actibus liberis huiuſmodi circunſtantiam prę̃ſtituere: quare dico quod purè infideles, ſolo pietatis motu, parentibus ſubuenientes: & ita de alijs actibus iuri naturali conformibus, non peccant per actus huiuſmodi: quinimo ſunt moraliter boni, incompletè tamen

Circunſtãtiæ vltimi finis caren tia quã actũ vitiet.

¶Secundum notabile. Ponit Bonauentura in ſecundo diſtin. xlj. triplicem relationem, ſcilicet actualem, virtualem, & habitudinalem. Actualis eſt quando quis de fine aliquo cogitans amat eum: & propter ipſum amatum vult aliquid. Relationem actualem (quam alio nomine habitualem appellat) voco, inquit, non qua quis in generali refert ad deũ omnia opera diei, vel anni, ſed qua quis refert aliquod opus in deum: ita quòd opus ſequẽs di rectam habet ad opus primum ordinationem & conſequẽtiam; prout ſi quis intendit dare pro deo centum marchas: & incipit dare, & cogitat de deo in prima marcha: & in alijs non cogitat: nihilominus tamẽ omnes dationes illæ ſunt ei meritoriæ & fructuoſæ. Si autem opus alterius generis inciperet: oporteret quòd intentio renouaretur ad hoc quòd opus eſſet meritorium. Per hunc (inquit, modum intelligitur eſſe in viris religioſis, qui in principio ex charitate deuouerunt portare religionis pondus: quicquid enim faciunt, quod ad ſuæ religionis obſeruantiã ſpectat, ex prima intentione eſt eis meritorium ad ſalutem; niſi forte (quod abſit) cõtraria intẽtio

Relatio in fi nẽ multiplex

Actualis rela tionis defini tio.

Quid ſit rela tio virtualis?

ſuperueniat. in alijs autem quæ ad religionem non ſpe‑ ctant, ſecus eſt: quia illa intentio non ſe extendit ad alia. Habitudinalem autem intentionem, ſiue relationem vo‑ co (quando non præcogitato fine vltimo ſiue Deo) ex ſola boni operis conſideratione ipſa charitas prompta: vel aliqua alia virtus charitate informata: ad ipſum bo‑ num opus inclinat, ſicut vir obediens meretur obedien‑ do prælato ſibi præcipienti etiam ſi nihil de Deo cogitet. ſed ſolū cōſideret ꝙ bonū eſt obedire. Hæc Bonauētura.

Quę dicatur intentio ſiue relatio habitudinalis.

¶ Tertium notabile. Doctor ſubtilis eadem diſtinctione de bono meritoriè loquens dicit. meritum videtur eſſe ex charitate inexiſtēte: poteſt autem actus referri ex chari tate in finem vltimum tripliciter. Vno modo, actualiter ſicut cogitans actualiter de fine diligit illum: & vult ali‑ quid propter ipſum. Alio modo, virtualiter: ſicut ex co‑ gnitione & dilectione finis deuentum eſt ad volitionem huius entis ad finem. Tertio modo, habitualiter: puta, ſi omnis actus referibilis ad finem manens cum charitate, quæ eſt principium referendi, dicatur referri habitualiter. Hæc ille. Satis cum Bonauentura in re conuenit: relatio‑ nem tamen quam iſte virtualem appellat, ille vocat habi‑ tualem: & quam iſte habitualem: ille habitudinalem no‑ minat: & iudicio meo rectius. Nam iſta tertia relatio, non eſt aliud quàm habitudo referibilitatis operis in Deum ex quadam generica eius bonitate. Et de hac (inquit do‑ ctor ſubtilis) actus cum charitate exiſtens qui nec actua‑ liter nec virtualiter ex charitate refertur in Deum, non eſt meritorius nec demeritorius: aliâs homo in gratia exiſtēs continuè mereretur vel demereretur, nam in eo ſunt con‑ tinuè illius generis actus: non enim habent ſufficientem bonitatem ad meritum: nec etiam ſufficientem rationem mortalis aut venialis: quia deus non obligauit nos ad hoc. Iſta opinio nunc tenetur communiter: ſcilicet requi‑ ri ad meritum relationem actualem, aut virtualem: & nō ſufficere habitualem.

¶ Quartum notabile. Alium modum dicendi ex ſecun‑ do & tertio mixtum tangit Bonauentura, videlicet ꝙ ſufficit relatio in habitu & in vniuerſali; hoc eſt, ſufficit

operum referibilitas:quã aliquando præceſſerit actus re latiuus:ſiue fiant poſtea opera in virtute illius primi act⁹, ſiue nõ:quãdo(inquit) propoſuiſſet aliquis in corde ſuo ſeruire deo in principio anni,vel menſis, vel ſeptimanæ, vel diei:omnia opera,ſcilicet referibilia in deũ: quæ ipſe faceret:nihil cogitans de deo eſſent ſibi meritoria. Hunc modum ſequuntur aliqui moderni dicẽtes,ad actum eſſe moraliter bonum & meritoriẽ,ſufficere relationem vnicã in principio vitæ qua homo intendit omnia opera bona dirigere in deũ:& poſtea alij actus ſint in deũ referibiles. Sed inquit Bonauentura: ex hoc valde ampliatur & lar- gatur via ſalutis: & autoritatibus ſanctorum obuiatur: qui dicunt eam valde arctam. modus cũ dicens requiri relationem actualem nimis arctat.modus dicens ſuffice- re habitualem nimis ampliat:hic igitur doctor,quem alij cõiter ſequunť, ponit requiri & ſufficere actualem, aut virtualem.

Relationis in finem opiniones quatuor.

¶Quintum notabile.Colligi poſſunt quatuor modi.Primus dicens requiri actualem. Secũdus aſſerens ſufficere habitualem.Tertius ponit,nec illum requiri:nec iſtũ ſuffi cere:ſed requiri & ſufficere actualem, aut virtualẽ. Quar- tus ex primo & ſecũdo mixtus dicens ſufficere operum referibilitatem:quã aliquãdo præceſſerit actualis relatio, ſeu intentio actualis referendi ſiue efficienter,ſiue imper- tinenter,illam primã intentionẽ opera ſequitur.Ad hunc quartum modum non ratio,nec autoritas:ſed potius vo lũtaria diuinatio.Quæ porrò eſſet habitudo propter quã actus ſequẽtes, qui nullo modo mediatẽ vel immediatẽ effectiuẽ ab illa intentione præcedente fiunt: imò qui ſi- ne ea facti eſſent:aliquam ſumãt bonitatẽ ab ea?Pręterea actus iſti ſequentes facti cum gratia aut ſunt effectiuẽ à gratia.aut non:ſi primum, ſunt meritorij:ſi ſecundum,ex cõmuni ſententia nõ ſunt meritorij,ſiue pręceſſerit huiuſ- modi intentio,ſiue non.Non eſt igitur ab illa radice quę- renda meriti ratio.Recurrere ad habitum ex tali intentio ne genitum,nihil eſt dictu: quoniam habitus ſine ſuo a- ctu non ad alia conducit opera. Amplius pone chriſtia- num gratia baptiſmali inſignitum: qui circa vſus ratio-

nis initium, antequam eruditionem de vno deo habue rit, ſequatur naturalis æquitatis lumen: & quantum in ſe eſt quærat in agendis & credendis erudiri: propter quod Dominus eum illuminet, actus illi ſunt boni: non mali: cùm per eos illuminationem mereatur: & tamen non præceſſit huiuſmodi vniuerſalis intentio, vel particu laris: imò nec video cur in eo gratiam habente baptiſma lem non ſint æternæ vitæ meritorij. De duobus igitur bonitatũ generibus moralis videlicet, & meritoriè quid ſit dicendum. Quò ad primum genus.

PRIMA CONLCVSIO.

¶Præter genericam bonitatem ſcilicet ex materiæ con gruentia conſurgentem, eſt in actu reperibilis vera mora lis bonitas circa bonitatem ex fine vltimo ortam in ra tione finis prouenientem. probo, actus cum vltimo fine alium habens finem honeſtum ab vtroque bonitatem recipit: ſed non vitiatur per vltimi finis carentiam tem pore quo non tenetur quis illum finem ei præſtituere, vi delicet tempore quo non tenetur de eo cogitare: igitur quàm à fine creato honeſto bonitatem habebat, retinet. Præterea eſt ad rectam rationem conformitas non aliun dè viriata: igitur moralis bonitas: aliter in ſolo nomine vim facies. Dico igitur, opus in genere bonorum ex ho neſto fine cum alijs circunſtantiis creatis factum, eſt verè moraliter bonum.

Bonitate pueniente ex fine vltimo circunſcripta reſidet in actibus bonitas moralis.

¶Secunda concluſio. Stat aliquo caſu viatorem magis obligari alicui operi finem creatum præſtituere, quàm increatum. patet, contingit obligari præſtituere finem creatum: & non pro tunc ad increatum teneri. patet: inſtã te morbo graui, medicus tenetur exhibere medicinam fine ſanitatis: & ita de multis alijs operibus, quibus non pro tunc aſtringitur increatum finem præfigere,

Finem creatum cõtingit operi eſſe pręſtituendo ſtrictior obligatione ꝙ increatum.

¶Tertia concluſio. Ex fine meliori, maior actui ſur git bonitas moralis, adiectis alijs debitis circunſtantijs: quare conſummatam bonitatem addit finis increatus: id de ſe patet.

¶Quarta cõcluſio. In eundẽ finẽ pfectior relatio maior

Actus mora liter boni abſque dei cognitione.

addit moralem bonitatem :id pariter ex ſe claret : quare actualis relatio magis quàm virtualis, auget bonitatem: & virtualis pluſq̃ habitualis,quę non propriè relatio,ſed potius referibilitas venit nuncupanda.Sequitur:in carentibus vltimi finis cognitione, ſunt actus verè moraliter boni,laude atq; præmio digni: q̃uis non conſummatæ bonitatis moralis :prout reperitur verè calidum nõ conſummatè calidum.Quò ad ſecundum genus.

PRIMA CONCLVSIO.

Actus an cõtigat eſſe meritorios abſque dei cognitione.

¶Bonitatem moralem non actualiter,vel virtualiter vltimo fine ornatam, cui coaſsiſtit gratia, potuiſſet deus ad æternum acceptare præmium. quid autẽ inſtituerit non eſt viatoribus expreſsè & euidenter notum. Prima pars patet ex dei immenſa potentia: ipſius enim eſt quid & ꝓ quo conferat.¶Secunda pars innotuit ex opinionũ multitudine,defectu ſufficientis authoritatis,vel rationis expreſsè orta.

Odia in dubijs reſtringẽda ,& fauores ampliãdi.

¶Secunda concluſio.Piè credendum eſt huiuſmodi moralem bonitatem ex fine honeſto creato ſcatentem atque gratiæ coaſsiſtentem acceptari à domino: oſtendo, odia (ſaltem in dubijs)ſunt reſtringenda: & fauores ampliandi: eſtq; potius ad miſericordiam, quàm ad ſeueritatis rigorem inclinandum;nec hic fauor fouet:ſed potius animos ad honeſta concitat opera. Præterea non niſi quod in ſe eſt,vt ad quod tenetur,requirit deus ab homine:ſed contingit talia opera honeſta & iuri naturali conformia eſſe alicuius facientis quod in ſe eſt, vt agenda & agendi modos noſcat:igitur piè credendum eſt illa eſſe meritoria.Mirum profectò eſſet ſimplices & ferè totam hominum turbam præmio fruſtrari : qui honeſta præceptorũ opera ſine actuali dei conſideratione:nec in virtute præcedentis operantur,ſine honeſto illis præſtituto.

Bonitas moralis maior maius facit meritum.

¶Tertia concluſio. Vbi eſt maior bonitas moralis, illic aſsiſtente gratia,eſt maius meritum:id notum eſt, quare conſultiſsimum foret in operum bonorum exercitio deũ actualiter pro eorum fine præſtituere: & huiuſmodi dilectionem non interrumpere : aut minus quàm poſſet: viris enim doctis meritorium valde cenſeo iſtud genti ſim

plici diligenter indicare.

¶ Quarta concluſio. Datur actus liber medius inter moraliter bonum, & moraliter malum: inter meritorium, & demeritorium. patet, datur actus liber cuius nec ex obiecto, nec ex circunſtantia eſt aliqua laudabilitatis, aut vituperabilitatis ratio: prout libera leuatio feſtucæ, nulla laudabili, aut vituperabili circunſtantia circum amicta.

Actus datus indifferens.

¶ Dubium. Ad quod pro quorundam opinione dicentium: nihil hominem facere cum deliberatione, quod nõ computet deus ad meritum, vel demeritum: arguitur his authoritatibus. j. ad Corinth. j. Omnia in gloriam dei facite. & ad Coloſſenſes. iij. Omnia quæcunq; facitis ſiue in verbo, ſiue in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite. Præterea eſt dictum ſaluatoris: omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines de eo red dent rationem in die iudicij. Matth. xij. Et Bernardus, pariter Anſelmus, exigetur à nobis omne tempus impenſum, qualiter fuerit impenſum: ita quòd non peribit capillus de capite, nec momentum, id eſt, minimum de opere. Reſpondendum: verbum Apoſtoli, illic eſt conſilij, non præcepti: foret tamen præcepti expoſitum negatiuè, id eſt, nihil contra gloriam dei facite. Et ad alia dicendũ accipi ocioſum pro eo q̃d vtilitate caret debita, ad quã videlicet pro tunc tenetur operans.

NOn profectò ſubuertitur debitus agendi ordo, ſed obſeruatur, cùm pro finis conceſſi adeptione ab operante propria ordinantur media: quibus huiuſmodi finem eſſe adipiſcendũ iura voluerunt. Cùm itaq; dei præcepta, ſint æternæ beatitudinis conſequẽdæ atq; perpetuæ pœnæ vitandæ media: hiſq; obſeruatis tradiderit Dominus aſſequendam eſſe cœleſtem fœlicitatem, & perpetuam gehennam vitandam: hinc turpiter aberrant indiſtinctè aſſerentes præceptorum obſeruantiam illo fine vitiari. Id falſum putauerim etiam huiuſmodi fine ipſi mandatorum obſeruantiæ cauſſalitatem

Fine beatitudinis conſequendæ aut pœnæ vitandæ an vitiet̃ præceptorũ obſeruantia?

ſine qua non tribuente: modò (vt dixi) non præſtituatur appreciatiuè vltimus: nec operi deſit alius ei pro tunc debitus. huic ſuffragatur pſ. cxviij. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem: finis igitur iſte mercenarius: opus nõ inficit: & per conſequens nec perditionis eius timor: iuxta id Prouer. xv. In timore domini declinat omnis à malo. & Eſa. xxvi. A timore tuo domine cõcepimus & parturiuimus ſpiritum ſalutis. hinc ſalutari cõſilio peccatoribus ad pœnitentiam euocandis duo hæc proponuntur nouiſſima, ſcilicet beatitudinis atq; gehennæ æternitas, tanquam alicientia ſequi bonum: & a malo declinare: quod ſanè non fieret, ſi alicuius eorum fine vitiaretur opus: quinimò rectè inter ſpiritus ſancti dona, venit huiuſmodi ſeruitutis æternæ timor (qui eſt initium ſapientiæ) enumerandus: dicente Hieremia propheta. Induraſti cor noſtrum, vt non timeremus te: ſecus ſi aliunde difformitatem inuolueret timor, prout peccandi propoſitum, non eminente pœna. Bernardum igitur libro de diligẽdo deo dicentem (quamuis ſeruire deo ſine præmio non poſſet: non tamen eſt ei intuitu præmij ſeruiendum) intellige: præmio præſtituto pro fine appretiatiuè principali. Concludo igitur tripharìam tripliciq; fine contingit præceptorum obſeruantiam fieri: ſolo ſcilicet præcipientis amore: ſolo mercedis amore, vel timore: aut mixtũ ex his. His quidem tribus modis & moraliter laudabilis, & meritoriè bona poteſt eſſe mandatorum obſeruantia. Quolibet pariter trium modorũ accidit vitiari: tum ex finis carentia pro tunc ineſſe debiti: tum etiam ex inordinatæ finis mercenarij præſtitutione: videlicet eo appretiatiuè tanquàm vltimo fine præſtituto.

Fine triplici cõtingit præceptorũ obſeruantiam fieri.

NOTABILE.

¶Circa materiam hanc de præceptorũ obſeruantia.timore pœnæ vel mercedis amore:erronea aſſerunt quidam ad pauca reſpicientes.dubium ita iuxta triplicem pręenumeratũ obſeruantię pręceptorũ modũ tribus explanabo punctis.

¶Quantum ad primum dici ſolet magis ſyncerã præcepti obſeruantiam eſſe quę ſolo dei amore fit,tum quia ex maiori pręcedit charitate in deũ :tum etiam ipſe deus magis illic rationem finis participat.hinc dicitur amor atque timor filialis eſſe perfectorum, quo ſcilicet amatur deus, vel timetur dei offenſa non commodi proprij,vel incommodi gratia,ſed dei:quia in ſe boni. Amor aũt mercenarius,aut timor initialis duos ſcilicet habens oculos, vnũ ad deum,alterum ad mercedem.iſtud eſt imperfectorum atq; initiantium, ſeu incipientium venire ad deũ. Vterq; horũ ſcilicet amor & timor rectè appellari poteſt initialis etiam mercennarius.Pœna enim merces eſt peccati:prout beatitudo virtutis retributio. Quid autem illud contineat veritatis,pono concluſiones.

Præceptorũ obſeruantia ſolo pręcipientis amore an ſit magis ſincera.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Vitiari poteſt certi pręcepti obſeruantia,per hoc quod ſolo dei amore non alio fine præſtituto fit.oſtendo:contingit viatorem ſub præcepto obligari finẽ aliquem creatum operi eius pręſtituere,igitur huius creati finis carẽtia erit peccatum,qui enim reubarbarũ in potu,fine curationis à morbo,miniſtrare tenetur.aut qui fine vtilitatis eccleſiaſticę,certum beneficium alicui cõferre obligatẽ; aut fine tuitionis patrię, periculũ mortis in bello ſubire, vel huiuſmodi:& tale quid ſolo increato fine ſoloq; dei amore faceret:ipſe irrationabiliter atq; temerariè operaretur: & culpabiliter omitteret, ſcilicet finem creatum (ad quẽ ex hypotheſi aſtringitur)non præſtituens.

Præceptorũ obſeruãtia vitiari poteſt p hoc ꝙ ſolo dei amore fit.

¶Secunda concluſio. Quandoq; finis creatus operi cũ fine increato præſtitutus bonitatẽ auget. patet, contingit finem creatum ſub obligatione,vel magnæ vtilitatis cõſilio cadere.igitur operi certã bonitatis menſurã adijciet: quod igitur ſine huiuſmodi fine creato non fieret opus, non minuit bonitatẽ,nec minorẽ charitatis aut dilectio‑

Finis creatus cũ increato auget bonitatem.

ois dei feruorem arguit: quinimo nonnunq̄ eſt augmẽtū argumentum: quando ſcilicet ſub dei pręcepto huiuſmodi finis creatus cadit præſtituendus.

Finium debitorum multitudo bonitatem auget.

¶Tertia concluſio corollaria. Quantò operi bono plures præſtituuntur fines ei debiti, tantò maiorẽ accumulat bonitatem. patet: quiſq; illorum finium certam bonitatis portionem ei præbet.

¶Hinc amor proximi propter deum, quo vterq; cõparatiuè diligitur, eſt moraliter ac meritoriè melior cęteris alijs parib⁹, amore dei propter ſe quo ſolus ipſe diligitur. Nã vtriuſq; bonitatẽ retinet: vt dixi, cęteris alijs paribus: quia ſecus vbi iſto actu ſimplici int enſius diligeretur deus, quàm illo relatiuo: quinimò (quod e editu difficili⁹ apparebit) videtur ſolius proximi amor in deum tamen directum relat⁹ eſſe dilectione iſta dei moraliter atq; meritoriè melior (ſaltem conceſſo q̄ ſupra negauimus actum finis bonum præbere operi bonitatem ſuæ æqualem) nam ille proximi amor propriam habet bonitatem: & ab extrinſeco aliam bonitati illius dilectionis dei æqualẽ cõtrahit.

Præceptorũ obſeruantia ſolo pœnæ timore aut ſolo mercedis amore.

¶Quantùm ad ſecundum punctum de præceptorum obſeruantia ſolo pœnę timore, aut ſolo mercedis amore: ſcilicet an vniuerſaliter operis boni omiſsio, vel commiſſio boni præcisè timore pœnæ facta ſit vitioſa. ¶Pleriſq; videtur q̄ ſic, ſed differenter: nam vbi timor pœnæ tollit efficax velle opis mali: aut nolle efficax boni, & admittit actum inefficacẽ, eſt peccatum mortale. vbi autẽ vtrumq̄ tollit tam efficacem, q̄ inefficacem, eſt peccatum veniale. Exemplum primi. Vbi præcisè timore pœnæ æternæ quis efficaciter vult orare quando tenetur, & orat: habẽs tamẽ orãdi nolle inefficax ſcilicet diſplicentiã: aut pariter ſolo timore pœnæ efficaciter vult fornicari habens fornicationis velle inefficax, ſeu eiuſdem complacentiam, tam ille q̄ iſte peccat mortaliter, patet ratione, nã odit pœnã, & nõ culpam. Idem Auguſtini authoritate in epiſtola ad Anaſtaſium & ſuper pſal. xxxiiij. Qui timendo non faciat mala: & mallet facere ſi liceret, itaq; ſi facultas non detur, voluntas rea tenetur. Exemplum ſecundi. ſolo timore pœnæ quis efficaciter recuſat orare ſine orandi diſplicentia:

centia : aut efficaciter vult fornicari abſq; complacentia fornicationis : ipſe venialiter peccat:nam deliberatè ti met qualiter nō debet:teſte ibi Aug. Amicus iuſtitiæ,eſt qui amore non peccat:tunc enim verè timet peccare qui amat iuſtitiam,quam nollet amittere. Nā qui gehennam metuit,non metuit peccare:ſed ardere:ille autem pecca tum metuit,qui peccatum plus metuit quàm gehennā: hæc ille. Contingit tamen ſic ſe habentem pœnæ æternæ euadere debitum:nā aliâs orare omitteret,vel fornicaret tur,aut cupere &c.iuxta Chryſoſtomum in homilia,qui timore pœnæ deo ſeruit:pœnam quidem euadit, ſcilicet æternam,ſed mercedem iuſtitiæ non habet. Sententia il la quo ad vtrunq; eius membrum videtur mihi falſa: & duas pono concluſiones,

Præcepti nō quæcunque obſeruantia ſolo timore pœnę eſt pec catum.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Non quælibet operis prohibiti omiſſio, vel commiſ ſio operis præcepti præciſè timore pene facta macuratur venialiter. Probo: quandoq; licitum eſt,imò quandoq; tenemur aliquod de ſe indifferens omittere, vel commit tere:nec aſtringimur pro ſemper actualiter vltimi finis amorem præſtituere:cùm nec pro ſemper de ipſo cogita re teneamur:igitur tunc omiſſio,vel commiſſio talis ope ris de ſe indifferentis ſolo timore pœnæ,gratia exempli, ad vitādū corporis incōmodū, non eſt peccatū. igiť à fortiori omiſſio opis in ſe mali,vel opis ī ſe bōi cōmiſſio ſolo timore pœnę:ſcilicet ad vitādā pœnā æternā min i mè vitiatur non aliunde poſito deturpante, conſequen tia patet:culpabilitas proueniret ex circunſtantiæ finis ca rentia. Contra non pro ſemper arctamur cuilibet operi amorem finis vltimi actualiter præſtituere : cùm nec de ipſo pro ſemper cogitare teneamur, tum etiam ad implē dum præceptum purè negatiuum non requiritur actus. ſecus ſi mereri velimus,igitur per aduenientem actū non de ſe malū,imò in ſe bonum,& ad quem tenemur:prout eſt pœnæ æternæ timor:non vitiabitur illa fornicatio nis,vel furti omiſſio:homini enim de deo non actu co gitanti non eſſet vitioſa fornicationis omiſſio timore in firmitatis;aut alterius incōmodi corporis;cur ergo vitia

bitur timore incōmodi maioris ſcilicet æterni: ſecus vbi cum illo timore executionē fornicationis impediēte eſſet ipſius complacentia: aut aliud vitians.

Præcepti obſeruātia timore pœnę cum efficaci cōplacētia oppoſiti nō per hoc vitiatur.

¶ Secunda concluſio primo aduerſa mēbro: commiſſio operis boni cum diſplicentia inefficaci, vel mali omiſſio cū eius cōplacētia præcisē timore pœnæ facta non eſt vitioſa: ipſa aūt diſplicentia, vel complacentia ſic. Id pro ſecūda parte notū eſt: cū huiuſmodi diſplicentia, vel complacētia præcepto difformetur. Primā partem oſtendo: nulla eſt operis ad diſplicentiā eius, vel omiſſionis, vel ad operis complacentiam habitudo, gratia cui⁹ vitietur: patet, eſt potius contrarietas aliqualis: operis enim de genere boni nec executio nec efficax velle eſt à nolitiōe, quæ eſt diſplicentia eius: igitur non ab ea malitiam ſumi: nō pariter (vt ſuprà oſtendi) à timore pœnæ: igitur non eſt vitioſa: idem de operis mali omiſſione. Hanc igitur elice regulā. niſi ſpeciali præcepto in certa morum materia caueatur de vltimi finis actualiter amati circunſtantia, nō tenemur illā actualiter præſtituere, aliter quęcūq; libera hominis operatio nō actualiter de deo cogitātis eſſet peccatū: quod nemo diceret: cū plerunq; non ſubdit libero ei⁹ arbitrio ad eū aduertere: ſeu de eo cogitare, eſto igitur quòd ad actum plenè moraliter bonum requireretur vltimi finis amati circunſtantia actualis: non per hoc ſequitur vniuerſaliter eius carentiā actum vitiare: quinimò tunc erit indifferens, & ita alicuius circunſtantiæ carentia actum reddit non bonū, qui eū non efficit malū.

Præcepti obſeruātia mixtim dei amore, & pœnę timore.

¶ Quantū ad tertiū punctum de præceptorum obſeruātia mixtim amore finis vltimi: & timore pœnæ, vel mercedis amore. Præmitto primā omnium voluntatis affectionum radicem atq; originem communiter eſſe amorem: non enim regulariter aliquid odio habetur, vel timetur, vel deſideratur: niſi propter aliquod amatū, cui illud eſſe cōueniēs, vel diſcōueniēs apprehēditur. Prēmitto inſuper omnē amorē propter quid aliquē amorē, non propter quid eſſe reducibilē: ſiue omnē amorē cōcupiſcētiæ ad aliquē amicitiæ amorē. His prēmiſſis viā vnā cum apparentijs hic aperio. In cauſſalitate efficientiæ & finis

poſſunt ſe habere hi tres actus: timor pœnæ, timor culpę amor pręcipientis: vno mō ſit amor prima radix: ſecundo mō, timor pœnæ: nomine timoris cōprehenſo odio. Prio mō quidē multifariam: aut eī ex amore dei effectiue: & ꝑ modū habitudinis finis oriatur timor culpæ: & ex vno illorū, vel ex ambobus timor pœnæ naſcatur: & ſic efficientiæ atq; habitudinis finalis videtur ordo debitus, quoniā propter quod vnūquodq; tale, & illud magis: illo aūt ordine plus diligitur de⁹, quàm odiatur culpa, & plùs culpa quàm pœna oditur. Alio aūt mō quod ex timore pœnę oriatur timor culpæ: & ex vno eorū, vel ex ambobus amor dei naſcatur: & iſte apparet ordo indebitus, & reducibilis ad aliquem inordinatū amorē, ex quo duplex illud odiū. ſ. culpæ & penæ exurgat: ille videtur inordinatus ſuijpſius amor: cōiter enim odiū nō eſt ſine amore: imò ſecundùm cōmunē doctrinā nūq̄: in prima quidē cōbinatione. ſ. timoris culpæ ex timore pœnæ vbi quis minimè vitaret culpā: imò offendere deū vellet niſi immineret pœna: plus odit pœnam quàm culpā: q̄d eſt odiū inordinatū. Pariter in altera combinatione amoris Dei ex timore pœnæ orti: plus odit pœnā quàm diligat Deum: quod eſt inordinatum, In combinatione pariter amoris Dei orti ex timore culpæ; ſic quod non niſi imminente culpa, deum amaret: plus odit culpam, quàm diligat Deum: quod adhuc dupliciter poteſt eſſe: videlicet plus odiat culpam propter pœnam inde ſequentem, quàm diligat Deū: aut plus odiat culpā ꝓpter ipſius culpę turpitudinē atq; deformitatē, quę recuſat maculari, q̄ꝑ diligat deū: & vtroq; mō id videt̄ ex inordinato ſuijpſi⁹ amore ꝓcedere. Scd'o mō amore btītudīs, aut timore pœnę exiſtēte radice ex qua oriat̄ amor v̄tutis: & ex aliquo eorū vel ex āꝫbob⁹ ꝓcedat dei amor: iſto mō pl⁹ diligeret̄ btītudo pluſq̄ꝑ pœna timeret̄ q̄ꝑ v̄t⁹ amaret̄: et pl⁹ btītudo, aut virt⁹ diligeret̄, q̄ꝑ de⁹, Et ſecūdū hoc conſequēter tādēdo videret̄ ad dubiū dicēdū ꝙ ex radice ſecūdi membri primę cōbinationis, vel ſecundæ ſcilicet ex timore pœnæ vel amore beatitudinis impletio ꝓceptorū orta vitiaret̄. Quid autē veritatis hæc cōtinent, ſint cōcluſiōes.

In cauſſalitate efficiētię et finis poſſunt ſe habere timor pœnę, timor culpæ, amor præcipientis.

PRIMA CONCLVSIO.

Amoris ex amore origo efficiẽtia an amorẽ viciet gratia exẽpli amoris Dei ex amore mercedis.

¶Sola dilectiõis dei origo ex amore mercedis vel odio pœnæ uullum illorum actuum vitiare ſufficit. Probo, nã quod ad dilectionem dei elicienda volũtati coagat mercedis dilectio: vel odium pœnæ nulla, ex hoc diſformitas ad rectam rationem conſurgit: ergo nõ vitiatur hoc ſolo mercedis amor, vel odium pœnæ, aut dei dilectio: antecedens patet: naturalis eſt efficientia illa, nec in libera voluntatis poteſtate actum elicientis eſt nõ ei cauſam naturalem applicatã coagere; qui enim deo non præcogitãs mercedem perpetuam deſiderabat vel æternam timebat pœnam: & occurrente dei conſideratiõe potẽtis mercedẽ dare, & à pœna liberare dei amorẽ elicit, tũc non ei liberum eſt mercedis amorem aut odium pœnæ impedire quin voluntati coagant. Quandoq; enim prioritas exiſtẽtię eſt cauſalitatis efficientiæ occaſio. cõtingit amorem ipſius a, præcedentẽ coagere ad ipſius b, dilectionẽ ſequẽtẽ, quæ præcedens coefieciſſet eũm.

¶Secũda cõcluſio. Amoris mercedis vel odij pœnæ ſuper dei dilectionẽ exceſſus ſolus gradualis intẽſionis nõ eſt ſufficiẽs aliquẽ illorũ actuũ, vitiare. probo, ad nullum certũ intẽſionis gradũ determinatẽ obligatur viator diligere deũ: igitur eo moderatẽ diligente mercedẽ: & actu remiſſiori diligẽte deũ, non per hoc aliquis horum actuũ culpãdus eſt.

Amoris ſup amorem exceſſus gradualis an ipſum qñq; vitiet gratia exempli amoris mercedis ſup Dei amorẽ Amoris ſup amorẽ exceſſus appciationis indebitę vitiat eũ.

¶Tertia concluſio. Penes exceſſum appretiationis creaturæ ſuper ipſum deum hic ſumenda eſt culpa: patet, debet pl⁹ quàm aliud appreciatiuẽ diligi. Sed quia ex modo loquendi conditionali crudo atq; indiſtincto in hac materia frequẽs, & multiplex oritur abuſus: cùm dicitur ſi non eſſet mercedis amor, vel timor, ſiue odium pœnæ Plato nõ deũ amaret: aut nõ alia dei pcepta obſeruaret. Quarta cõcluſio pro dogmate diligenter aduertenda. Præciſa exiſtẽtiæ actus liberi cõditi o, non ſufficit ad bonitatem moralẽ vel malitiam, nec ſola hominẽ merentẽ, vel demerentẽ efficit: ſecus actu inexiſtẽte: patet per actũ poſſibilẽ, aut futurum nõdũ inexiſtẽtẽ, non denominatur quis ex nũc bonus, vel malus. Exempli gratia: po

natur:ſi ſortes cognoſceret Platonem,amaret eum charitatiuè:p hoc nõ dicitur nũc eſſ charitatiuè amare,nec me reri: ſit piter ita,ſi fortè cognoſceret robertũ eũ odiret,nõ p̃ hoc dicẽdus nũc eũ odire:nec demereri.Quare abſque merito,vel demerito verificãtur in ſorte hæ duæ propoſitiones:diligerẽ Platonẽ,ſi eum cognoſcerem:odirẽ Robertũ,ſi eũ viderem.In hoc enim aberrant cõmuniter nõ aduertentes,quòd propoſitio hypothetica purè conditionalis non actum inexiſtentem,ſed conditionem inexiſtentiæ ſignificat,quid eſt conditionẽ,qua ineſſe poſita, inexiſteret actus.Ponatur itaq; bona inſpiratio,cauſa eſſe,cur nulla ſit in me furti volitio,quæ aliâs ineſſet;dico hanc propoſitionem in me veram,ſine culpa vellem furari niſi eſſet inſpiratio,qua nõ actus tãquàm inexiſtens: ſed conditio inexiſtentiæ denotatur:ſcilicet quod nõ inſpiratione poſita ineſſet mihi furti volitio.Hinc & indoctè de timore ſeruili loquuntur, dicentes eũ peccare qui timore pœnæ vult peccatum vitare:id tamen nollet ſi nõ immineret pœna.Contra nõ hic denotatur ineſſe nolle vitandi peccatũ:ſed quòd ineſſet vbi nõ immineret pœna, dico hanc ſolam inexiſtentiæ actus conditionẽ non iſtũ reddere culpabilem,ſecus aliquo complacentiæ actu.

Amoris aut alterius act⁹ cõditio ſola inexiſtentiæ nõ ponit bonitatem .vel malitiam.

¶Dubium ex dictis decidendum circa commune dogma dicẽtium in omni virtutis aut vitij gñe, elicibilis eſt quædam conditionalis virtus,aut vitium. Exẽplum primi,vellem perpetuam ſeruare cõtinẽtiam,ſi eſſem ſoluta:vellẽ mortẽ pro fide ſubire,ſi mihi à tyrãnis offerretur toleranda.Exẽplum ſecundi,vellem fornicari ſi occurreret materia:vellem fidem negare,ſi mors hac conditione proponeretur:& ita in alijs materijs,put in ſymonia, in vſura,in quibus tales ſolent cõditionales interponi:vellem pro temporali emere ſpirituale,aut ecõuerſo ſi offerretur:vellem mutuare gratia lucri prẽter ſortem ſperati, ſi proponeretur.Dico propoſitiones huiuſmodi poſſe ſine virtute aut vitio verificari:imò nulli,poſito voluntatis actu:ſed dũtaxat ſit inexiſtẽtiæ cõditio,id eſt,illa conditione poſita,poneretur actus:verificantur hæ propoſitiones,ſortes vellet fornicari , ſi ei occurreret meretrix:

Conditionalis & ſi abſq; actu verificetur, contingit tñ volũtatem ſuo arbitrio elicere actũ, vbi differunt vult & vellet,

vellet pro temporali emere ſpirituale, ſi ei offerretur, & c. nec tamen quis ſani iudicij diceret fortem ad huiuſmodi materias non aduertentem peccare : ſic enim continuè peccaret: tũ etiã nullius præcepti eſt in eo tranſgreſſio, cum nec commiſſio, nec omiſſio. Dico inſuper pro ampliori rei intelligentia poſſe aliquem dupliciter ſe habere. Vno modo cum actu aliquo poſitiuo, ſcilicet cũ volitione quadam complacentiæ operis, ſeu cum quodam propoſito explendi illud ſi occurreret facultas. Alio modo, ſine actu aliquo poſitiuo : ſed cum conditione inexiſtentiæ quæ eſt ipſa voluntas, ſic ſe habens quòd actum eliceret occurrente operis facultate. Et communiter modo loquendi abutuntur autores, quoniam primum propriè debet per verbum indicatiui explicari: nam actum poſitiuum connotat : ſecundum autem per verbum coniunctiui: ſic propriè differunt iſtæ propoſitiones : fortes vult emere ſpirituale pro temporali ſi offeratur: fortes vellet emere ſpirituale pro temporali ſi offerretur: prima notat actum inexiſtentem : ſecunda autem conditionem inexiſtentiæ actus: id eſt, ineſſet, ſi poneretur conditio : quare ſine actu voluntatis fortis non verificatur prima : ſecunda autem ſic. Idem in prima perſona dicatur : differunt volo emere ſpirituale ꝓ tẽporali ſi offerať: vellẽ emere ſi offerreť. Quia tñ ꝓ actu inoleuit modus loquendi improprius cõiunctiui vellem & c. idcirco diſtingui poſſet propoſitio huiuſmodi: & dicas poſſe actum iam inexiſtentem denotare : aut conditionem inexiſtentiæ actus : non autem venit penes hoc propoſitio indicatiui diſtinguenda : ſcilicet, volo, aut propono emere ſpirituale pro temporali ſi offeratur, nam actum poſitiuum ineſſe importet. Fateor nihilominus hanc propoſitionem volo emere ſi offeratur, eſſe penes cathegoricum & hypotheticum diſtinguendam. Dico præterea duplicem voluntate poſſe elici operis actum : vnum obiectiuè abſolutum : alium obiectiuè conditionatum penes duplex iudicium practicum : vnum cathegoricum, alterum conditionale: Exemplum primi, hoc opus eſt agendum cui confor-

Act⁹ duplex conditionat⁹ & abſolut⁹

matur iſte actus, volo hoc opus agere. Exemplum ſecun di, hoc eſt agendum, ſi occurrat facultas, cui conformatur iſte actus: volo hoc agere ſi occurrat facultas (hac dictiõe volo lata in hoc totũ agere ſi occurrat facultas) ſic ipſa eſt ꝓpoſita cathegorica: poſſet autẽ in ſenſu hypothetico accipi (hac dictione volo) lata duntaxat in hoc cõplexum op⁹ agere: & æquiualet iſti. ſ. ordine propoſitiõnum tranſpoſito, ſi occurrat facultas, volo hoc agere, in qua denotatur volitio, ſeu propoſitũ abſolutum agendi hoc, ſeu quædam huius operis complacentia. Vbi pro vtili documento memorãdum eſt communiter cum impoſſibilitate executionis operis, aut nimia difficultate, aut voluntate torpente, tales actus haberi conditionatos, aut abſolutos complacentiæ inefficaces: & quemadmodum, vt ſuperius dixi, ſtat cũ actu inefficace actus nomine cõtrarius efficax: ſic cum actu cõditionato. Exẽpli gratia: cũ cõplacẽtia inefficace fornicatiõis abſoluta: pariter cum volitione eius conditionata, ſtat ei⁹ efficax nolle: & econuerſo cum inefficace operis nolitione, ſeu diſplicentia abſoluta, pariter cum nolitione eiuſdem operis conditionata: ſtat efficax eiuſdem operis nolitio. Per huiuſmodi igitur actus abſolutos inefficaces, aut conditionatos contingit inſtante impoſſibili operis executione, aut nimia difficultate, aut voluntatis torpore demereri in genere malorum: aut in genere bonorum mereri.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum. nulli ad operis executionem impoſſibilitate vſum rationis habenti ſecluditur circa opus illud via merendi, ſcilicet per velle inefficax, ſeu per operis complacentiam, aut per velle cõditionatum. Patet inſuper quid virtutis commune dogma contineat aſſerentiũ poſſe angelo cuiuslibet generis virtutum aliquam ineſſe. in materijs enim quarum executio non eſt generis eorum, ipſi conditionatos actus poſſunt elicere. ſ. vellem perpetuam ſeruare virginitatẽ ſi mihi eſſet ſeruãdi vel perdẽdi facultas. Dico vt ſupra ꝓpriẽ illic poni actũ: ſed bene ſic. ſ. volo perpetuam ſeruare virginitaẽ, ſi mihi aſſit facultas.

Angelo an virginitatis virtus cõpetere valeat, idem in reliquis materijs

¶Secundum corollarium, contingit conditionatos vo

Iſte act⁹ nō eſt executiu⁹, volo aliquē occidere, iſte aūt ſic, volo occidere iſtū, pariter volo dare eleemoſynā alicui: ſed bene volo dare iſti. Veruntū iſtud ſane intelligēdū eſt & nō indiſtinctè accipiēdū aliquo eū teſtāte, volo bona mea dari pauperib⁹, fieret dominij trāſlatio: fateor hāc nō eſſe per modum effectiuè imperantis efficientia propriè dicta: qualiter dicimus operationes corporis exteriores efficienter eſſe à voluntate.

Cōfuſio act⁹ moraliū minuit bonitatem atq; malitiam.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Moralem actus bonitatem, ſiue malitiam minuit confuſio actus. patet ex dictis; minus diſtinctè habet boni aut mali rationem.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum: melior moraliter eſt iſte actus: volo iſti dare eleemoſynam hoc actu, volo dare eleemoſynam alicui: & iſte, volo occidere iſtum hominem: deterior hoc actu: volo occidere aliquem hominem.

Actus poteſt eſſe confuſus multipliciter

¶Secundum corollarium, fortes in capite quadrageſimę hunc habeat actum: nolo ieiunare in quadrageſima, & alter, nolitiones dierum ſingulorum particulares, neuter ieiunet: cæteris alijs paribus grauius peccat ſecundus, diſtinctis illis nolitionibus, q̄ primus, illo actu confuſo: ſic vnus, quatuor diſtinctis volitionibus, volēs quatuor homines necare grauius peccat, q̄ alter vnico voluntatis actu illos quatuor occidere volens.

¶Secunda concluſio. Actus confuſus inconiunctim, vel diſiunctim, eſt cæteris alijs paribus, in bonitate, vel malitia minor actu bono eorundem obiectorum copulatim, vel copulatiuè aſſumptorum; patet. quantum eſt ex ſuo modo eſt indiſtinctior atq; ab executione remotior. Exēpli gratia: iſte actus, volo vtrumq; iſtorum occidere: eſt deterior iſto: volo aliquē iſtorum occidere: & ita in alijs pariter, volo iſti indigenti & iſti dare, eſt melior iſto: volo iſti, vel iſti. Fateor ipſum facilius poſſe vitiari iſte pariter actus, eſt danda eleemoſyna alicui: eſt iſto minus bonus: eſt danda iſti, qui tamen eſt difficilius obliquabilis.

¶Primum dubium. An iſte actus volo bene, vel malè agere, ſit malus? ¶Reſpondeo negatiuè, quantum eſt ex

Actus boni vel mali diſ

iunct⁹ an ſit malus.

ſe:oſtendo.iſte actus genericus non eſt malus: volo aliquid agere:qui tamẽ ſub diſiũctione illa, illa duo mẽbra includit: nã agere: cõe eſt ad bene agere & malẽ agere: dixi quantũ eſt ex ſe,qm̃ cum iſto actu poſſet eſſe alius indifferentię actus.ſ.ꝓpoſitũ ſiue fuerit op⁹ bonũ, ſiue malum operandi illud: & iſte actus foret culpabilis,non primus. Queadmodum igitur ad diſiũctiuę veritatẽ ſufficit vnius partis veritas, ſic ad licitẽ eſſe volitũ ſufficit vnius partis rectitudo, ad copulatiuã parit eſſe obliquã ſufficit vni⁹ partis obliquitas: vtraq; aũt diſiunctiuę parte exẽnte obliqua videtur actus nõ eſſe difformitatis partis deterioris: ipſius aũt copulatiuæ vtraq; parte exiſtente obliqua: volitio toti⁹,eſt deteriori parte deterior, cęteris alijs parib⁹,qđ addo: qm̃ poſſet aliunde ſurgere aggrauatio.

Actus terti⁹ medij & finis.

¶Secundum dubiũ. Actus tertius, qui eſt medij & finis eſſet minus bonus,ꝙ aliquis actus extremorũ: cũm ſit cõfuſior: pariter actus pro obiecto hñs materiã cũ circũſtantijs min⁹ bonũ,ꝙ hñs ꝓ obiecto materiã tantũ. Reſpondeo negatiuẽ: & ad obiectionẽ dico plus bonitatis affert hmõi additamentũ,ꝙ afferat confuſio, ſeu indiſtinctio.

Actuũ pluralitas obiectiua bonitatẽ, aut malitiam adauget: ſed inæqualiter.

Moralis bonitatis atq; malitiæ augmentum præbet pluralitas obiectiua:non quidẽ geometrica proportionalitate : nec propriẽ arithmetica, vt falsẽ dogmatiſari ſolet: ſed potius improportionaliter: cũm actuum interiorum differentiã ſpecificã faciat pluralitatẽ inæqualitas. Sed de alia obiecti magnitudine,aut reliquorũ circũſtantionaliter actũ reſpicientium.

PRIMVM NOTABILE.

¶Intenſum,remiſſum,magnũ, paruum,multum,paucũ, ſub his rationibus faciunt actuũ interiorum differentiam ſpecificam,vt aliàs oſtendi. Hi enim actus ſpecie differũt. diligo ſortẽ bonum: diligo ſortem meliorem: appeto honorem paruum.appeto honorẽ magnum: volo ſemel ieiunare, volo bis ieiunare, huiuſmodi enim conditiones non obiectiuæ,ſed circunſtantes atq; cognitę circũſtare, & ſi nõ ſpecie naturę,ſpeciẽ tamẽ moris imutare poſſunt.

¶Secundum notabile. Proportio eſt duorũ comparabi-lium habitudo: proportionalitas aũt eſt ipſarũ ꝓportionũ habitudo. Proportionalitas quidẽ geometrica, eſt portionum æqualitas, prout inter. 4. 8. 16. eſt geometrica proportionalitas, nã vbiq; proportio dupla. Proportionalitas aũt arithmetica, eſt exceſſuũ inter cõparata æqualitas prout inter. 1. 2. 3. 4. nam exceſſus eſt. 1. pariter inter. 2. 4. 6. 8. vbi exceſſus eſt. 2. Sequitur perfectiones rerum eſſentiales non eſſe proportionales, ſed improportionales, ſeu improportionaliter vnam aliam excedit. Exempli gratia, improportionaliter homo eſt equo perfectior, iſti pariter actus, volo occidere vnũ, volo occidere duos, volo occidere quatuor, ſunt improportionales: ſimiliter iſti, volo occidere vnum, volo occidere duos, volo occidere tres, nam ſpecie differunt.

Proportio quid, proportionalitas, & quotuplex.

Perfectiões rerũ eſſentiales non ſunt proptetꝫ ratio nes.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Moralẽ bonitatẽ, atq; malitiã auget pluralitas obiectiua aut magnitudo, cæteris alijs parib⁹. patet, ſimile additũ ſimili auget ipſum, hinc volẽs occidere duos grauí⁹ peccat volẽte occidere vnũ, aut volens bis furari, volente ſemel furari: aut volente furari multum, volente furari paucum. idem ex hac parte boni in his actib⁹: volo ſubuenire vni: volo duob⁹ ſubuenire, volo ſemel deo ſeruire, volo bis deo ſeruire &c. Ex parte ſimiliter obiecti offenſi grauius delinquit maiorem offendens, aut offendẽs magis benefactorẽ, & intelligo, vt dixi, cæteris alijs paribus, quoniam aliundẽ circunſtantiarũ diſparitas conditionẽ rei immutare poſſet. Exempli gratia: ex certa circunſtantia poſſet vnitas, vel paucitas, vel paruitas eſſe alicui licita: & non pluralitas, vel magnitudo: prout contingit alicui debili eſſe licitum ſemel ieiunare & non bis: aut pauperi licitum eſt denariũ vnum alijs pauperibus porrigere, & nõ duos: aut paruũ appetere honorẽ, & nõ maiorem. Aliæ quidẽ circũſtantiæ poſſent etiam diſparitatem addere: quare intelligendũ eſt infra latitudinem ſui generis, ſcilicet boni in bonis, & mali in malis, & alijs cæteris parib⁹

¶Scd'a cõcluſio. Pluralitas obiectiua nõ proportionaliter geometricẽ, aut arithmeticẽ ꝓportionalitate propriẽ

dicta auget, ſed potius improportionaliter, oſtendo primò actus huiuſmodi differunt ſpecie: tum etiam actus pro obiecto infinitatem habens eſſet infinitæ bonitatis, probo. infinita proportione melior eſſet actu habente pro obiecto vnitatem, de proportionalitate enim geometrica eſt clarum videlicet, ſi velle occidere vnum: & velle occidere duos: & velle occidere quatuor, & velle occidere octo &c. ſe haberent, vt illi numeri, ſic velle infinitos occidere infinita proportiõe eſſet actu primo deterior: imò quocunq; citra, & idem de arithmetica proportionalitate oſtendo, nam certi exceſſus etiam quantuliicũq; æqualitate retenta, aſcendendo ab vnitate non eſſet ſtatus coordinationis talium actuum, quorum inferior eſſet ſubduplus ad aliquem ſuperiorem: & iſte ſubduplus ad aliquem eo ſuperiorem: & ſic in infinitum, vt patet in hac numerorum arithmeticæ proportionalium coordinatione. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c. in infinitum procedendo, vbi vnitas eſt ſubdupla ad aliquem eorum ſcilicet ad. 2. & . 2. eſt ſubduplus ad aliquẽ, ſcilicet ad. 4. & . 4. ad aliquem ſcilicet ad. 8. & ſic ſine ſtatu. quare actibus ita ſe habentibus conſtat, quod infinitæ malitiæ eſſet iſte, volo occidere infinitos. Dixi proportionalitate propriè dicta, videlicet ipſorum comparabilium, nam imaginabilis eſt quædam proportionalitas differentiarum ſeu exceſſuum ipſorum comparabilium aut additamentorum, Ponatur igitur volitio infinitatis mala. vt duo: & volitio vnitatis mala, vt vnum: ſic omnes actus mediantes eſſent mali ſupra vnũ, & infra duo, gratia exempli, volitio duorum eſſet mala vt vnum cum dimidio, & volitio trium mala, vt vnum cum dimidio: & cum quarta parte, & volitio quatuor mala, vt vnum cum dimidio, & quarta, & octaua: & volitio quinq; mala vt vnum cum dimidio: & quarta, & octaua: & decimaſexta: & ſic in infinitum vſque ad volitionem infinitatis, quæ mala eſſet, vt duo: huiuſmodi enĩ proportionalitas verius eſſet in actibus eiuſdem ſpeciei ineſſe moris creſcentibus, à circunſtantijs circunſtantibus non permutantibus ſpeciem.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶ Primum. Solutio ieiunij Symonis & Iudæ vna noliꝰ tione eſt tranſgreſsione vnius ſolius Apoſtolorum cæteris alijs paribus grauior: non autem in duplo. Pariter ſoluto ieiunij profeſti omnium ſanctorum, eſt grauior hoc anno, quàm elapſo cæteris alijs paribus: propter maiorem ſanctorum pluralitatem: non autem in proportione pluralitatis ad pluralitatem: dixi cæteris alijs paribus, nõ enim illa tranſgreſsio eſt tranſgreſsione ieiunij natalis domini, aůt veneris ſanctę deterior, quoniam eſt illic maior confuſio atq; indiſtinctio, vni pariter ſpecialiꝰ vnus dies, q̃ alius attribuitur, tum etiam maius eſſet hîc ſcandalum, atq; contẽptus verus, vel interpretatiuus, quare grauitas maior.

Perpetuitatis pœnæ dãnatorũ cauſa

¶ Secundum corollarium. Immediata & directa cauſſa infinitæ durationis pœnæ damnatorum non eſt (vt quidam dogmatiſant) formaliter infinita bonitas obiecti offenſi: tum quia per veniale offenditur, & contra eius legem agitur, vt alibi oſtẽdo, tum etiam ſic actus dei offenſiuus eadem ratione foret infinitæ malitiæ dicendus. Fateor igitur magnitudinẽ obiecti oſtenſi aggrauare, quiſq; dignum offendit peccat: & qui digniorem grauius peccat: ſed non magnitudinis ad magnitudinem proportione. Dico igitur directam atq; immediatam infinitæ durationis pœnæ damnatorum cauſſam eſſe diuinam voluntatem ſic inſtituentem: in cuius mera poteſtate obedientiali ſunt cunctæ creaturæ, non dico huic congruentias deeſſe.

Peccatũ qđ cũq; directè in deum an ſit quocunq; alio grauius?

¶ Primum dubium. An omne peccatum quo directè & immediatè deus offenditur, ſit quocunq; alio peccato in proximum patrato grauiꝰ, gratia exempli, periurium homicidio? Reſpondeo ad dubium negatiuè, quinimò non inconuenit directè in deum eſſe veniale pariter aliquod mortale aliquo mortali directè contra proximum leuius. Ad exemplum autem adductum, ſunt opiniones. Vna quòd ſic, propter iniuriam atq; contumeliam in Deum directam, qua ſcilicet vocãs deum in teſtem falſi deo attribuit eſſe mendacem, cùm nequeat eſſe falſus teſtis niſi mẽdax ſit; hæc ratio nõ vniuerſaliter cõcludit vt dixi: Eſt

alia opinio contraria, cuius motiuum eſt iſtud: per homicidium tollitur eſſe offenſi non per periurium, hæc ſuaſio pariter non concludit, quoniam quandoq; ipſius directè offenſi dignitas eſt parua vel nulla eius incommoditate plus aggrauat, q̃ maior iactura alterius offenſi minus digni. Dico igitur pro rei concordia, dupliciter poteſt quis in periurio ſe habere, primò, de æterna bonitate & veritate malè ſentiens ei formaliter attribuendo eſſe mendacem: & poterit hoc modo periurium eſſe homicidio grauius. Alio modo non ſic formaliter deo attribuendo, ſed quodam motu deum in teſtem inuocando quatenus ei credatur, & hoc periurio poterit homicidiũ eſſe grauius.

Dupliciter poteſt quis ſe habere in periurio.

¶ Secundum dubium. An circa deum quæcunq; offenſa dignioris ſit quacunq; offenſa minus digni grauior? Reſpondeo non: oſtendo; contingit aliquem voto, aut alio ſpeciali vinculo obligari in aliquibus alicui obedire & non alteri digniori: aut minus obligari iſti q̃ illi: & ſic grauior erit offenſa atq; inobedientia in minus dignum patrata, niſi hîc digniorem appelles comparatiuè: videlicet cui quis magis aſtringitur obedire; hinc in ſuperioribus deciſionibus poſui cæterorũ paritate ſeruata.

Peccatũin digniorem patratũ an ſemper ſit grauius?

Moralem bonitatem atq; malitiam augent proportionaliter geometricè cæteris alijs paribus gradualis intenſio, continuatio, atq; repetitio, Poſita autem indiſparitate nedum non augere, verùm de genere in genus, videlicet bonum in malum: aut malum in bonum mutare contingeret.

Actuũ intenſio continuatio, & repetitio augent proportionaliter geometricè.

PRIMVM NOTABILE.

¶ Contingit actus liberi creſcentiam eſſe à naturali cauſſa quam nequit voluntas impedire eliciens actum: put eſt habitus. Pariter cõtingit gradũ poſteriorẽ aduenire paſſo aliter, q̃ prius diſpoſito, aut certã habere obligationẽ, quam non prior actus: contingit enim certum deuotionis feruorem non turbare corpus aut animã, notabiliter autem intenſiorem ſic: aut contra conſcientiam eſſe contra quam non erit actus remiſſior; ſic per omnia de con-

Actus liberi creſcẽtia q̃nq; eſt à naturali cauſſa.

tinuatione, aut eiuſdē actus in ſpecie repetitione.

¶Secundū notabile. Quidā ordine ſecundùm prius & poſterius diſcriminant. Primò quidē in malis: dicit Godefredus in quolibetis: grauius peccat qui primò tangit nō ſuā, ꝙ qui ſecūdò eam tāgit. Contra. eodē præcepto oīs talis actus prohibetur: nec quantum ex hoc eſt circūſtantia alleuians ſecundū actu potius, ꝙ primū, quod ſi aliqua fuerit, non eſt de per ſe: quinimo aliqua etiam interuenire poteſt aggrauans ſecundū actū ſuper primū. In bonis autē dicit Robertus olkot: primū actū meritoriū eſſe meliorē, ꝙ ſit aliquis ſequēs ſimilis illi: nam ille nedum eſt gloriæ meritorius ſed culpę remiſsiuus atq; ęternę pœnę in temporalē cōmutatiuus. Hæc eſt inefficax ratio: tū primò: actus ſequēs primū ꝗtum eſt ex ſe, eſſet æquē meritorius illorū vbi materiā inueniret: tū etiā illa ſunt bonitate actus poſteriora. ꝙ em̄ ab aqua forti aliquid iam mundū non mundet: quia ſcilicet nulla ſupereſt ſordities non arguit minorē aquæ virtutē: igitur &c. Præterea præmij accidētalis additio nō maiorē arguit moralē bonitatē: quare quātū eſt ex hoc ſolo: dico nō eſſe actuū diſcrepantiam ſec' vbi eſſent act' ſpē differētes illa ꝓ obiecto, aut ꝓ circunſtantijs circūſtantib' à volūtate pręſtitutis habētes. cōtingit enim hūc actū, volo hęc ꝓ reparatione offenſæ in deū, atq; cōmutatione ęternę pœnę in tēporalē eſſe meliorē hoc actu, volo hoc nō illis cauſis: iſti em̄ act' ſpē differ.

Actuum ordo ſecūdùm prius & poſterius quid operetur.

¶Tertiū notabile. Prioritas aut poſterioritas etiā cęteris alijs parib' pōt ꝗtū ad aliqd accidētale extra bonitatē, vł malitiā cōferre. Ad qđ elucidādū ꝑmittaꝫ ꝙ irremediabilis īpotētia copulę carnalis ꝑcedēs īpedit m̄rimo. cōtrahēdū: ſequēs aut nō dirimit cōtractū, ſimił affinitas īpedit cōtrahēdū q̄ ſequēs nō dirimit cōtractū. Idē de religiōis voto. In his em̄ caſib' act' volūtatis ꝑcedēs aliqd roboris habet, qđ nō ſequēs, quinimò (vt ī p̄rio notabili dixi) etiā in bonitate vł malitia, ꝑpter aliorū diſparitatē. poſtvotū em̄ ſimplex cōtrahēs prima vice ſuę vxori debitū reddēs, peccat, nō aūt ſequētib' vicib': vtriq; em̄ coniugū ante copulam liberum eſt religionem ingredi; ſic neuter ad primam abſolutē obligatur; & per conſequens voto

In aliquib' caſib' actus voluntatis præcedēs aliquid roboris habet qđ non ſequēs.

præaſtrictus peccat primo reddendo. hoc autem facto obligatur reddere petenti, non tamen licet ei petere: dico igitur in præcedentibus & alijs huiuſmodi caſibus aliquid roboris habet volũtatis actus poſterior, quod nõ habuit prior.

PRIMA CONCLVSIO.

¶ Moralem bonitatem atq; malitiam augent proportionaliter geometricè, cæteris alijs paribus, gradualis intenſio, continuatio, atq; repetitio: probo: non min⁹ prohibẽtur duo actus odij proximi conſtituentes vnum, q̃ ipſi diſparati atq; interruptiuè repetiti: nec minus ſtrictè cõtinuatio pro determinato tempore, q̃ pro tempore ęquali pręcedente: neq; minus interruptiuè ſecundo repetit⁹, q̃ ſimilis præcedens.

Occidẽs vni cũ cum actu interiori intẽſo aut actib⁹ repetitis æq̃ grauiter peccat cũ occidẽte longẽ plures non taliter.

SEQVITVR COROLLARIVM.

¶ Contingit aliquem vnius homicidam æquè grauiter peccare cum occidente duos aut tres, quorum quilibet eſt æqualis primo. Et id multipliciter. ¶ Primò penes gradualẽ volitionis homicidij feruorem ęquiualentem plurium volitionibus remiſsis: ſic enim actu feruenter intẽſo, occidens vnicum æquè grauiter, vel grauius peccaret q̃ alius actibus remiſsis plures occidens. ¶ Secundò penes continuationem qua contingere poteſt per actum efficacem continuatum grauius peccare eo qui actibus remiſsis citò tranſeuntibus plures occideret. ¶ Tertiò penes repetitionem qua quis frequenter actum efficacem occidendi fortem repetens, grauius peccaret: q̃ paucioribus actibus occidens plures. Nedum igitur conſiderãda eſt operum exteriorum pluralitas: ſed ad idem opus exterius feruor actus interioris: aut diuturna eius continuatio, aut frequens repetitio. Et idem reſpectu operis boni dicendum.

Exteriorum operum nec pluralitas eſt conſiderãda, ſed interiorum intẽ-

¶ Secunda concluſio. Poſita diſparitate contingit prioritate & poſterioritate fieri nedum in eodem genere ſecundũm magis & minus: verumetiam de genere in genus mutationem, patet, in caſibus primi notabilis: vbi enim eſſet mentis vel corporis diſpoſitio actum remiſſum ſine nocumentis ferre: & non notabiliter intenſum, aut non

diu

diu continuatum,aut non frequenter repetitum:ſic intẽſionis, aut continuationis, aut repetitionis exuperantia vitiaret actum, remiſſo vel mox tranſeunte, aut non repetito præexiſtente bono: præterea ſit conſciẽtia exuperãtiam illam dictans eſſe reſecandã:& non reſecetur:vitiatur altero citra creſcentiam illam præexiſtente bono:quinimo à ſuperiori dari poſſet præceptum concedens actũ primum,prohibens autem ipſum iterandum, vel diutius liberè continuandum. fio, aut continuatio, aut repetitio.

¶Dubium, an peccatum ſit aliqua pluralitas, cuius nulla vnitas peccatum eſt: videtur quòd ſic in his quorũ nullum ſeorſum eſſet peccatum,nihilominus ex additione vnius alteri efficitur quis peccator: aut quodlibet ſeorſum eſſet veniale:& ex additione efficitur quis mortaliter peccator:ſi apparet concedendum totam collectionem eſſe peccatum:vel eſſe peccatum mortale:& nullum ipſius collectionis eſſe tale. Reſpondeo id dupliciter accidere poteſt:vno modo cum ſucceſſione:alio modo ſimul. Primo quidem modo:videlicet quòd primo tranſeunti aduenerit ſecundum:& ſic propter diſpoſitionem quam fecit primum,contingit ſecundum eſſe peccatum, aut eſſe mortale primo non præexiſtente tali. Secundo autẽ modo propter mutuum auxilium cõtingit aliquid induci culpabile,quale à nullo modo propter mutuum auxilium contingit aliquid induci culpabile,quale à nullo ſeorſum induceretur:quare vtrunque vitiabitur. Exemplũ prõptũ eſt de duobus vulneribus,quorũ neutrũ ſeorſum notabiliter lęderet ſcilicet neutro ſuccedẽte alteri,vel coaſſiſtente,ratione aũt ſuccedentiæ vel coaſſiſtentiæ, fit notabilis læſio. Dico enim contingit per ſuccedentiã ſecundum fieri peccatũ:vel fieri mortale primo non pręexiſtente tali:per coaſſiſtentiam autem vtrunque eſt tale:non igitur in hoc caſu verificatur ſophiſma iſtud: hæc duorũ collectio eſt peccatum:& neutrum eorum eſt peccatum. Patet igitur quid ſit dicendum inter theoricos communiter proclamatum de quatuor racemis ablatis damnũ notabile conſtituentibus,& non citra. Reſpondeo vt ſuprà dupliciter cum quatuor volitionibus executio fieri põt.

Dãnũ nota bile ex multi tudine quot modis eſſe poteſt.

Vno modo ſucceſſiuè: & ſic quarta volitio alijs tribus träſeuntibus manet peccatum mortale: quia efficit notabilitatem damni quaſi elicita fuiſſet prima, ipſa nõ fuiſſet talis. Secundo autẽ modo, eis ſimul elicitis: & ſic earum quælibet eſt peccatum mortale propter reliquarũ trium aſſiſtentiam, propter quã co efficit damni notabilitatẽ: dicere igitur earum collectionem eſſe peccatum mortale: & nullã collectionis partem eſſe talẽ, abuſus eſt. Fateor hunc non grauius peccare altero per quartam: nec inconuenit vnũ mortale eſſe pluribus mortalibus ęquẽ graue. Ex his patet ad ſimiles caſus reſponſio: eius enim quæ ſucceſſiuè animo maliuolo eruit à proximo duos oculos deterior eſt volitio eradicationis ſecundi quàm primi: quia maioris damnoſitatis re tunc ſic ſe habente: vbi autem ſimul erueretur eſſent æqualis malitiæ volitiones, cæteris alijs paribus, pono oculos æquè bonos &c.

Culpa poſterior nõnũꝙ eſt ſimili priori deterior.

¶Secũdũ dubiũ. de actorib⁹ quale ꝓcedẽs de actibus. Rñdeo ꝓportiõalr̃ exẽpli grã, poſt primũ vuln⁹ ab vno illatũ, aut poſt tres racemos ab vno ablatos: ſcd's illũ ſciẽs dat ſecũdũ vuln⁹ illi ſimile, aut aufert quartũ racemũ iſte peccat mortaliter qualiter non prim⁹ qui damnũ notabile inferre non intendebat quare qui parum quantitate furatur, grauius peccat altero triplum furante: nam plus lędit comparatione ad facultates eius à quo furatur. Si autem ſimul de ſe inuicem nouerit, ſic eorum quilibet mortaliter peccat. Quantum autem ad reparationem atque reſtitutionem dicendum (gratia exempli quatuor hominibus quatuor racemos ab eodem rapientibus) aut hoc fit nullo eorum de altero ſciente: nec etiam damnum notabile facere volente: ſic nullus mortali furto peccat. Quolibet autẽ de alijs ſciente, nec tamen alteri ſuadente vnuſquiſꝙ peccat mortaliter. nam ſcienter damni notabilitatem coefficit: non tamen quilibet obligatur reſtituere in ſolidum: ſed duntaxat ablatũ. Quolibet autem de alijs ſciente & eis ſuadente; quiſꝙ mortaliter peccat: & quilibet tenetur in ſolidum, alijs non ſatisfacientib⁹ procuret igitur quiſꝙ integram geri reparationem: vno tamen ſatisfaciente quilibet erga proximum abſoluitur

Poſſet inmutari caſus: videlicet aliquo eodem hæc pluribus ſubtrahente quæ ab vno ſolo ſubtracta damnum conflarent notabile, pone nullum ablatorum ſeorſum eſſe peccatum. ſi dicas eum nõ peccare per hoc quod nemo imputabiliter dãnificatur: ſequitur poſſe ex huiuſmodi ablatis aliquẽ opulẽter ſine peccato ditari: cũm ex multis talium minorum poſſit vnum multum conſurgere: dico hoc illatum non eſſe inconueniens non aliunde extante intentione mala: aut alia circunſtantia vitiante.

An poſſit aliquis opulenter ſine pctõ ditari ex ablatis.

MVltiplicatis obligationibus augetur bonitas atq; malicia ſiue directè ſiue indirectè: & per accidens operi interueniat obligatiõis augmẽtũ, potiſſimè in bõis quãdo innoteſcẽte obligatiõe fit opus ſecundùm quod huiuſmodi: in malis autẽ ea cognita, aut cognoſci debita: hinc operatio ſub iure diuino cadens redditur per ius ciuile: deinde per ius canonicum repetita melior, aut deterior: idem de aliorum generum legibus à legiſlatoribus obligare potentibus repetitis.

Obligatiõis augmẽtũ bonitatẽ auget atq; malitiã.

PRIMVM NOTABILE.

¶Dupliciter põt opi accidere obligatio: vno mõ directè, videlicet per expreſſam ſuperioris intentionẽ ad op⁹ obligare volẽtis. Alio modo indirectè & per accidens: videlicet quãdo nõ eſt expreſſa ad opus illud intentio obligãtis: ſed ex circũſtantia naſcitur obligatio. gratia exempli: in opere de ſe indifferẽti quo efficeretur mediũ neceſſariũ ad pręcepti obſeruãtiã: taliter etiam operis ad qđ pręerat directè obligatio põt indirectè augeri oriẽte ſcandalo: aut graui detrimento ex huiuſmodi operis omiſſione ſub præcepto præcadentis.

Obligatio dupliciť opi accidere põt.

Pręcepti op⁹ dupliciter fieri poteſt, vno mõ vt præcepti, alio mõ nõ vt hmõi

¶Secũdũ notabile. Dupliciter fieri poteſt opus ſub præcepto cadẽs. Vno mõ vt huiuſmõi videlicet p modũ obedientię atq; ſatiſfactionis pręcepto. Alio mõ nõ vt hmõi grã exẽpli qñ nõ innoteſcit obligatio, aut ea innoteſcẽte, nõ fit opus per modũ obedientię ſed ex beneplacito: aut quia eſt rectę rõni morali cõforme. Prætereà ea nõ innoteſcente duplex poteſt eſſe ignorantia; videlicet inuinci

Opus idē cō tigit à diuerſis præcipi. Moſaicæ legis præceptū morale forti⁹ ligat in euangelio repetitū q̃ anteā.

bilis & vincibilis.

¶Tertium notabile.à multiplici legiſlatore poteſt ius robur aſſumere obligandi:poſſunt enim multi idē opus idē præcipere.Exempli gratia,idē ius diuinū aſſumitur in lege ciuili cum robore obligandi:& iterū canonizatur ta le ius ciuile cū alio obligādi robore: ſic æquè forti⁹ ligat q̃ vnico illorū modo.Hic Moſaicæ legis præceptū mora le fortius ligat in euāgelio repetitū: quàm anteā:pariter ad op⁹ diuini p̄cepti iterū voto firmatū ē mai⁹ vinculū.

PRIMA CONLCVSIO.

¶Multiplicatis obligationibus augetur operis,vt huiuſ modi facti bōitas atq; malitia:ſiue directè,ſiue indirectè interueniat hmōi obligationis cremētū:probo,quia eſt maior ad rationem rectā conformitas aut difformitas,; tū etiam malitia quoniā obligatiōis cremētū operationē du cit ad peccati mortalis malitiā:aut de minori mortali ad mortale grauius.De bonitate autē:quoniā circūſtantiam obedientiæ ſuperaddit quæ maior eſt quàm victima. Di co igitur cæteris aliis paribus,idem opus ex obligatiōe factum melius eſt quàm ipſum ex arbitrio gratia hone ſtatis eius foret:& ita in malis in q̄bus etiā obligatio inno teſcens addit in obedientiæ circunſtātiā.Sic igitur dilige re deum ex obedientia tēpore pro quo eſt obligatio, eſt cæteris aliis paribus melius,quàm eum diligere non ex obligatione videlicet tempore pro quo non eſt ad hoc obligatio.Cōſideret igitur religioſus quantùm meriti cre mētū ex propriæ volūtatis abdicatione aſſequatur, lōgē pl⁹ meretur per opus ex obediētia ſui prælati:aut vinculo voti factū q̃ p iſtud volūtariè ſine obligatiōe meruiſſet.

Op⁹ ſub voto cadens factū vt ſic eſt melius.

Bonitas quę cūq; præcepti an quācūque cōſilij bonitatem exuperet?

¶Secunda concluſio.quāuis eidē operi obligatio aduc niens bonitatem augeat,nō tamē eſt quorūdā infallibili ter certa ſententia aſſerentiū huiuſmodi bonitatē trāſcen dere cuiuslibet alterius operis non ſub obligatione cadē tis bonitate.Prima pars fuit oſtenſa.Secūdā autē ſuadeo quoniā obligationis circunſtantia nō infinitè auget: vi detur igitur poſſe bonitatē per alias circūſtātias ſupra cer tā obligationis bonitatē augeri.In oppoſitū eſt quorūdā opinio dicētiū quātulūcūq; opus ex obediētia obligatio

mis factũ: eſſe quãtocũqꝫ opere ſupererogationis melius, atqꝫ magis meritoriũ. exemplificãt dicentes religioſum à prelato vocatũ ad ſolatiũ plus mereri ſequẽtẽ eũ quàm p integrũ pſalteriũ in clauſtro: aut aliud opus ſupererogationis ab eo factũ: & cõſequẽter eſſet dicẽdũ quãtulũcũqꝫ diuini præcepti opus eſſe magis meritoriũ, ꝙ omnia bõa ſua pauperibus ſupererogare: ꝙ religionẽ ingredi: ꝙ martyriũ de cõſilio tolerare: ſi aliqd' fuerit tale: ſecũdũ hoc pariter diceretur huiuſmõi obediẽtię circũſtãtiã variare bõitatis ſpeciem, cui nequit bonitatis cõſilij ſpecies coęquari quãtũcũqꝫ in genere cõſilij creſcat, prout in alijs rebus ſpecie differẽtibus accidit.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Ieiunij ſolutio per eſum carnium ẽ ſolutione per eſum piſciũ deterior.

¶Primũ. ieiunij ſolutio per eſum carniũ deterior eſt ea per panis, aut piſciũ eſum. patet: ieiunij præceptũ eſt prægnãs multas pariẽs obligationes: vn ãqua prohibet̃ refectionũ pluralitas: alterã qua vſus carniũ ĩterdicit̃. Quãuis em̃ iuxta quorũdã opinionẽ poſt ſolutũ ieiuniũ tertia vel quarta refectio nõ ſit culpabilis nõ alia interueniente intẽperãtia: eſus tñ carniũ quoties fit die ieiunabili ẽ culpabilis: quinimo multi caſus excuſant à ieiunio per refectionũ pluralitatem, qui ab obligatione eſus carnium nõ excuſant, quare ſunt obligationes cõdiſtinctæ.

Bñficia plura iuſtẽ tenẽs plus meretur dicẽs horas grauiꝰ quàm omittit.

¶Secundum corollarium. tenẽs plura beneficia horas omittens grauius delinquit ex eorũ pluralitate: & plus meretur dicens eas. patet: illic multiplicãtur obligationes: quãuis enim non obligetur dicere pluries horas: pluries tamẽ obligatur ad eaſdẽ: id eſt pluribus obligationibus: ſic eodem die duplici ieiunãdi cauſſa occurrẽte: prout in quadrageſima (interueniẽte profeſto aliquo ieiunabili) grauior eſt ieiunij ſolutio: & pariter ieiunium ex tali obligatione obſeruatum melius.

Satiſfactoriũ nõ eſt p hoc minus meritorium.

¶Tertium corollarium. vtilior eſt pœnitentia à ſacerdote iniuncta pœnitenti & ſuſcepta, quàm ſimilis voluntarie facta: & tranſgreſſio deterior. patet: eſt illic obligationis atqꝫ obedientiæ vel inobediẽtiæ circũſtantia, hinc non ſine prudentia fiat eius iniunctio atqꝫ ſuſceptio.

¶Quartum corollarium. opus ſatisfactorium nõ eſt per

hoc minus meritorium:quinimo potius plus,ſcilicet ex obligatione & obedientia factum.

Diuini præcepti trãſgreſſio puri voti tranſgreſſiõe deterior eſt.

¶Primum dubium. An religionis ſtatus addat operibus bonitatem atq; malitiam? Reſpõdeo opera præceptorum ſub votu replicata eſſe meliora, quàm in ſecularibus ſimilia, tranſgreſſionemq; deteriorem, idem de conſiliorum operibus ſub voto eorum cadẽtibus, opera autẽ eis ſub voto cadentia ſe habent vt in ſeculari ſtatu. Hæc oĩa intelligo aliorũ paritate retẽta: hoc eſt ſolus ſtatus nõ reddit opus melius, vel deterius: ſecus vbi in bõis eſſet feruor maior, aut ædificatio, aut huiuſmodi: & in malis ſcandalum vel ingratitudo &c. His ſuperaddo diuini præcepti tranſgreſſionem eſſe puri voti tranſgreſſione deteriorem patet illius eſt obligatio maior: quinimo probabili quorundam opinione fortior eſt vniuerſalis eccleſiæ obligatio vinculo voti. Exẽpli gratia. grauius delinquit ieiunij ab vniuerſali eccleſiæ inſtituti obligationem violans, quàm ieiunij ſub puro voto cadentis.

De omiſſionis malitia uel bonitate.

CAP. X.

Omiſſio pura quæ dicatur moraliter qualiterue requirat libertas.

ESt pura omiſſio non modo moraliter, verùm demeritoriè mala: non omnis: ſed libera operis pro tunc præcepti: non ſecundùm bonitatis actus omiſſi menſuram: ſed penes quantitatem obligationis præcepti ſuam ſumens malitiam: quandoq; mortalem: quandoq; venialem: aggrauandam quidem vel alleuiandam circunſtantijs, quibus & commiſſio aggrauari, vel alleuiari ſolet: non informantibus, ſed adiacentibus: quam & commiſſionem ſic ſeparabiles reperies: vt omiſſiuè tantùm, aut commiſſiuè tantùm, aut ſimul duobus illis modis delinqui contingat.

PRIMVM NOTABIEE.

propriè omiſſio,eſt alicuius ſubiacētis facultati negatio, ſeu priuatio.Quare nemo dicēdus eſt propriè id omittere,quod operari non poterat.Non igitur propriè omittit quis cibū digerere:aut videre:vel audire,ad hæc naturali impedimēto impotens factus,ipſe autem aliqua dici po teſt omiſiſſe illis requiſita facultati eius ſubiacentia.

Omiſſionis deſcriptio.

Nemo propriè dicend⁹ eſt omittere quod opera ri nō poteſt.

¶Secūdum notabile ſolet omiſſio appellari pura per as ſ⁹ coaſſiſtētis priuationē.Et dupliciter iuxta duplicē po tētiā:intellectū videlicet & volūtatē.Poteſt enim dici pu ra excludēdo volūtatis actū:& pōt pura appellari vtriuſ que potētiarū actū excludēdo. Et quāuis ſtrictè omiſſio ſit operū ſub præcepto cadētiū:ad cōſilia tamē ad indiffe rētia,& ad opera mala extenditur:quorū abiectio atq; pri uatio verè omiſſio nūcupari pōt:nolo nihilomin⁹ in vo cabulo vim facere.

Omiſſio quę & quot modis pura.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Eſt aliqua pura omiſſio moraliter atq; demeritoriè ma la:purè quidem.i.ſine volūtatis actu formali.oſtēdo:viator pro hoc inſtāti,vel tēpore diligere deū obligatus non eliciat ꝑ tūc actū,ſciens ſe obligari ipſe peccat,cùm deum pro tunc diligere teneatur & non diligat.non autem ali quo actu peccat,igitur omiſſione pura.

¶Secūda cōcluſio.Ad maliciā requirit̄ omiſſiōis liber tas:vt amplè ſuperius innotuit:quare nullius impoſſibi lis negatio eſt imputabilis quoniā nō libera, pariter nul li⁹ poſſibilis nō ſubiacētis ꝑ tūc libero volūtatis ipio ē pa riter culpāda.An aūt ad omiſſionē eſſe liberā requirat̄ ope ris omiſſi cognitio,alibi ſuprà explanaui. Quēadmodū enim priuatio,ſeu carētia eſt alicuius negatio cū aptitudi ne ad actū:defectu cuius aptitudinis nō cōcedimus deū priuari,vel carere peccato,aut lapidē virtute: ſic omiſſio eſt operis negatio cū eiuſdē impoſſibilitate:nō igitur re quiritur(vt falſè aſſerunt nōnulli) obligatio :cū nec hoc cōnotat vocabulū.Cuiuſcūq; igitur operis non poſitio eſt ipſi operāti omiſſio potenti in opus illud; fateor eam non eſſe ſine obligatione culpabilem.

¶Tertia cōcluſio.Nō omnis libera operis boni omiſſio: nec quęlibet libera opis bōi p̄cepti,ſed ſola opis p̄cepti ꝑ

Omiſſionis grauitas non penes actus omiſſæ boni tatis attēdit, ſed penes obligationē.

tūc obligātis eſt culpabilis cēſenda. Primū patet de operis purē cōſilij omiſſione. Secūdū pariter de omiſſiōe operis præcepti nō ꝓ tūc obligātis: qualis eſſet dilectiōis dei omiſſio ꝓ tēpore ꝓ quo minimē quis deum diligere tenetur. Tertium eſt ex his perſpicuum.

¶ Quarta cōcluſio. nō ſecūdū mēſurā bōitatis act⁹ omiſſi attēditur omiſſiōis grauitas: patet, cōtingit eiuſdē act⁹ omiſſi ad diuerſos eſſe obligatiōis inæqualitatē. Exēpli gratia: ſtat ad idē opus duos inęqaliter obligari: ſic igitur eſt idē opus omiſſum & nō æqualiter vtriq; eſt grauis omiſſio: tū etiā quādo ꝙ ſub diſiunctione ad multa inæqualia eſt obligatio: tūc quæro reſpectu cuius omiſſorū attenderetur omiſſionis malicia: verbi gratia duorū indigētiū, vnico potēs eſt ſortes ſubuenire & omitti: quæro penes quā ſubuentionē omiſſam mēſuraretur huius peccatū. Idē in ſimilibus, ad nullū enim gradū intēſionalem dilectionis dei determinatē obligatur viator, igitur penes nullius illorū omiſſorū mēſurā bonitatis attēdit omiſſiōis diligēdi deū malicia: cōſequētia patet. ſi penes determinatū gradū ſumeretur: hoc ideo eſſet, quia ad illū gradū determinata eſſet obligatio: aliās quęro cur potius penes illā dilectionem intenſam quàm penes dilectionem intenſiorem, vel remiſſiorem attenderetur menſura?

¶ Quinta concluſio. Penes obligationis præcepti menſuram attenditur grauitas. patet: ex contrarietate ad obligationem eſt imputabilitas, tū etiā ex definitione peccati, eſt dictū factum vel cōcupitū contra legē. lex autē à ligādo, ſeu obligādo appellatur: contingit enim ad actum gradualiter remiſſiorem vitādū eſſe maiorē obligationē. Exempli gratia, ad remiſſum dei odiū vitandū maior eſt obligatio, obligatione vitandi odiū proximi intenſius. Quinimo in eadem ſpecie ab aliquo poteſtatem obligādi habēte prohiberi poſſet certi obiecti dilectio intēſa vt quatuor maiore obligatiōe quàm dilectio eiuſdem obiecti intenſa vt ſex. quo ſtante grauius peccaret iſte dilectione intenſa, vt quatuor ſolitaria (quàm dilectione intenſa, vt ſex: dixi ſolitaria propter dilectionem vt quatuor in dilectione vt ſex contentam.

¶Sexta concluſio. Omiſsio circunſtantijs aggrauatur, quibus commiſsio. patet. illis augetur operis obligatio: igitur eis aggrauatur eiuſdem omiſsio. Exempli gratia. ex perſonæ, materię, temporis, vel loci, vel modi omitten di circunſtantiã, redditur omiſsio deterior: de circunſtan tia autem finis difficultas maior eſt.

Omiſsio circunſtãtijs aggrauatur quibus cõmiſſio.

¶Primum dubium. An pura omiſsio purè omiſsiuè in finem referri valeat: addo purè omiſsiuè: quoniam nullus ſanè dubitabit omiſsionem operis volitam in finem referri poſſe. Exempli gratia, volo propter iſtũ finẽ nõ facere hoc. Reſpondeo affirmatiuè: poteſt enim certus finis voluntatem mouere atque allicere ad deferendam operationẽ aliquam, ſcilicet, nec operando exterius: nec volitionem operandi eliciendo: & ſic illo fine erit operis omiſsio.

Omiſsio pura an poſsit purè omiſsiuè in finẽ referri.

¶Secundum dubium. An commiſsio & omiſsio ſint ad inuicem quò ad culpam ſeparabiles? Reſpondeo ſic: delinqui enim contingit purè omiſsiuè tantùm: purè cõmiſsiuè tantùm: & illis duobus modis ſimul. patet, ſtat aliquẽ ad actum obligari qui pro tunc nullum elicit: contingit pariter aliquẽ ad nullũ teneri actũ, qui actũ malum elicit: põt autẽ quis ad actũ aliquẽ aſtrigi quia actũ cõtrariũ elicit. Exemplum primi: pro tempore quo fortes deum tenetur diligere nullum eliciat actum ſciẽs ſe obligari purè omittit non committendo. Exemplum ſecundi. Plato quando non arctatur Deum diligere, elicit odium, ipſe commiſsiuè non autem omiſsiuè peccat: cùm ad nullum pro tunc obligetur actum. Exemplum tertij: citius quãdo deũ diligere tenetur, odiat: tunc omiſsiuè peccat. Nonnullis tamen aſſerere libet in odio totã reſidere omiſsionis malitiam: nam ipſa neceſſariò ſequitur, odio poſito. Et ſecundùm hoc dei odium aut alius actus grauior eſſet tempore quo ad actum contrarium obligatur viator, quàm tẽpore quo non obligatur: nam eſt duplici inuolutum malitia, ſ. propria: deinde alia, quam ſeorſum haberet ipſa dilectionis omiſsio. Sequitur ipſam omiſsionem eſſe ſeorſum culpabilem, quæ poſito odio non eſt culpabilis. Sequitur inſuper talem tam commiſsiuè, quàm omiſsiue peccare; vtraque tamen malitia exiſtente in commiſsione. Iuxta

Omiſsionis & commiſsionis ſeparabilitas.

hoc non valet hæc ſequela: mala eſſet huiuſmodi omiſſio circūſcripto odio: ergo eſt mala cum odio: cui tamen opinari placeret omiſſionem illā cū actu contrario eſſe propria malitia malam: dicat eam tam liberā, quàm liber eſt contrarius actus: nec eſt habitudo qualis actus interioris ad exteriorē: cū ſine interiori nequeat exterior maliciā habere: ipſa aūt omiſſio abſq; illo actu cōtrario malitiam habere poteſt.

Omiſſionis reat⁹ quādo cōtrahatur.

Difficilis eſt nōnūquā tēporis vel inſtātis aſſignatio: pro quo omiſſionis reatus cōtrahitur: quoniā plerūq; nō eo tēpore naſcitur quo ſonat præceptū. Dico igitur contrahi quādoq; pro præcepti mēſura, ſi ꝓ tūc poſſibilis ſit impletio: nōnūquā aūt pro mēſura liberi incurſus impoſſibilitationis. Quandoq; igitur in inſtāti, quādoq; in tēpore cōtrahitur: quādoq; in tēpore cōtrahitur, & eodē tēpore cōtractus eſt, quādoq; in tēpore cōtrahitur, & pro inſtanti terminātē eſt cōtractus.

Præceptum quoddā tempus ad eius impletionem requirit: ad quoddā autē ſufficit inſtās.

PRIMVM NOTABILE.

¶Actuū ſub præcepto cadētiū, quidā inſtātaneē eſt à voluntate creata ꝓducibilis, ꝓut proprius eius actus: quidā ſolùm ſucceſſiuē, vt exterior potentię motiuę operatio. Et harum quædā maius tēpus requirit: quædam minus. Quoddā igit̄ præceptū tēp⁹ ad eius impletionē poſtulat: ad quoddam autem ſufficit inſtans, ſaltem ad actus elicitionem: quod addo, quoniam de cōtinuatione ſecus.

¶Secūdū notabile. quādoq; pro menſura pro qua ſonat præceptū quis potens eſt ipſum implere: nōnūꝗ impoſſibilitatur: & dupliciter, vno mō ſine culpa: alio modo ex culpa veniali, aut mortali. Cōtingit quidē grauiorē eſſe huiuſmodi culpam impoſſibilitatiuā, quàm fuiſſet præcepti trāſgreſſio, ipſo potente implere contingit pariter eſſe leuiorē: obligatus enim ad finē ad media aſtringitur neceſſaria: & ¡vitare impoſſibilitātia, iuxta ſuperius expoſitū modum.

Præcepti obſeruātia quā

PRIMA CONCLVSIO.

¶Impoſſibilitatione non culpabiliter adueniente, non

imputatur omiſſio.ipſa autē accidēte ex culpa , videlicetdoq; tempus requirit, nō tūc reatus. Prima pars patet.nemo ad impoſſibile obli nūq̄ ſufficiē gatur. Igitur dūtaxat id ex quo cōtrahitur impoſſibilitas inſtans, reſtat inputādū, Exēpli gratia, ſi quis certo tēpore deum teneatur diligere: & ſine culpa in demētiā cadat, vel ebrietatē, vel ſomnū, vel aliud hmōi, ſic excuſatur: ſi autē culpabiliter aliquod huiuſmodi impoſſibilitatiuū incurrat ſ.hmōi impoſſibilitatiuē ſciēs poteſq; impedire. gratia exēpli, obligatus dicere horas eligit breuiari caterere: aut matutinas audire aſtrictus, ſomnū eligit: quē eſſe impoſſibilitatiuū credit vel credere tenetur: in talibus enim libera hmōi impoſſibilitatiui electio imputatur imputabilitate omiōionis actus ad quē alias erat obligatio, non tamē propriē loquēdo dico tūc omiſſionis proprij actus reatū cōtrahi: cū pro tūc nō ſit ad actum illum obligatio.

¶Secūda cōcluſio. Exiſtēte determinata impletionis prçcepti mēſura: & viatore pro tūc potēte prçceptū implere, dico ſi inſtās fuerit, & ꝑ tūc nō impleat: cōtrahitur ꝑ tūc reat⁹ p primū inſtās eſſe: ſi aūt impletio tempus requirat & detur maximū tēp⁹ nō ſufficiēs opus prçcepti implere. & non implebit. dico in inſtanti illius tēporis termīatiuo incipit cōtrahi reatus per vltimū nō eſſe: ſcilicet nūc nō eſt trāſgreſſiōis reatus, & immediatē poſt hoc erit: ſi autē detur tēpus minimū ſufficiēs ſic in inſtanti illius tēporis initiatiuo incipit eſſe reatus per primū eſſe: ſcilicet nunc eſt reatus: & non immmediatē ante hoc erat reat⁹. cōcluſio cognitis terminis innoteſcit.

¶Tertia cōcluſio. Si obſeruātię prçcepi indetermīata ſit tēporis mēſura. Hoc dupliciter aut ſub diſiūctiōe ſunt tēpora finita, exēpli gratia: ꝑcipit̄ orō, aut aliud op⁹ tēporariū ꝑcipit̄ hora prima, vel ſecūda. vel tertia fieri, & non fiat, dico in vltimo diſiūctiōis tēpore cōtrahi reatū, ſi op⁹ reqrat tēp⁹, et dic, vt pri⁹ de minio qđ ſic: vel maximo qđ nō, ſi em̄ īſtātaneē impleri poſſit, ad inſtātaneū vltimum recurre: nam ī eo naſcitur omiſſionis reatus. Si autē diſiūctionis tempora ſint infinita : exempli gratia alicui implere potenti prçcipiatur deum diligere ante in

ſtans horæ futurę terminatiuum in aliqua parte eius proportionali:minoribus verſus finem ſignatis,& non diligat:ſic in nulla parte |proportionali contractus eſt omiſſionis reatus:cùm poſt earum quamlibet infinitæ ſint : in quibus præceptum implere poterat. Dico igitur cõtrahi reatum ante inſtans terminans horam. omittitur enim illud inſtans atq; tranſgreditur præceptum : ſcilicet in tota iila hora.eſt autem primò cõtractus reatus primoq; omiſſum atq; primo tranſgreſſum præceptum in inſtanti horę terminatiuo,Primum.patet, immediatè ante illud inſtãs iſte diligere deum tenebatur,& nõ diligebat,igitur omittebat atq; tranſgrediebatur pręceptum:& per conſequẽs reatum contrahebat.Secundum oſtendo,ante hoc inſtãs terminatiuum fuit continuè potẽs præceptum in aliqua parte proportionali implere : igitur non fuit plenè omiſſum neq; plenè reatus contractus ante iſtud inſtans. ſi negaueris,quæro quando? Conclude igitur in hoc inſtanti horæ terminatiuo perditur gratia per primum inſtans nõ eſſe.conclude inſuper immediatè ante hoc inſtãs iſte mortaliter omittebat,& in gratia erat:non autem erat mortaliter omiſſum.Veruntamen ſi cum partibus horæ ꝓportionalibus incluſum fuiſſet in pręcepto inſtans eã terminans:dico in eo per vltimum eſſe gratiam perdi:tuncq; ſimul omitti:& eſſe omiſſum:contrahi culpam & eſſe contractam.

Quãdoq; in vltimo diſtĩ ctionis tẽpore reatus contrahitur,ſi opus requirat tempus.

¶Dubiũ.An rationabile valeat eſſe præceptum,cũ præciſa temporis menſura? aut inſtans terminatiuum excludens latum? Videtur quod non : quoniam minime ſub humana cognitione cadit talis menſuræ præciſio :igitur nec rationabilis eſt obligatio. Reſpondeo præceptũ eſſe intelligendum dari ei : cui foret communicata cognitio atq; ei poſsibilis obſeruantia. Veruntamen non impoſsibile puto verè ab aliquo præceptum impletum ignorante præciſam temporis menſuram,

Omiſsio pura an moraliter bona, an ve meritoria

Dogmatizari ſolet,nullam puram operis prohibitiomiſsionem eſſe moraliter bonam. Quòd non verum cenſeo:ſed voluntariè aſſertum nõ inſpe

ſta ſufficienter malitiæ vel bonitatis moralis rationes Cùm enim omiſsionis difformitatem ad rectam rationē appelles malitiam: cur pariter omiſsionis liberæ conformitatem ad rectam rationem cum omnibus circunſtantijs dictantem bonitatem moralem nominare recuſas? integrabitur profectò ex omnibus ſuis cauſis prout ipſius actus conformitas: digna pariter eſt laude, qua ſcilicet laudatur, qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus: facere malum & non fecit. Si enim non niſi in actu conformitatem nuncupes bonitatem; nec pariter niſi in actu difformitatem malitiam appellabit alter. An autem æterni præmij ſit meritoria nouit bonorū remunerator deus potuiſſet quidem legem ſic condere qua liberam operis prohibiti omiſsionem laudabilem recto fine circunſtantionatam acceptaret ad gloriam: potuit & contrarium ex arbitrio ſancire.

RRIMVM NOTABILE.

Pura operis prohibiti omiſsio, poteſt omnibus debitis circunſtantijs circunſtātionari: de circunſtantijs enim perſonæ, loci, temporis, modi omittendi, cuiq̃ conſtat: de finis autem circunſtantia præoſtendi: poteſt quis à dei charitate moueri omittenda omittere: ſeu aliqua nō operari recta ratione ei oſtendente illa non eſſe operanda, quæ aliàs operaretur. Omiſsio pura poteſt oībus debitis circūſtantijs circūſtantionari.

Secundum notabile. Ad actum moraliter vel meritoriè bonum, non requiritur pro eius obiecto omnes habere circunſtantias cum prudentia: aliàs ſimplicium pauci & rarò mererentur; cùm ad huiuſmodi reflexionē non aduertant, nec conſtat dominum eis legem adeò arctam poſuiſſe qui alterius generis acceptare potuit ſcilicet rectè circunſtantionatos non habentes circunſtantias omnes pro obiecto. Ad actū moralr ceu meritoriè bonū non requiritur pro eius obiecto oēs habere circūſtantias cum prudentia.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Bonitati omiſsionis, aut meritoriè non obſtabit habi-

Omiſſio aliqua libera ẽ moraliter bona, an autem meritoria nõ ſit certum.

tudo obiectiua circunſtantiarũ, patet: ad huiuſmodi bonitatem non requiritur haberi circunſtantias pro obiecto.quãuis ad actũ eſſe intrinſece bonũ:id requiratur.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Aliqua pura omiſſio libera, eſt vere moraliter bõa probo, dictamine recto oſtendente voluntati opus prohibitum eſſe omittendum propter deum prohibentem: & ea omitteret liberè volũtas ꝓpter deũ dilectũ: hic eſt verè cõformitas dictamini recto & omnibus circunſtantijs: nec aliquid obſtat, quin huiuſmodi conformitas ſit nominanda bonitas. oſtẽdo: non defectus habitudinis obiectiuẽ circũſtãtiarũ, vt ſupra oſtendi. non etiã defect⁹ libertatis: nã eſt libera omiſſio: non defectus poſitiui: tũ primò, voluntas eſt quid poſitiuum ſufficienter huius cõformitatis capax, & ſufficienter denominabilis bona tali cõformitate ad rectam rationem, tum etiam purẽ omiſſiõis difformitas nõ requirit aliud poſitiuũ denoĩabile pter volũtatẽ: quinimo more quorundam antiquorũ ponendo actus animæ eſſe ipſam animã ſic ſe habentem: clarũ eſt bonitati atq; maliciæ ſufficere pro poſitiuo animã ipſam ſic ſe habẽtẽ. quare concludo, quẽadmodum dicitur voluntas moraliter mala omittẽs liberè agenda: ſic dicenda eſt volũtas moraliter bona omittens liberè ꝓpter deũ opus ꝓhibitum. Nec huic obeſt Dionyſij autoritas dicentis bonũ eſſe ex integra cauſa: voluntati enim ſic liberè propter deum opera mala omitteti, ineſt omniũ circunſtãtiarũ debitarum integritas.

Volũtas moraliter bona.

Volũtas moraliter mala.

¶Secunda concluſio. potuiſſet deus huiuſmodi omiſſionem puram habere meritoriam, an autẽ ita inſtituerit, nõ eſt vſquequaq; certum: nec id contradictio, vel repugnantia ſequitur. patet: meriri ratio in diuina acceptatione cõſiſtit: quo non minus potens eſt pro libera omiſſione, ꝙ pro actu præmiũ cõcedere: nec minus beatitudinẽ, quàm pœnã: ſed obijcio. Primò cuiuſq; viatoris pro quocunq; inſtãti, vel tẽpore infinitẽ bona eſſet volũtas: cũ infinita opera mala omittat. reſpondendũ nõ infinita mala liberẽ omittit: nec quicunq; liberẽ omittit, omittit ratione recta dictante de omnibus circunſtantijs requiſitis; aliàs

eſſent ſimul infinita dictamina recta actualiter aut virtualiter. Replico, difficilius dictamē, rectū, non odiēdi deū continuetur per horā: & ſic liberè non odiatur de⁹: quia ratio dictat, ſic pro quolibet inſtanti libera omiſſio odij dei, erit moraliter bona etiā propria bōitate, ergo voluntas infinite bōa: ergo infiniti meriti. Rñdeo, nō ſeqtur voluntatē ſimul eē īfinite bonā: ſed poti⁹ infinitè ſucceſſiuè, ſeu extēſiuè, ꝑut de p. ete ꝑpetuādo qquotidie albedinē nouā haberet: infinitas habebit albedines, nec erit infinitè albus: ſic de anima perpetuāda quę quotidie actū nouū eliceret bonū: ipſa infinitos actus bonos habebit: & non erit infinitè bona, quoniā non ſimul erūt huiuſmodi denominatua. Dico ſecūdò purā omiſſionem non eſſe in bonū cōputandā: niſi pro ijs mēſuris pro quibus act⁹ cōtrarius cōtinuatus fuiſſet libera atq; imputabilis: quantū aūt ad aliam obiectionis partem, ſcilicet de merito infinito: patet reſponſio, nā meriti ratio in dei acceptatiōe cōſiſtit puram omiſſione liberam acceptare potēris, aut etiā non acceptare: quòd ſi acceptare ordinauerit: nō habetur vt patuit, infiniti meriti omiſſio, ſicut neq; infiniti demeriti commiſſio per contrarium actum continuatum.

¶Primū dubium. An cōmiſſio ſit in malis omiſſione deterior, & in bonis præſtantior? Rñdēdū affirmatiuè, cæteris alijs paribus reſpectu eiuſdem: patet, formalius conuertitur volūtas in bonū per actū, quàm per mali puram omiſſionē, & pariter formalius in malū, tū etiam plus de ſuo ponit voluntas in actu, ꝙ in omiſſione. ſ. conatū & efficieutiā. Verū duplex eſt act⁹ cōtrarius, qdā formaliter cōtrarius, ſ. eiuſdē obiecti: qdā virtualiter, vt eſt act⁹ ſuꝑ cōtrariū reflexus: & de vtroq; verificatur aſſertio. Exēpli grā, dilectio dei pariter nolle odire deū, ē act⁹ omiſſione pura odij melior, pariter odium dei, aut nolle diligere deum ē act⁹ pniciōſior omiſſiōe pura dilectionis dei. Dixi cęteris alijs paribus, & reſpectu eiuſdē. aliàs ſec⁹, omiſſio enim mortalis ē cōmiſſione veniali deterior: & aliqua mortalis quadā mortali ī diuerſis materijs, aut cum aliorum imparitate peior.

Omiſſio ē a commiſſio deterior ſit. Duplex eſt actus cōtrarius.

¶Secūdū dubiū. An diuerſis prudētijs regulēt cōmiſſio

& omiſsio: Reſpondendum ſic: contingit tamen ſub eodem præcepto pregnante cadere ambas. Quodlibet eñ affirmatiuum aliquid negationis importat: & econuerſo. præcepto quidē alicuius actus affirmatiuo, prohibetur pro tunc actus contrarius, & præcepto alicuius negatiuo, præcipitur contrarius actus inſtante obligatione impediendi actum prohibitum, oſtendo: nam qui finem aſſequi tenetur: obligatꝰ ꝑ tūc īpeditiuū vitare: et q finē obijcere tenetur obligatur ad actum ſine quo vitaretur. Exempli gratia: iure quo diligi deum præcipitur, prohibetꝰ eum odiri: pariter iure quo interdicitur homicidiū, præcipitur nolle ipſum in caſu quo ſine huiuſmodi nolitione non vitaretur: & ita de alio actu ad id vitandum requiſito, non enim omnis cauſſa ad homicidium, aut ad aliud opus prohibitum impulſiua, poteſt per ſolam volitionis operis prohibiti omiſsionem impediri: ſed nonnū ꝙ requiritur poſitiua alicuius operis volitio aut nolitio.

Poſſibile cenſeo præter commiſſionem atq; omiſſionem, in voluntatem moralem bonitatem, vel malitiam reperiri: quinimò meritoriam, aut demeritoriam: videlicet conatum. Qui & ſi communiter ſine voluntatis actu eum concomitante non ſtet: id tamen fieri eumq; ab omni actu ſeparari non repugnat. Identificatur quidem voluntati: quæ ſola eſſentialiter inuariata: nec aucto adiutorio poteſt plus minuſve conari, & ſuum augere, vel minuere effectum.

PRIMVM NOTABILE.

Conatꝰ quid. Citra neceſſitatē non ſunt res plurificādæ.

¶ Voluntatis conatus eſt quædam nitentia qua nititur voluntas ad actum eliciēdum, vel augendum. Quiſquis huiuſmodi modum agendi experitur in ſemetipſo: ſcilicet ad intenſiorem actum magis niti: hic tamen niſus ſiue conatus non eſt actus: ſed agendi modus agenti idētificatus: non enim abſq; neceſsitate ſunt res plurificandę. eſt igitur conatus ipſa voluntas in effectum conans atq; nitens: quare cùm dicitur conatus vt duo, vel tria, &c. non eſt hæc intenſionis gradualis atq; qualitatiuæ: ſed modi

modi agendi menſura; ſcilicet fortius, a ut debili⁹ ad effe ctum conari. Liberi agentis & naturalis differētia.

¶ Secundum notabile, Differt agens naturale à libero: per hoc quod indeficienter agit ſecundùm extremū ſui poſſe, rebus ſic ſtantibus, non autem liberum arbitrium: nam ſuæ liberè ſubeſt facultati plus, vel minus conari, alijſq; omnibus inuariatis actum intenſiorem, vel remiſſiorem elicere. Conari an cōtingat voluntatē abſq; actu.

¶ Tertium notabile, quãuis non ſit vſquequaq; certum an contingat voluntatem remiſſè conantem impediri per cauſam creatam à ſui actus interioris productione: id tamen ſupernaturali virtute eſſe poſſibile, eſt certò tenēdum. Primum oſtēdo: probabile eſt liberū arbitrium nullam à cauſa creata pati reſiſtentiam proprij actus impeditiuam, vel diminutiuam: quamuis ab executiõe operis exterioris reſiſtentiam impeditiuam habere valeat. Quibuſdam dicere placet; quemadmodum voluntas cõnãs cum habitu, aut alio adiutorio actum intenſiorem elicit, quàm æqualiter ſine huiuſmodi auxilio conãs, ſic cum habitu contrario conãs actum elicit remiſſiorem, q̃ æqualiter conans ſine huiuſmodi habitu cõtrario. Iuxta hoc enim contingeret adeò remiſſè voluntatem conari, quòd propter cauſam reſiſtentem non eliceret actum: ex quo hoc videtur ſequi inconueniens: videlicet habitum aut cauſam aliam creatam reſiſtentem adeò poſſe creſcere: vt impoſſibilitetur ad actum voluntas, quantuncunq; ad eum vehementer conans. Aliter igitur fortè dices, ſcilicet non quantuluncunq; conatus gradum ſufficere ad actum, ſed aliquem ſic: & aliquem non: & gratia exempli, detur maximus non ſufficiens: ſic eo gradu, & quocunq; minori voluntas conans non eliceret actum: qdqd tamē de hac ſit. Probo ſecundum: videlicet ſupernaturali virtute id eſſe poſſibile: voluntati conanti deus noncoagat ad actnm: cùm coagere non cogatur: ſic non producetur actus: & conatur voluntas. Contingit enim aliquem conari modicum. pondus ferre: & nõ ferri, deo non coagente: ſic nec contradictionem video liberum arbitrium conari; & deum non coagere. Puerile eſt reſpon

dere:conari ad actum ſit actum producere:nã ad latione lapidis conari non eſt lapidem ferre.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Voluntatis ad actum bonum,vel malum conante & non eum eliciente:ſiue ex ipſius conatus inſufficientia, ſiue ex reſiſtentia cauſæ creatæ, aut non ex coefficientia cauſæ primæ quomodocunq; concedatur conatus abſq; actu poſſibilis,dico huiuſmodi conatum eſſe moraliter bonum vel malum:patet:plus ponit voluntas de ſuo,q̃ in pura omiſſione,tum etiam poteſt conformiter,vel diſformiter ad rectam rationem conari.ſ. dictantem eſſe ſic vel ſic conandum:eſto quòd non ſequatur actus. Præterea liberè quod in ſe eſt ad bonum, vel malum ipſa facit:igitur debet ei ad bonum,vel malum computari.

¶Secunda concluſio.Dabile eſt peccatum non commiſſionis neq; omiſſionis:pariter meritũ: videlicet conatus ille:fateor tamen ipſum naturam commiſſionis redolere.

¶Dubium.pro quo obijcitur per naturam neceſſariò ad voluntatis conatum ſequitur,actus non reſidet in actu; ſed duntaxat in conatu,igitur non reſidet in conatu propria voluntas vel malitia.Nego ſequelam: idem enim de ipſa voluntate inferres:nam neceſſariò neceſſitate ſeque clæ voluntate agente,naſcitur actus:nec ſequitur in ſola voluutate non in actu propriam reſidere bonitatẽ. Ipſe enim conatus vt dixi,eſt voluntas conans , quare voluntatis actus non omnino ad conatũ ſe habet,vt ad interiorem actum exterior.Actus enim iuterior ſe habet per modum imperantis ad exteriorem in quem obiectiuè fertur,non autem ſic conatus ad actum interiorem: fateor tamen hanc eſſe conuenientiam ſcilicet ambobus, conatui & eius actui eandem deberi mercedem.

Voluntatis actus ad conatum nõ omnino ſe habet & ad interiorẽ actũ:

PRæter ipſius actus latitudinem conatui coæquatam,cremẽtũ ab habitu,aut alio proueniens probabili opinione nõ addit bonitatis,vel malitiæ, meriti,vel demeriti augmentum : quo fit ex conatus magnitudine plus,quàm ex gradualis intenſionis cremento,ſurgit bonitatis,vel malitiæ augmentum:pariter me-

riti atque demeriti plus, quàm ex gratiæ quantitate. Aequali enim conatu bonus actus cū gratia maiori, vel cum maiori habitu eſt intenſior: quare, reliquis paribus vniuerſaliter actus bonus æqualiter intenſus, eſt cum maiori gratia minus meritorius: cauſſa minori, magis: & cum æquali, æqualiter: ſic quandoque actus remiſſior cum gratia minori eſt intēſiore actu cum gratia minori magis meritorius. Alijs autem opinari placet huiuſmodi crementum ab habitu: vel alio, bonis: vel malis actibus acquiſito, obueniens: bonitatis, vel malitiæ meriti, vel demeriti augmentum addere: non autem ſi ipſum, aliquo aliunde acquiſito, naſcatur. Actuū voluntatis cremētū aliūde quàm ex conatu proueniens an bonitatem augeat vel malitiam.

NOTABILE.

¶Minimè libero ſubeſt arbitrio quin ipſum cum certo conatu actum eliciens intenſiorem eliciat adiutū quàm minus adiutum. Exempli gratia: cum habitu acquiſito, vel infuſo quàm ſine eo: aut cum intēſiori habitu, quàm cum remiſſiori: cum habitu igitur infinito, quilibet actus foret infinitus: hinc eſt in toto actu latitudinem ſignare conatui coæquatam: & crementum à iuuante prouenićs ſic tamen indeterminatè: & contexè agunt, vt totus act⁹ liberè ſit à voluntate: totuſq; naturaliter à cauſa iuuante: ſic igitur differenter, quòd ſubtracto voluntatis conatu, nihil ipſius remaneret ab habitu, vel alio creato iuuante: ſubtracto autem huiuſmodi iuuāte maneret certa ipſius actus portio, ſcilicet conatui coæquata. Libertati nō ſubiacet cauſæ coadiunātis efficiendia aut crementū actus ab ea.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Non ſolo conatui commenſuratur meritum actus aut demeritum: patet cum eodem conatu augeri ex circunſtantijs bonitatem atq; malitiam. Cum eodē conatu contingit augeri ex circunſtantijs bonitatem atque malitiam.

¶Secunda concluſio. An graduale crementum intenſionis act us aliunde, quàm à libero voluntatis conatu obueniens, ſit meritorium aut demeritorium: non eſt ꝑ hoc vix ſtatu nobis euidenter notū: patet: in ſola Dei ac- Bonitas aut malitia aliūde quàm ex

conatu naſci poteſt.

ceptatiõe cõſiſtit huius ratio, vt enim prædicabã, pleriſq; aſſerere placet tale incrementũ actus aliunde, quàm ex conatu proueniẽs, nõ augeret meriti, vel demeriti ratione: tùm primò: nõ eſt merè liberũ: tùm etiam volũtas nõ plus ponit ibi de ſuo, quàm ſi cum eodem conatu actũ remiſſiorẽ eliceret nõ adiuta: hĩc viator certo conatu actũ eliciẽs intẽſiorẽ, habitu gratiæ, aut alio naturali adiutus ſuffragio, nõ plus mereretur, quàm viator eodẽ conatu actũ eliciens remiſſiorẽ minus adiutus. Opinantur autem alij huiuſmodi augmẽtũ, à cauſa bonis actibus acquiſita ortũ cõputari in meritum: ex demeritis autẽ proueniens cõputari iu demeritũ: qualiter operandi facilitas ex meritis cõtracta non minuit meritũ, neq; difficultas ex demeritis derelicta adauget meritũ: ipſum antẽ aliũde, q̃ ex bonis, aut malis actibus proueniẽs foret merito atq; demerito impertinens. Euidens huius litigij patebit deciſio, cùm videbitur deus deorũ in ſyon.

¶Dubium. An diſparitas eſſentiæ in æqualitatem actuũ graduale cum eodem conatu gignens, faciat meritorum aut demeritorũ inæqualitatem. gratia exempli: ſupponatur ãgelica natura cum certo conatu cæteris alijs æqualibus, intenſiorem elicere actum, quàm anima: & angelus ſuperior, quàm inferior. Reſpondendum, vt ſupra, id eſt ſe facti, videlicet de hoc, vel illud acceptare potentis.

De uirtutibus in ſpeciali: & earum medietatibus atque extremis.

CAP. XI.

Prudentia quid, quæ ei⁹ extrema, & quæ ſpecies.

PRudentia, eſt recta ratio agibilium: id eſt, practicum iudicium rectum de moraliter agendo, vel non agendo dictans. Eius extrema ſunt, praue diſpoſitionis imprudentia, & imprudentia puræ negationis. Cuius ſpecies multipliciter aſſignari

poſſunt. Vno modo, iuxta virtutum diuiſionem: & hæ ſunt prudentia fortitudinis, tẽperantiæ, & iuſtitiæ. Secũdò, penes iuris ſpecies: prout ſunt iuris naturalis prudentia: diuini, humani, ciuilis, vel canonici. Tertiò, in ethicam, politicam, œconomicam, & monoſticam diuidi ſolet. Quartò, illam diuiſionem ampliando adduntur illis iuriſconſultiua, & militaris. Alias autem prudentiæ diuiſiones, & partes ad alium reſeruo locum. Multipliciter aſſignari poſſunt prudentiæ ſpecies.

Fortitudo cardinalis (quæ moderare dicitur timores & audaciam) eſt virtus circa arduas, laborioſas, atq; periculoſas materias. Cuius extrema ſunt, vnum, in ſuperabundando: alterum, in deficiendo, nominibus fortitudinis bellicæ non reſtrictis, ad belliacem materiam nominabilia. Cuius ſpecies ſunt, fortitudo bellica, magnanimitas, magnificẽtia, patientia, humanitas, fiducia, martyrium. Magnanimitatis autem tres aſſignari ſolent ſpecies nominibus ſimplicibus innominatæ, quarum extrema in ſuperabundando præſumptio, ambitio, vana gloria, deſignantur. Fortitudo quid, quę ei extrema, & quæ ſpecies.

Tẽperantia cardinalis ponitur virtus circa delectationes & triſtitias medioeres multis cõmunes earum moderatiua. Cuius extrema ſunt, intemperãtia, & inſenſibilitas. Eius ſpecies, temperantia ſtrictè capta circa paſſiones guſtus, & tactus: clementia, manſuetudo, modeſtia, eutrapelia, affabilitas, veritas, ſtudioſitas, liberalitas. Ipſius autem temperantiæ ſtrictè captæ genera ſunt, temperantia guſtabilium, & temperantia venereorum. Primi generis ſpecies, ſunt temperantia regularis, abſtinentia, ieiunium. Secundi autem generis, caſtitas virginalis, vidualis, & coniugalis. Temperantia quid, quę extrema, & quæ ſpecies eius.

Iuſtitia, eſt virtus ad alterum, aut tanquam ad alterum ſub ratione debiti. Cuius præcipuus actus ponitur, vnicuique quod Iuſtitia qd, quę extrema & quæ ſpecies.

ſuum eſt tribuere. Eius extrema ſunt, iuſtitia priuatiuè, iniuſtitia cōtrariè. Species autem eius ſunt, iuſtitia legalis, iuſtitia particularis. Iuſtitiæ verò particularis ſpecies ſunt iuſtitia diſtributiua, & iuſtitia commutatiua. Commutatiuæ ſunt tot ſpecies quot contractuum. Fortitudo igitur & temperantia hominem ordinat ad ſeipſum ſecundum rationem moderationis paſsionum. Iuſtitia ad alterum, aut ad ſe tanquam ad alterum ſub ratione debiti. Prudentia autem circa has tres tanquam earum regula verſatur.

Prudētia differt ab alijs.

PRIMVM NOTABILE.

¶Inter virtutes morales vna videlicet prudentia ad intellectum ſpectat, aliæ autem tres ad voluntatem. Hinc patet prudentiam non eſſe formaliter virtutem: ſed materialiter: ſcilicet virtutum regulam, circa eaſdem materias: de ratiōe autem regulæ eſt veritas: quare vt ex definitione patuit, eſt duntaxat verorum prudentia quandoque per ſe notarum, quandoque euidentium, quandoq; ineuidentium. Hinc aliquam prudentiam eſſe ſcientiam cōtingit: videlicet cōcluſionis dubitabilis. quæ nata eſt fieri euidens per præmiſſas euidentes in demonſtratione applicatas. Quædam igitur eſt vniuerſalium, quædam ſingularium: illa certior, iſta vtilior: cui plurimum ſuffragatur experientia: cum ipſa particulares circunſtantias agendorum, aut vitandorum conſiderare habeat: hinc iuuenes fiunt mathematici: non ſic autem prudētes teſte Ari. vj. Ethic. &, ij. metaphy. ſpeculatiuę finis eſt veritas: practicę verò opus: prudētiæ igitur finis, eſt operari: & nedū operari, ſed rectè. Cōmūiter fert lex in vniuerſali: iudicium aūt atq; ſententia in particulari, & circūſtantias cōſiderat: quare legiſlatoris maior eſt certitudo, minorq; labor: minusve periculum: iudicis autem ſecus.

Prudētia nō formaliter ē virtus, ſed materialiter.

Prudētia aliqua eſt ſcientia.

Fortitudo & ſpēs eius definiūtur.

¶Secundum notabile: ſpecierum fortitudinis cardinalis prænumeratarum fortitudo ſpecialiter capta, eſt virtus circa pericula non omnia: ſed mortis in bello. Cuius ſex

ſunt actus,aggredi,fugere,expectare,cūctari:inferre ict⁹, eos ſuſtinere gratia propulſandæ iniuriæ. Eius extrema circa terribilia ſunt,intimiditas & timiditas: circa verò auſibilia,audacia,& coardia.

Magnanimitas,eſt circa arduum & magnum,ſecundùm quod talia, etiam in cuiuſcunq; virtutis materia fuerit. Eius extrema ſunt,caymotes,puſillanimitas,eius ſequū-tur tres ſpecies.Magnificentia,eſt circa magnos ſumptus gratis factos ſecundùm quod tales.Cuius extrema ſunt banoſia,& paruificentia.Patientia,eſt circa res aduerſas in æquanimi earum tolerantia.Cuius extrema, ſunt impatientia,& inſenſibilitas.Humilitas eſt circa res proſperas,in ſui vel alterius dignificatione, vel indignificatiõe. Cuius extrema ſunt ſuperbia,puſillanimitas:circa enim graues adminiſtratiões,hõores magnos, & gloriã, ſunt tres magnanimitatis ſpecies proprijs nominibus ſimplicibus innominatæ: quarum extrema ſunt, præſumptio, ambitio,& vana gloria:& cuilibet horum ſua opponitur puſillanimitas.Fiducia,eſt virtus circa futurum arduū poſſibile adipiſci ſecundùm quod tale,id eſt,tres illas habens connotationes,Cuius extrema ſunt temeritas, & diffidentia.Martyrium generali acceptione, eſt violentæ mortis perpeſſio,ne virtutis opus deſeratur,vel turpe perpetretur,Speciali acceptione,eſt violētæ mortis pro fide perpeſsio,ne virtutis opus deſeratur, vel turpe perpetretur.Patent igitur ſpecierum fortitudinis obiecta, & extrema,ex quibus earum actus proprios facilè quiſque aſſignare poterit. Martyrij, definitio.

¶Tertium notabile. Specierum temperantiæ cardinalis præ numeratarum temperantia ſtrictè cap ta, eſt paſſionū guſtus,& tactus moderatiua.Cuius extrema,ſunt intemperantia,& inſenſibilitas.Temperantiæ enim circa guſtabilium vſum regula atq; medium,eſt bona habitudo corporis,vel animæ non impedita,honeſtas non violata, & facultas non exceſſa.Primum ratione qualitatis,vel quātitatis, vel modi ſumendi infringitur.Secundum autem, videlicet ſit cibus,vel potus ſupra facultatem ratione inopiæ,vel ſtatus perſonæ.Tertium autem, ſoluitur ratione Temperantiæ regula.

prohibitionis,vel horroris cibi atque potus. Temperantiæ guſtabilium ſpecies, ſunt temperantia regularis, abſtinentia,& ſobrietas.Prima genericè inclinata, videlicet ſtare infra medij temperantiæ latitudinem.Abſtinẽtia autem,ab eadem latitudine eſt cibi ſubtractiua, ſobrietas aũt potus.Põt quidẽ ab ea latitudine fieri ſubtractio ſecũdùm guſtabilium quantitatem,aut qualitatẽ,aut frequentiam.Gula & ebrietas,ſunt temperantiæ regularis extrema in ſuperabundando:& inſenſibilitas in deficiendo. Ieiunium(vt nunc loquimur)eſt parſimonia victus,abſtinentiaquẽ ciborum ſecundùm eccleſiæ inſtitutionẽ, & loci conſuetudinem,propter mentis puritatem. Specierum temperantiæ venereorum. Virginitas, eſt carnis immunitas ab opere libidinoſo notabiliter ſenſibili.i. quod in muliere clauſtra virginalia ſoluere ſufficeret:& in viro non impedito ſufficeret ſemen reſoluere: vbi igitur aliter ſoluerentur clauſtra,vel reſolueretur ſemen,non perderetur per hoc virginitas.Caſtitas vidualis eſt corruptæ non ligatæ continentia.Caſtit as coniugalis eſt perſonæ ligatæ.Caſtitatis extrema ſunt luxuria & inſenſibilitas.Luxuriæ ſpecies,fornicatio, adulterium, ſtuprum, inceſtus,raptus,et peccatum contra naturam.Clementia & manſuetudo ſunt circa iras & punitiones. Clementia quidem circa eas pœnæ debitæ remiſſiua à ſuperiore poteſtatem habente, ſecundùm quòd eſt legum auctor, vel æqui cõſeruator.Manſuetudo autẽ circa eas pœnæ debitæ remiſſiua à perſona particulari.Illarum enim virtutũ extrema ſunt iraſcibilitas & iracundia:ſub iracundia cõtinentur vindicta,ſæuitia,feritas.Modeſtia (nomine hic appropriato)eſt virtus circa honores mediocres, cuiuſq; extrema ſunt philotimia,& aphilotimia:quorum primũ eſt ſuperabundantiæ.A quibuſdam magis extẽditur modeſtia ad alias res mediocres,prout ſermones, geſta, apparatus exteriores,& huiuſmodi.Eutrapelia virtus, eſt circa ludos in dictis,aut factis animorum recreatiuis, à qua nominatur Eutrapelus. Cuius extrema,ſunt agrikia & bomolochia,primum in deficiendo, hanc virtutem habent hiſtriones honeſti.Affabilitas eſt circa ſermones

Ieiuniũ qd.

Virginitas quid.

Modeſtia quid.

ad delectandum notos, vel ignotos, cuius extrema ſunt adulatio, & litigium. Veritas (nomine appropriato) eſt virtus circa propriæ perfectionis, vel imperfectionis manifeſtationem: cuius extrema ſunt, ironia, & iactantia: primum in deficiendo. Contra igitur hanc virtutem, eſt perfectiones & imperfectiones proprias tacēdas dicere, vel dicendas tacere, aut falſè ſibi attribuere. Honeſtas, virtus eſt circa ornatum atq; debitam & veſtium motuum exteriorum formam, ſecundùm quòd ſtatus requirit & incũbunt negotia, Cuius ſunt duo extrema nominibus proprijs ſimplicibus innominata. Studioſitas (appropriato vocabulo) eſt circa applicationem potentiarum ad ſcientiæ acquiſitionem. Cuius extrema ſunt curioſitas, & torpedo: primum in ſuperabundando, ſcilicet inordinatè appetere, ſcire, prout prohibitas ſcientias, aut eas quæ capacitatem tranſcendunt, aut ab eo à quo non licet, & huiuſmodi. In deficiendo autem, videlicet eas prætermittendo diſciplinas, quibus recta ratio eſſe incumbendum dictat. Liberalitas eſt virtus circa pecuniam gratis eam dãdo, vel accipiendo, conſumendo, vel cuſtodiendo, & nomine pecuniæ quodcunque intellige, quod numiſmate mẽſurari poteſt in valore. Cuius extrema ſunt prodigalitas, & liberalitas.

¶Quartum notabile. Dicit beatus Tho. cum iuſtitia ſit ad alterum, non eſt circa paſſiones, ſed circa res exteriores, quæ in vſum hominum veniunt: ſecundùm enim interiores hominis paſſiones cõſideratur rectificatio hominis in ſeipſo: ſecundùm autem actiones & res exteriores in quibus ſibi inuicem communicare poſſunt. Attenditur ordinatio vnius hominis ad alterum, ſunt enim ſeparabiles, contingit quòd aliquis ſurripiat rem alterius nõ paſſione cupiditatis habendi, ſed voluntate nocendi: cõtingit e conuerſo. Rectificatio operationum ſecundùm quod ad exteriora terminantur pertinet ad iuſtitiam, rectificatio autem earum ſecundũm quod à paſſionibus oriuntur, pertinet ad alias morales virtutes, quæ ſunt circa paſſiones, hæc ille. Inferens iuſtitiam non eſſe circa totam materiam virtutis moralis, dicit eam circa tria eſſe, Iuſtitia & ſpecies eius deſcribuntur.

videlicet circa res, perſonas, & opera non fiet pro nunc alia horum perſcrutatio: ſed quò ad iuſtitiæ ſpecies dico. Iuſtitia legalis & particularis conueniunt per eſſe ad alterum: differunt autem: quoniam legalis commune bonũ intendit, vt proprium obiectum, particularis autem priuatum: & ita circa eaſdem materias verſari poſſunt: ſed rationibus diuerſis. Iuſtitia enim legalis dicta eſt à philoſopho. v. Ethico. eadem omni virtuti ſeu tota virtus: ſcilicet materialiter, quoniam aliarum virtutum materias & actus, ſecundùm quod expedit, ordinat in commune bonum, hinc iuſtitia legalis, ſicut charitas, appellata eſt virtus generalis, nã prout charitas (inquit beatus Tho.) ordinat actus omnium virtutum ad bonum diuinum: ita iuſtitia legalis ordinat omnium virtutum actus in bonum commune: & ſicut charitas reſpicit bonum diuinũ, vt proprium obiectum, ita iuſtitia legalis bonum commune, vt proprium obiectum, eſt in principe principaliter & quaſi architectonicè: tn ſubditis autem ſecundariò & quaſi adminiſtratiuè. Temperantia igitur & fortitudo ordinant hominem in ſeipſo: iuſtitia legalis ordinat hominem ad alterum quantum ad commune bonum immediatè: quantum autem ad bonũ vnius ſingularis perſonæ mediatè. Iuſtitia verò particularis immediatè ordinat hominem ad bonum alterius ſingularis perſonæ, hæc ille., Duas Iuſtitię particularis ſpecies ponit Ariſtot. v. Ethi. oſ videlicet diſtributiuam & commutatiuam: illam in bonorum communitatis diſtributionibus iuxta perſonarum merita & dignitates, iſtam autem in commutationibus rerum inter priuatas perſonas. Dicit enim beatus Tho. poteſt alicuius totius fieri comparatio partis ad partem: & ita perſonæ priuatæ ad priuatam: & hunc ordinem dirigit iuſtitia diſtributiua, quæ cõſiſtit in his quæ mutuo ſunt inter duas perſonas. Alia poteſt eſſe comparatio totius ad partem, ſeu communitatem ad perſonam priuatam: & hunc ordinem dirigit iuſtitia diſtributiua: ad iuſtitiam quidem legalem pertinet ordinare ea, quæ priuatarum perſonarum in bonum commune: ſed ordinare econuerſò bonum commune ad perſonas particu-

Duæ iuſtitię particularis ſpecies.

lares per diſtributionem (inquit) eſt iuſtitię particularis. Dico igitur iuſtitiam diſtributiuam officiorum atque beneficiorum collationem, in adminiſtratione ſacrorum ac bonorum terrenorum, in exhibitione honorum atq; reuerentiarum: & in iudiciorum executione conſiſtere: in quorum quolibet perſonarum, acceptio interuenire poteſt: commutatiua autē in commutationum generibus verſatur, quarum quædam voluntarię nuncupantur, vbi ſcilicet quis rem ſuam ſponte in alterum transfert, prout in contractibus, qui ſunt, emptio, venditio, permutatio, mutuum, accōmodatū, depoſitio, pignoratio: locatio, cōductio, fideiuſſio. Quędā autē vocantur inuoluntario, vbi quis re alterius, aut perſona, vel opera, eo inuitò vtitur, in his enim conſiſtit iniuſtitia, cuius ſpecies ſunt, furtum, rapina, homicidium, veneficium, falſa accuſatio, detractio, deriſio, contumelia, ſuſurratio, maledictio, adulterium, & huiuſmodi: in quorum oppoſitis conſiſtit iuſtitia; pariter & in eorum ſatiſfactionibus, atque reparationibus. Poſſunt enim his quatuor generibus comprehēdi damna, quorum reparatio eſt debito iuſtitiæ facienda: videlicet in bonis animæ, in bonis corporis, in bonis famæ, in bonis fortunæ. Præter enumeratas illas ſpecies, ſolent ipſius iuſtitiæ partes ſuperaddi varię: prout à Tullio. ij. rhetoric. ſex partes potentiales, religio, pietas, gratia, vindicta, obſeruantia, veritas. Religio enim cerimoniam atq; cultum deo impendit. Pietas parentibus atque patriæ debitum reddit. Obſeruantia qua quis virtuoſis perſonis in dignitate ſupra eum conſtitutis exhibet debitū. Veritas qua quis ſe proximo oſtendit in dictis, aut factis, talem qualis ipſe eſt. Gratia, beneficia alicui recompenſat ſecundùm quòd ab eo accepit. Vindicatio, qua defendendo, vel vlciſcendo propulſatur moderatè violentia & iniuria. Aliqui liberalitatem & amicitiā adijciunt: non quòd ſint iuſtitiæ ſpecies: ſed aliquam habent ſimilitudinem propter cuiuſdam honęſtatis debitū, obedientiam addunt, quæ ſub obſeruantia intelligi poterat. Ponit Ariſto. Ethi. v. eſſe iuſtitiæ adiunctam epykeiā qua prætermiſſo verborum legis rigore, præfertur quod

Iuſtitia diſtributiua pariter commutatiua, in quibus cōſiſtāt.

Dānificatio in quatuor rerum generibus.

Epykeia quid.

recta ratio poſcit:& quod legiſlator in tali caſu præleget deuiſſet.ex his enim quæ vtplurimum accidunt, feruntur leges pro communi bono: quarum obſeruātia in quibuſdam caſibus & circunſtantijs manifeſtè bono communi, vel æquitati pernicioſa foret:quod enim pro certo fine introductum eſt,non debet contra illum finem militare,quare ipſum ſalubriori conſilio eſt pro tunc relinquendum,aliâs potius legis præuaricator, quàm obſeruator eſſet cenſendus,iuxta regulam iuris. Is committit in legem,qui verba legis amplectens,contra legis nititur voluntatem: huiuſmodi enim virtus epykeia appellatur,ſiui iuris æquitas,de qua intelligitur.Cupiunt leges, vt iure regantur. Exempli gratia,ſi lege, vel iudicis ſententia cautum eſſet gladium depoſitum reſtitui hoc vel illo tempore:& quis eum in furia, aut ad patriæ impugnationem repeteret: tunc locum habet epykeia : eſtq; ea tn legis,vel ſententiæ executione vtendum. Ad quē libet enim in manifeſtis & notorijs id ſpectat,ſecus autē in dubijs.

Cardinales virtutes cur appellentur tales.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Meritò quatuor illæ virtutes ſunt cardinales nuncupatæ.patet:tum à cardine, tum à principatu, Primò quidē ab oſtij,vel orbis cardine,nam quemadmodum circa cardines voluitur oſtiū,vel orbis,ſic moralis perfectio circa eas:cisq; contra prauos impulſus, tanquam cardini oſtium,innititur.Secundò autem à principatu, ſeu præcellentia,quoniam illæ ſunt omnium virtutum potiores, & ad quas cæteræ reducuntur:à virtutis enim perfectione dimoueri ſolent homines his,ſcilicet agēdorum ignorantia,aut delectationibus retrahentibus, aut triſtitijs, atque terroribus aut amore ad ſeipſum inordinato,contra primum eſt prudentia oſtendens agenda: contra ſecundum temperantia,quæ eſt delectationum moderatiua:contra tertium fortitudo, nitens ne quis terroribus ſuccumbat:contra quartum iuſtitia, inclinans rectè ad alterum ſe habere,priuſquàm enim fuerit cardinalis inſtituta dignitas,fortitæ ſunt virtutes nomen illud, quare non à cardinalium cœtu ſumpſerunt nominis originem;

eiuſdem tamen corroborationē ex hoc recipere poſſunt: nam prout pontifici ſummo aſſiſtunt cardinales,tāquam agendorum directores:ſic menti aſſunt quatuor illæ virtutes agendorum directrices atque moderatrices. Dicit Guillelmus Pariſienſis inter has tres ſimilitudines magis à principatu & præcellentia eas appellatas tales:quē quidem principatum dicit Martinus magiſtri in tribus conſiſtere.Primò quia ſunt in regimine mentis potiores. Secundò inclinantur in actus aliorum virtutum: & facilitant eos. Tertiò limitant aliarum virtutum actus & opera: & ita,inquit,cardinales dictæ ſunt:quia circa eas tanquam circa cardines,ſic voluitur moralis honeſtas,quòd habens eas,habet potiſsimos virtutum habitus: & cum hoc habet habitus inclinantes ad actus omnium aliarū virtutum moralium,& eos limitantes:ita quòd per huiuſmodi quatuor habitus faciliter exit in omnium aliarum virtutum actus,& eos moderatur.hinc cōtra Tho. aſſerit ipſas non dici tales,quia circa eas velut circa cardines ſic voluatur humana conuerſatio,quòd habēs eas eſt ſimpliciter bonus,& non malus:aliqua verò deficiente,quibuſcunq; alijs habitis,non dicitur ſimpliciter bonus.Nolo pro nunc hic diutius inſiſtere.

Prudentia minus reſis quis habet virtutis rationem.

¶Secunda concluſio.Prudentia minus virtutis rationē obtinet.probo:reliquæ ſunt formaliter virtutes:prudentia autem ſolùm materialiter:reliquarum virtutum actus ſunt primariò liberi:non autem actus prudentiæ nam illi in voluntate,iſti in intellectu: illi ſunt operum virtutū imperatiui: iſti directiui: primaria bonitatis moralis ſedes,eſt voluntas:directionis autem, ipſe intellectus.Circa quaruncunq; virtutum materias directiuè verſatur prudētia:quare ipſa vt talis ſolùm materialiter eſt virtus cenſenda. Non igitur actui prudentiæ,ſed actui per prudentiam regulato reſpondet præmium, Dixi,vt talis, ſecus extrinſecè imperatiuè:prudentiæ enim actus bonitatem recipere poteſt ſecundariam à voluntatis actu eum imperante:prout & cæteri extra voluntatem ab ea imperabiles:id tamen non eſt de prudentiæ ratione:nec pariter libertas:quinimo iudicium,ex præmiſsis euidentibus in-

Actui per prudentiam relato reſpōdet præmiū, non actui prudentiæ.

Virtutū or do, īter quas iuſtitia eſt p̄clariſſima.

Virtutū cardina'lium differentia.

tellectum neceſsitantibus, demonſtratiuè productum; non minus eſt prudentia dicendū, quàm cū motiuo nō neceſsitante (coagente voluntate) liberè genitum: patet, non minus eſt agibilium recta ratio.

¶Tertia concluſio, Virtutum cardinalium præclariſſima eſt iuſtitia: de inde fortitudo deinde temperantia: prudentia autem eſt earum infima: huic toti multitudini tota comparatur multitudo: aut optimū vnius indiuiduū optimo alterius: quis enim dubitabit aliquam temperantiam eſſe aliqua iuſtitia præſtantiorem? Prima igitur concluſionis pars eſt Ariſt. v. Ethich. j. cauſam aſsignātis: videlicet difficultatem maiorem eſſe ad alterum, quàm ad ſe: complures (inquit) in proprijs quidem vti poſſunt: ſed in his quæ ſunt ad alium, vti nequeūt: & paulò poſt, ſubdit. Peſsimus eſt qui ad ſeipſum & ad amicos vtitur prauitate: optimus autem non qui ad ſeipſum: ſed qui ad alium vtitur ipſa virtute: & neq; Heſperus, neq; Lucifer ita admirabilis. Secunda concluſionis pars etiam patet ex maiori obiecti difficultate ipſius fortitudinis, quàm tēperantiæ, eſt enim circa laborioſa ardua pericoloſa &c. Tertia pars ex prima innoteſcit concluſione: quoniā prudentia, vt talis, non eſt formaliter virtus: reliquæ autem ſic: non habet formalem liberam conditionem, & aliæ ſic: eſt igitur virtutum infima.

¶Quarta concluſio. Aliter à tribus alijs diſtinguitur prudentia, aliter ipſæ tres inuicem, oſtendo: prudentia penes immutandi modum à reliquis eſſentialiter differt: nā cognitiuè immutat: aliæ autem appetitiuè: cùm (vt dixi) ipſa ad intellectum ſpectet: ad volūtatem autem reliquæ quæ penes totalium obiectorum alietatem differentiam ſuſcipiunt ſpecificām: addo totalium videlicet, incluſis cū materia conationibus: ſub quibus in ſua obiecta feruntur actus. Contingit enim actuum eiuſdem potentię ſpecie differentium eodem modo immutantium eſſe idem adæquatum obiectum materialiter, differens autem formaliter. id eſt, varijs connotationibus ſiue diuerſis modis ſe habendi conſideratum. Exempli gratia: delectationum venerearum coniugalis vſus, non exceſſo rationis

limite,eſt temperantia:per modum autem debiti reddendi vxori eiſdem vti eſt iuſtitiæ:& ita in alijs. Dico itaq; actus interiores pro ſuis obiectis connotatiuè tales modos habentes eſſentiali ſpecie differunt: actus autem interiores qui illos ſe habendi modos non pro obiectis, ſed pro circunſtantijs, circunſtantibus oſtenſos habent, non ſpecie eſſentiali per hoc variantur: ſed in eſſe moris differentiam contrahere poſſunt.

Cardinalis virtus an pro actu,an pro nomine accipiatur.

¶Primum dubium. An pro nomine,an pro actu ſupponat hoc nomen virtus cardinalis:ſi pro actu dubiũ pro quo:& ſit gratia exempli temperantiæ actus:videlicet caſtitutis virginalis,aut vidualis, vel coniugalis: quicunq; detur non circa eum tãquam cardinem tota moralis verſatur honeſtas &c. Igitur ipſe non eſt uirtus cardinalis. Reſpondeo,iſta eſt potius vocalis, quàm realis difficultas.Ad quam dico primò:quemadmodum differunt hæ duæ propoſitiones,homo eſt animal,homo eſt animalis ſpecies,ſic iſtæ:temperantia,eſt virtus cardinalis,temperantia eſt virtutis cardinalis ſpecies: vtrobique enim in ſecunda combinationis parte ſubiectum,pariter genitiuus materialiter ſupponit:in prima autem, ſtant extrema perſonaliter,non pro nunc ſimplici realiſantium ſuppoſitioni inſiſto.Dico ſecundò,prout in prædicamentorum coordinatione,ſub tranſcendente ſunt generaliſsima genera:ſub quibus aliæ continentur ſpecies:ſic in virtutibus præter nominum coordinationem, eſt actuum interiorum voluntatis ſuo modo coordinatio. Exempli gratia, penes rationem virtutis tranſcendentalem elici poteſt hic actus:volo conformiter rationi rectæ agere, ſub quo iſti actus:volo temperate,volo fortiter, volo iuſtè agere:& ſub quolibet iſtorum ſpecies quibus omnibus appropriatæ ſunt prudentiæ. Dico tertiò poſſe in dubium cadere,an illi quatuor actus,vel habitus generici ſint virtutes cardinales appellandi:id de inferioribus actibus negando:an pariter collectiones ſpecierum principalium ſub illis contentarum,an quælibet alicuius earum ſpecies.Reſpondeo,verbalis eſt difficultas:cuilibet enim illorum trium generum admitto virtutis cardinalis no-

Differentia iſtarum propoſitionũ tẽperãtia ẽ virtus cardinalis,temperantia eſt virtutis cardinalis ſpecies.

Iuſtitia an circa operationes, reliquæ autem virtutes circa paſsiões.

mea:ita igitur quò ad tertium genus,quod magis eſt dubitabile,concedo quanlibet temperantiæ ſpeciem, virtutem eſſe cardinalem:& ſic de reliquis: & ita centum: & vltra ſunt virtutes cardinales ſpecie ſubalterna, vel ſpecialiſsima differentes,reducibiles tamen ad quatuor generales virtutum rationes. Et cùm obijcitur: quoniam circa iſtum caſtitatis,vel ſobrietatis actum præcipuè verſatur moralis perfectio. Reſpondeo, eſt de præcipuarũ collectione circa quam verſatur moralis perfectio,eſt pariter ſub illis genericis actibus atque habitibus contentus: & hæc ſufficiunt.

¶Secundum dubium. Circa trium virtutum appetitiuarum obiecta an differant per hoc quòd circa operatiões ſit iuſtitia:aliæ autem duæ circa paſsiones? Videtur quòd ſic ex Ari.& communiter moraliſantium modo loquẽdi temperantiam circa paſsiones guſtus, & tactus ponẽtiũ, circa timores & audacias fortitudinem: inſcitiam autem ad alterum communicatio autem ad alterum eſt in operationibus. Sed in oppoſitum: virtus eſt, quæ habentem perficit,& opus eius bonum reddit: igitur non ſolùm iuſtitia,ſed reliquæ in operationibus conſiſtũt. Ad hoc dubium præmitto quorundam eſſe reſponſionem affirmatiuam:& iſta eſt beati Tho. opinio dogmatizãtis iuſtitiã pro obiecto operationes habere: fortitudinem autem & temperantiam paſsiones:nam homo rectè ad ſeipſum ſe habet cùm appetitus rationi ſubijcitur:quod fit per paſſionum moderationem:bene autem ſe habet ad alterum per eorum rectificationem in quibus eſt communicatio: cuiuſmodi eſt vſus circa res,perſonas & opera. Hãc opinionem(vt iacet)non credo veram. Tum primò,popularis eſt morula in qua nullla penitus inſurgat paſsio: ſed velle comedere,bibere,aggredi, expectare, conformiter rationi rectæ erunt veri tẽperãtiæ & fortitudinis actus, nec pro obiectis ſuis paſsiones habent,igitur &c. conſequentia patet cum minore:& maiorem probo: tum poteſt pro certa morula omnis auferri apprehenſio: ex qua prouenit paſsio:tum etiam contingit de paſsione impellente ad paſsionem tranſire contrariam retrahentem, igitur poterit

tur poterit eſſe medium in quo neutra inſit. Secundò: in ſtatu innocentiæ verè temperatè comedere, vel cognoſcere ſuam, potuiſſet, viator, non inexiſtente huiuſmod i moderabili paſsione. Tertiò. contingit eſſe paſsiones & non conſideratas: quoniam non neceſſariò potentia ſuper eas ſe reflectit: quo facto voluntatis actus eliciti, quales ſuprà dixi, ſunt veræ tẽperantiæ & fortitudinis. Quartò contingit paſsiones inexiſtentes etiam conſideratas non aſſumi à voluntate pro ſuorum actuum obiectis. patet: eſt in ſuis actibus libera, prout de circunſtantijs oſtendi: conſideratis enim loco, tempore, paſsionibus, & alijs adiacẽtibus, poteſt voluntas hos elicere actus: volo comedere; vel bibere, vel meam cognoſcere propter honeſtum finem: non alios actus eliciens in paſsiões, aut alias circunſtantias latos. Concludo igitur cuiuslibet illorum trium generum, virtutem poſſe tam circa operationem, quàm paſsionem obiectiuè verſari, & circa ambas ſimul: aliquis enim fortitudinis, aut temperantiæ actus pro obiecto operationem habet: aliquis paſsionem, aliquis ambas. Exemplum primi: volo aggredi, aut volo comedere. Exemplum ſecundi: volo paſsionem timoris, vel audaciæ refrenare, volo paſsionem guſtus, vel actus moderare. Exemplum tertij: volo non obſtante paſsione contranitente abſtinere: vel comedere, aut aggredi, vel expectare. In genere autem iuſtitiæ: volo non obſtante hac, vel iſta paſsione, iſti, vel illi quod ſuum eſt reddere: conſtat enim poſſe ineſſe paſsionem quæ retrahat alteri quod ſuum eſt reddere: prout eſſet pecuniæ amor, vel alia paſsio. Pro ſaluandis igitur autoritatibus dicendum: quamuis non ſit de formali fortitudinis, aut temperantiæ ratiõe ad eſſe paſsiones, aut eas pro obiecto habere: vt plurimum tamen accidunt atque reſpondent ipſius appetitus ſenſitiui paſsiones: non ſic autem frequenter de iuſtitia. Falſum quidem eſt quod dicit beatus Tho. ſcilicet nõ in voluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo eſſe temperantiam & fortitudinem, iuſtitiam autem contrà. Dico enim quò ad actus elicitos atque habitus, eas res in voluntate ſedem habere.

Virtus oīs an ſit circa difficile.

Teſtium dubium. An omnis virtus ſit circa difficile. Reſpondeo: præmittendo difficile dici comparatiuè ad potentiam. Et dupliciter: vno modo difficile, alio modo quò ad operis modum ſeruandum. Quo ad opus quidē videlicet ad quam habens reſiſtentiam reſpectu potentiæ limitatæ: quamuis enim res naturaliter ſuæ reſiſtat corruptioni: Deo tamen (cuius eſt illimitata atque infinita virtus & potentia) non eſt difficile quicquam corrumpere. Iterum duplex eſt reſiſtentia: quædam intrinſeca, quædā extrinſeca: graue in pleno moueri difficile eſt ob extrinſecam reſiſtentiam: in vacuo autem eſſet difficile ob intrinſecam, propter quam probabilem opinionem motui proueniret ſucceſsio: ſic cunctæ hominis operationes liberę exteriores localiter progreſsiuæ eſſent difficiles: quia cōtra quandam grauitatis renitētiam corpus deorſum mouere nitentis: ita de alijs operationibus quibus coaſsiſtunt contrariæ cauſæ. Secundò: difficile dicitur aliquid quò ad modum, qualiter vbi requiritur plurium obſeruātia: ſic enim (ad actus boni elicitionem cauſa forti coadiuuante, & nulla retrahente, exiſtente tamen magna circunſtantiarum multitudine ad bonitatem requiſita) diceretur eſſe op⁹ difficile, quò ad eſſe tale. ſ. moraliter bonū: appellatur etiam quandoque difficile comparatiuè ad oppoſitum ſuum. His præmiſsis fiat propoſitiones.

Difficile dicitur aliquid dupliciter.

Duplex eſt reſiſtentia.

PRIMA PROPOSITIO.

¶Quamuis circa difficile comparatiuè ad vitium oppoſitum ſit communiter virtus, non tamen ſemper: prima pars eſt plana, crebrius ſunt impugnantia atque à virtutis actu retrahentia: ſecundam partem oſtendo: contingit ad virtutis opus potiorem eſſe ſenſualitatis & aliorū inclinationem fortiuſq;, quàm ad oppoſitum vitiū coadiuuātē: non enim in quolibet actu ſenſualitas rationi aduerſatur: quinimò ipſa obligationis tempore comedere inſtigat, aut vxori commiſceri, aut alteri indigentiæ propriè ſuffragari: in his & ſimilibus non eſt difficilius opus illud (quod eſt virtutis) quàm contrarium exercere. Secunda propoſitio. vniuerſaliter virtus eſt circa difficile quò ad modum. i. plura ad virtutem quàm ad oppo

Vniuerſaliter virtus eſt circa difficile quò ad modum.

ſitum vitium requiruntur obſeruanda:nam ad eſſe virtu tem,requiritur omnium circunſtantiarum debitarũ obſeruantia:ad vitium autem ſufficit vnius debitæ defectus. Patet igitur in ſtatu viæ frequentius vtranq; adeſſe difficultatem:in fortitudine enim & temperantia cõmuniter ob paſsiões retrahentes eſt opus difficile: in iuſtitia autem propter medij rationis inuentionem; in iuſtitia enim diſtributiua,difficile eſt perſonarum merita & dignitates,in commutatiua autem latitudinem iuſti precij agnoſcere.

¶Quartum dubium. An locum habuiſſent in ſtatu innocentiæ virtutes cardinales quales nunc. An pariter in patria manebũt.Quantũ ad primum reſpõdeo:non quęcunque & qualeſcunq;:in illo enim ſtatu paſsiones fuiſſent aliquæ.ſ.perfectiuæ, prout in cibo, in venereis, & alijs ſenſuum obiectis delectationes:non quidem rationi inobedientes, ſed ſubiectæ,has potuiſſent actus pro obiectis habere:pariter & nunc quoniam contingit eas ad idem cum ratione recta citare voluntatem; accidit & eas petulantes diſcrepare circa quas actus elicitur qualis non innocentiæ ſtatu:videlicet pro obiecto ipſam paſſionis effrenis mitigationem habens. Quantum autem ad alteram dubij partem,loquendo de virtutum exercitio,ſeu de ipſarum actibus,varij earum actus ceſſabunt: videlicet,deficientibus his quæ nunc pro ſuis obiectis habent tãquã inexiſtẽtia:cuiuſmodi fames,ſitis,ipſa à calore,frigore,vel alio nociuo lęſio,paſsionũ appetitus ſenſitiui,& tentationum inſultus atq; pugna,educatio familiæ,indigentiæ proximi releuatio:& alia huiuſmodi circa perſonam propriam, vel coniunctã quæ non illic aderunt,ſed prorſus euacuabuntur: poterunt nihilominus eſſe horum omnium actus quidam conditionales. Dico pariter alios quàm hîc virtutum actus illic futuros, videlicet pro obiectis ſupernaturalia dona habentes atque paſsiones perfectiuas quæ tam in ſuperioribus, quàm in inferioribus potentijs:corporibus reſumptis,permanenter extabunt. Sed de virtutum habitibus quid? Reſpondeo:primò de acquirendis conſtat non illic habitus gi

Virtutes cardinales an in ſtatu innocẽtiæ locũ habuiſſent, an in patria perманebũt.

gni quorum ceſſabunt actus: de acquiſitis autem in hoc ſeculo quorum illic euacuabuntur actus, quibuſdam aſſerere placet, eos illic manere: cũm nulla adueniat contraria cauſa eorum corruptiua. Rationabilius mihi dicendũ videtur, quemadmodum illic euacuabuntur intellectiui habitus, quorum actus abſtractus mutationum eſſent falſi, ſic reſecabuntur habitus appetitiui: quorum actus pro tunc eliciti forent obliqui, qui in huius ſeculi ſtatu recti fuiſſent atque laudabiles: ſicut enim idem habitus veridicus falſidicus effici valet: ſic ſtudioſus in vitioſum tranſire poteſt: huiuſmodi ſuperfluorum habituum fiet ab ipſo ſaluatore ad maiorem ſtatus decorem reſecatio, & immunis pulchritudo.

Virtus quælibet in medio conſiſtit.
Medium virtutis quid.

Omnis virtus in medio conſiſtit: in medio quidẽ rationis, ſeu quò ad nos: non autem ſemper in medio rei. Eſt enim huiuſmodi medium quod recta ratio inter ſuperabundantiã & defectum conſtituit. Inter virtutes id ponitur diſcriminis, videlicet in iuſtitia dici ſolet rationis medium, eſſe medium rei: non autem in reliquis virtutibus. Ex his euadit perſpicuũ: vbicunque ſunt ſuperabundantia & defectus, eſt reperire medium, & econuerſò. Triplicem præterea circa vnamquanq; virtutem verſari prudentiam, cuiq; conſtabit, duas ſcilicet negatiuas de extremis dictantes, & alteram de medio affirmatiuam. Inſuper corollariè habes, non eſſe idem apud omnes virtutis medium: quinimò apud eundem diuerſis temporibus atque circunſtantijs variatur: quod enim vni eſt virtutis medium, eſt alteri defectus, & alteri ſuperabundantia. Quod pariter vni eſt virtutis medium, erit eidem cum alijs circunſtantijs defectus: & eidem cum circunſtantijs variatis ſuperabundantia. Quare ab Ariſtotele Ethi. 2. rectè definitum eſt, virtus eſt habitus electiuus in mediate conſiſtens: prout

Vbicunque ſunt ſuperabundãtia & defectus eſt reperire medium, & ecõuerſò.
Medium virtutis non idẽ apud oẽs.

determinat ſpecies, id eſt ſapientis ratio recta.

PRIMVM NOTABILE.

Medium dicitur duorũ cõparatione

¶ Comparatiõe duorum extremorum excedentis & exceſſi dicitur medium; Contingit enim dupliciter à menſura diſcordare, ſeu eſſe inæqualitatem: vno modo per exceſſum: alio modo per defectum; videlicet illud eſt mẽſura maius, & iſtud minus: cùm igitur appetibilium menſura atque regula ſit recta ratio, dupliciter poterit aliquid ei diſcordare ſeu difformari: vno modo per exceſſum, alio modo per defectum; hinc æqualitas ſeu conformitas rationi rectę, meritò eſt appellata medium ſiue medietas. Quęres quænam res ſit virtutis medium: an ſit ipſa recta ratio, an opus ei conforme, an conformitas? Reſpondeo; appelles quomodo volueris: aptius tamen ipſum actum rationi conformem, aut ipſam conformitatẽ, quæ à multis non ponitur condiſtingui actui: ſi autem vocare placeat virtutis mediũ ipſam menſuram, ſic ipſum eſſet ratio recta: non in vocabulo vim facio.

Dupliciter contingit à menſura diſcordare, ſeu eſſe inæqualitatem.

¶ Secundum notabile. Duplex eſt medium, videlicet rationis & rei. Medium rationis conſurgit inter ſuperabundantiam & defectum per comparationem ad rectam rationem dictantem, non plus debito, nec minus debito. Medium autem rei proportionale eſt, quod æquè proportionaliter ad extrema ſe habet: proportionalitas igitur eſt æqualitas. Differunt propriè proportio & proportionalitas, nam illa eſt duorum comparabilium, iſta autẽ ad minus trium: proportionalitas geometrica eſt proportionum æqualitas, arithmetica autem differentiarum. Exemplum primi, inter. 4. 2. 1. nam vtrobique proportio dupla. Exemplum ſecundi, 4. 3. 2. nam vtrobique exceſſus eſt: id eſt vtraque eſt duplex: videlicet: continua & diſcontinua. Sequitur quòd æqualitas in propoſito non eſt medij cum aliquo extremorum: ſed eſt quædam proportionalitatis æqualitas: medium enim eſt extremis inæquale: verumtamen quandoque accipitur medietas pro ipſa proportionalitate, quandoque pro ipſo medio proportionali: quandoque igitur diffinitur virtus, aut medietas per æqualitatem, iſta non eſt æqualitas quantitatiua nec

Medium duplex, vtpote rationis & rei.

Proportiõis & proportionalitatis diſcrepantia.

dij cum aliquo extremorum:ſed eſt rationis,aut propor tionalitatis æqualitas.

Iuſtitiæ medium an ſit rei.

¶Tertium notabile.dogmatizari ſolet ipſius iuſtitiæ eſſe medium rei,aliarum autem virtutum eſſe medium rationis.Quod declarans beatus Thomas prima ſecundæ.q. lxiiij.dicit.Iuſtitia eſt circa operationes quæ conſiſtunt in rebus exterioribus,in quibus rectũ inſtitui debet ſimpliciter & ſecundùm ſe:ideo medium rationis hic eſt medium rei,inquãtum ſcilicet iuſtitia dat vnicuiq; quod debet:& nõ plus,nec minus.Aliæ verò virtutes morales conſiſtunt circa paſsiones interiores: in quibus non poteſt rectum cõſtitui eodem modo:propter hoc quòd homines diuerſimodè ſe habent ad paſsiones:& ideo oportet quòd rectitudo rationis in paſsionibus inſtituatur p. reſpectum ad nos,qui afficimur ſecundùm paſsiones.Et amplius ipſe.ij.ij.q.lxviij.dicit:aliæ virtutes morales principaliter cõſiſtũt circa paſsiões:earũq; rectificatio nõ attenditur niſi ſecundùm comparationem ad ipſum hominem:cuius ſunt paſsiones penes diuerſas circunſtantias:& ideo medium talium virtutum non accipitur ſecũdùm proportionem vnius rei ad alteram rem, ſed ſolum ſecundùm comparationem ad ipſum virtuoſum:& ideo in ipſis eſt medium ſolùm ſecundùm rationem quò ad nos:ſed materia iuſtitiæ eſt exterior operatio ſecundùm quòd ipſa,vel res cuius eſt vſus,debitam proportionem habet ad aliam perſonam: & ideo medium iuſtitiæ conſiſtit in quadam æqualitate rei exterioris ad perſonã exteriorem:æquale autem eſt realiter medium inter maius & minus.x.metaphyſicæ:quare iuſtitia habet mediũ rei. Et cum obijcitur.non eadem pœna punitur qui percutit principem,& qui perſonam priuatam percutit:igitur iuſtitiæ non eſt medium rei.Reſpondet:iniuria illata aliam proportionem habet ad principem, & aliam ad perſonã priuatam:& ideo oportet aliter adæquare vtranq; iniuriam per vindictam,quod pertinet ad diuerſitatem rei, & non ſolùm ad diuerſitatem rationis.

Iuſtitiæ diſtributiuæ &

¶Quartum notabile.Dogmatizari ſolet poſt Ariſtotelem.v.Ethico.iuſtitiæ diſtributiuæ medium accipi ſecun

dùm proportionalitatem geometricam,commutatiuã autem ſecundùm arithmeticam:quod declarãs beatus Thomas.ij.ij.q.lxj.art.ij.inquit,in iuſtitia diſtributiua datur aliquid alicui priuatæ perſonæ inquantũ id eſt quod totius eſt debitum ei:quod quidem tantò maius eſt, quãtò ipſa pars maiorem habet principalitatẽ in toto:& ideo in diſtributiua iuſtitia tantò plus alicui de bonis communitatis datur, quantò illa perſona maiorem habet principalitatem in communitate:quæ quidem principalitas in ariſtocratia communitate attenditur ſecundùm virtutẽ, in olygratia ſecundùm diuitias,in democratia ſecundùm liberalitatem,& in alijs aliter:& ideo in iuſtitia diſtributiua non accipitur medium ſecundùm æqualitatem rei ad rem, ſed ſecundùm proportionem rerum ad perſonas:vt ſcilicet ſicut vna perſona excedit aliam: ita etiam res quæ datur vni perſonæ excedat rem quæ datur alij. & ideo dicit philoſophus, tale medium eſſe ſecundùm geometricam proportionalitatem:in qua attẽditur æquale non ſecundùm quantitatem,ſed ſecundùm proportionẽ:prout ſi dicamus,ſicut ſe habent ſex ad quatuor, ita tria ad duo, quia vtrobique eſt ſeſquialtera proportio: non autem eſt æqualis exceſſus ſecundum quantitatem: quia ſex excedunt quatuor in duobus:tria verò excedũt duo in vno. Sed in iuſtitia commutatiua aliter: nam in commutationibus redditur aliquid alicui ſingulari perſonæ propter rem eius,quæ accepta eſt,vt maximè patet in emptione & venditione,in quibus primò inuenitur ratio commutationis,& ideo oportet adæquare rem rei: vt quantò iſte plus habet quàm ſuum ſit de eo quod eſt alterius,tantundem reſtituat ei cuius eſt:& ſic fit æqualitas ſecundùm arithmeticam medietatem quæ attenditur ſecundùm parem quantitatis exceſſum,ſicut quinque,eſt medium inter ſex & quatuor:nam in vnitate excedit & exceditur,ſi ergo à principio vterq; habebat quinque,& vnus eorum accepit vnum ab altero,ipſe habebit ſex, & alter quatuor: erit ergo iuſtitia ſi vterque reducatur ad medium,vt accipiat vnum ab eo qui habet ſex: nam ſic vterq; habebit quinque,quod eſt medium,Hæc ille.

ipſius cõmutatiuæ differentia mediorum.

Superabūdātia & defect⁹ dupliciter accidere poſſunt.

¶Quintum notabile.dupliciter accidere poſſunt ſuperabundantia,& defectus, videlicet ſecundùm quantum, & ſecundùm quale, Penes quidem quantum, id eſt penes menſuram materiæ ſecundùm plus,vel minus quàm ratio dictet:prout plus,minuſue cibi, vel potus accipere quàm congruat. Penes autem quale, id eſt penes circunſtantiam aliquam ſuperfluentem indebitam,aut deficientem debitam.Exempli gratia: contingit ſumi cibum non plus,vel minus,quàm ratio recta dictet:ſed ſumitur loco,vel tēpore,vel modo, vel fine indebito,aut deficiēte fine debito,aut pluries quàm debeat comprehendendo quotum ſub quali.

Extrema virtutis proxima non ſemper vitioſa. Temperantia regularis habet mediū medio abſtinentiæ lati⁹.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Quamuis omnis moralis virtus in medio inter extrema vitioſa conſiſtat,non tamen cuiuslibet extrema proxima ſunt vitioſa:& ſi alterum à medio minuatur in bonitate.Prima pars ex notabilibus patet. Secundam autē probo:contingit alicuius virtutis, vt huiuſmodi extremum proximum eſſe infra totam rationis latitudinem. Exempli gratia: abſtinente vt huiuſmodi à latitudine temperantiæ quod ſecundùm rectam rationem ſumi poterat ſubtrahit:igitur tale abſtinentiæ extremum proximum non eſt vitioſum.Habet enim temperantia regularis medium medio abſtinentiæ latius: pone igitur alicui inter nutrimenti libram vnam, & quatuor libras eſſe temperantiæ regularis medium: videlicet ſumere vltra quatuor ſit intemperantia,& citra vnam libram inſenſibilitas:ſic ille ab vna libra ad quinque excluſiuè tranſiens continuè temperatus permanet: nec virtutis egreditur limites;vbi autem alicuius finis honeſti gratia aliquid ſubtrahere vellet,nolens ſcilicet tantum ſumere, quantum virtutis temperantiæ latitudo patitur,ſed minus, verbi cauſa:præciſè vnam libram cum media,vel præciſè duas: ſic diceretur abſtinens: clarum eſt autem huiuſmodi abſtinentiæ qua eſt velle duntaxat duas ſumere libras vnū extremum proximum,eſt velle vltra duas ſumere, quod nequaquam eſt vitioſum: quamuis altero minus bonū: fateor extremum eius diſtans eſſe vitioſum:ſcilicet velle

vltra totam temperantiæ regularis latitudinem ſumere.

¶Secunda concluſio. Medij virtutis eſt diuiſibilis latitudo, & in vna quidem virtute latior, in altera ſtrictior: pariter vni perſonę quàm alteri: atq; etiã eidẽ diuerſa diuerſis, tempus temporibus, aut modis. Primam probo partem: virtus non requirit cognitu impoſsibile, vel nimis difficile: ſed pro ſtatu viæ cognoſcere determinatẽ vſque ad indiuiſibile eſt impoſsibile, aut nimis difficile, igitur circa id non ſumitur virtutis medium: tamen etiam, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur. igitur latitudinem habet virtutis medium: per quam diſcurrens non egreditur rationis terminos: ſiue in materia temperantię, vel fortitudinis; ſiue in materia iuſtitiæ fuerit: prout in bonorum communitatis diſtributione, aut in cõmutationibus: nimis enim hoc viæ ſtatu foret difficile, aut meritorum atque dignitatum adæquatam noſcere menſuram, aut rei cognitæ adæquatum diſtribuere præmium, pariter certæ rei adæquatum valorem: & illi valori adæquatum precium indiuiſibiliter taxare: nemo, viatorum profectò has menſurarum rationes adæquatas noſcit; cum per inſenſibile, aut per ſenſibile modicum non curandum inæqualitas interuenire valeat. Secunda concluſionis pars ſatis patet: quoniam quod vni, vel vno tẽpore eſt intra rationis terminos: eſt alteri vel eidẽ alio tẽpore extra limites rationis rectæ: certa enim cibi menſura ratione quantitatis, aut qualitatis, aut facultatum, eſt vni intemperantia, alteri temperantia: nam vni eſt contra bonum corporis, vel animæ habitudinem, aut ſupra facultatem, vel contra honeſtatem, & non alteri vni vno tempore, & altero tempore non.

Medij virtutis eſt diuiſibilis latitudo & vni latior quàm alteri.

¶Tertia concluſio. Iuſtitiæ medium hominum vſu non eſt medium rei ſecundùm adæquationem veræ proportionalitatis, ſed ſecundùm quandam ſimilitudinem & propinquitatem: primam partem oſtendo: conſiſtit in indiuiſibili vera proportionalitas: cuiuſlibet enim proportionalitatis ſiue geometricę, ſiue arithmeticæ quantulacũque vnius extremorum variatio alijs inuariatis proportionalitatem, ſeu proportionalitatis æqualitatem impe-

Iuſtitiæ medium an ſit ſecundũ proportionalitatem.

dit & tollit: non ſic autem in ipſa iuſtitia, non quantulacunque enim rei ad rem inadæquatio (exempli gratia: mercedis ad præmium, aut precij ad valorem rei) iniuſtitiam facit: duorum æquè merentium in hoc ſeculo plus vni quàm alteri de bonis communicatis iuſtè diſtribui poteſt: plus pariter idem vni quàm alteri abſque iniquitate venditur. Secunda autem pars patet; quoniam eſt à nimis notabili exceſſu cauendum: in rebus enim corporalibus reputãtur aliqua proportionalia, quando non eſt à proportiõalitate notabilis & valde ſenſibilis diſtãtia.

Virtutis medij an quantuluncunq; egrediẽs ſit vitioſum.

¶ Primum dubium. An omnis egreſſus à virtutis medio ſit vitioſus? Videtur quòd non; quando ſcilicet inſenſibilis aut non notabilis eſt egreſſus, aut inuincibiliter ignoratur. In oppoſitum: ſi egrediatur iam rationi rectæ difformatur, cùm medium extendatur quantum recta ratio. Reſpondeo: dupliciter conſiderari poteſt medij virtutis latitudo. Vno modo vt in ſe perfectè atque præciſè cognita. Alio modo imperfectè cognita atque confuſè: & iſta quandoque eſt latior quàm prima. Quare contingit à prima egreſſum eſſe in viatore ſecundi generis non vitioſum: qui in primi generis viatore vitioſus eſſet: verumtamen proprie loquendo, iſte non egreditur ſui medij virtutis latitudinem: imò quem inſenſibilem, aut non notabilem ponis egreſſum, eſt ei infra ſui medij virtutis latitudinem conſtitutus, quare non eſt ei egreſſus.

Medij virtutis latitudo dupliciter cõſiderari põt.

Virtus theologica an in medio conſiſtat.

¶ Secundum dubium. An in medio cõſiſtat theologica virtus, videlicet fides, ſpes, & charitas? Reſpondetur cõmuniter negatiuè, quod amplius declarans beatus Thomas prima ſecundæ. q. lxiiij. art. iiij. dicit non per ſe, ſed quodammodo per accidens poſſe in virtute theologica conſiderari medium & extrema. Iſta ſunt eius verba: virtutis theologicæ duplex poteſt accipi menſura. Vnaquidem ſecundùm ipſam rationem virtutis: & ſic menſura & regula virtutis theologicæ eſt ipſe deus. Fides enim noſtra regulatur ſecundùm varietatem diuinam, charitas ſecundùm bonitatem eius: ſpes autem ſecundùm magnitudinem omnipotentiæ & pietatis eius: & iſta eſt menſura excellens omnem humanam facultatem: vnde nun-

Virtutis theologicæ duplex poteſt accipi menſura.

quam poteſt homo tantum diligere deum, quantum di‑ ligi debet, nec tantum credere aut ſperare in ipſum quantum debet: vnde multò minus poteſt ibi eſſe exceſſus: & ſic bonum talis virtutis non conſiſtit in medio: ſed tantò eſt melius, quantò magis acceditur ad ſummum. Alia verò regula, vel menſura virtutis theologicæ eſt ex parte noſtra: quia & ſi non poſſumus ferri in deũ quantũ debemus, debemus tamẽ ferri in ipſum credẽdo, ſperãdo, & amando ſecundùm menſuram noſtræ conditionis: vnde per accidens poteſt in virtute theologica conſiderari medium, & extrema ex parte noſtra. Hæc ille. Cùm igitur obijcitur, ſpes eſt medium inter deſperationẽ & præſumptionem, ſimiliter fides incedit media inter contrarias hæreſes. Reſpondet, ſpes eſt media inter præſumptionem & deſperationem ex parte noſtra, inquãtum ſcilicet aliquis præſumere dicitur ex eo quòd ſperat à deo bonũ quod excedit ſuam conditionem, vel non ſperat quod ſecundùm ſuam conditionem ſperare poſſet, non autem poteſt eſſe ſuperabundantia ſpei ex parte dei cuius bonitas eſt infinita: ſimiliter etiam fides eſt media inter contrarias hæreſes, nõ per comparationem ad obiectum, quod eſt deus: cui non poteſt aliquis nimis credere: ſed inquantum ipſa opinio humana eſt media inter contrarias opiniones. Quid igitur ſit dicendum, hæ oſtendent propoſitiones. Prima: poteſt viator diligere deum, aut ſperare, aut credere quantum debet obligationis debito: probo. poteſt legem ei datam implere cùm non ad impoſsibile obliget: igitur diligere poteſt, ſperare vel credere quantũ debet obligationis debito. Secunda propoſitio: contingit diligere, ſperare, vel credere plus quàm debet obligationis debito, patet, contingit non pro tunc obligari, aut non tam intenſẽ. Tertia propoſitio: contingit per accidẽs diligere, ſperare, vel credere plus intenſiuẽ quàm debet debito liciti: probo, contingit ex corporis facilẽ diſcraſia bilis debilitare mentem, vel ſanitatem notabiliter turbari, & lædi per feruoris dilectionis, aut ſpei, aut fidei magnitudinem: ad hunc autem feruoris exceſſum graduale atquẽ intenſiuum nõ obligatur viator: obligatur potius

Diligere deũ an valeat viator quantũ debet, aut plusquàm debet.

talem mentis aut corporis notabilem vitare læſionem:
igitur in hoc caſu vituperabilis eſſet atque culpabilis tan-
ta feruoris vehementia. Hinc quibuſdã deuotis perſonis
cerebro debilibus ſalubriter à prudentibus conſulitur tã
tam mentis vehementiam, tantamuè operis continuatio-
nem temperare. Quarta propoſitio: contingit alicuius il-
larum virtutum actũ ſpeciali prohibitione, aut alia circun-
ſtantia vitiari: patet, contingit pro certo tempore viato-
rem non obligari ad actum: igitur non repugnat pro eo
tempore (ſaltem à deo) ei actum prohiberi: pariter cõtin-
git talem actum contra conſcientiam, aut circunſtantia
alia mala inuolui. Quinta propoſitio: quamuis non ſit
virtus theologica inter duo extrema, in quanto quò ad
eius obiectum principale quod eſt deus: poteſt tamen in
quali habere extrema: primam partem probo; non diui-
ſibile eſt obiectum illud, nec crementum, aut decremen-
tum accipit: ſecunda pars ex dictis patet, tam gradualis
intenſionis, quàm prohibitionis ſpecialis, aut alterius cir-
cunſtantiæ occaſione.

De uirtutum gradibus.
CAP. XII.

Gradus vir-
tutum tres.

*CIrca difficile eſt virtus: quo ſit milis-
tiam eſſe vitam hominis ſuper ter-
ram: nec coronabitur, niſi qui legiti-
mè certauerit. Sunt itaquè in vno-
quoque virtutum genere tres gra-
dus penes difficultatis menſuras
deſignati: temperantia, continentia
herois: temperantia atque intemperantia locum habent
ſedatis paſsionibus retrahentibus, continentia atquè in-
continentia vehementibus paſsionibus retrahentibus.
Heroica (quam Ariſtoteles diuinam vocat) eſt virtus ſu-
pra communem hominum facultatem ex ardua operæ*

vel circunſtantiæ difficultate. Cuius vitium contra communem hominum vſum, beſtialitas appellatur. Heroica igitur ſupra communem hominum vſum hominem deo aſſimilat: beſtiæ autem vitium contra communem hominum conſuetudinem. Hos tres gradus nō plenè habuiſſet aurea innocentiæ ætas, & minus beata illa ac immortalis vita (omni hoſte deuicto, regnoq́ hominis conſummatè quieto) infallibili lege regulata: præſens verò ſors noſtra calamitoſa vndique hoſtibus circuncincta continentiam habet frequentius: & ferè ſemper ea opus eſt, quæ ad arcem & ad mœnia ciuitatum vacet: rara autem (ſicuti pax) temperantia, & rarior heroica. Sic igitur cōtinentia agoniſat; ipſaq́ hoſtem vincendo quodammodo ſemetipſam necat.

Gradus virtutum in diuerſis hominum ſtatibus qualiter ſe habeāt.

PRIMVM NOTABILE.

SVnt æquiuoca illa tria nomina, prout in moralibus reliqua. Turbat enim loquentes diuerſorum ſanctorum & doctorum doctrinis imbutos multa nominum æquiuocatio, qua vnus vna ſignificantia loquens, alter altera, mox ſolis verbis diſcordes facti longas protrahunt diſceptationes contradictorias tempus inaniter conterentes: doctor doctorem carpit, aut damnat: autorum opiniones eſſe diuerſas prædicat, vbi nullus prorſus eſt contradictionis locus, ſed ſola æquiuoci diſtinctione opus, qua autores ad concordiam reduces. Ad propoſitum igitur dicamus multipliciter illa vocabula capi. Quandoquē temperantia eſt ſpecialis virtutis nomen. ſ. paſsionum, guſtus, & tactus moderatricis: pariter continentia circa paſsiones venereas verſatur. Nōnunquam autem illorum nominum vtrunq; pro quodā virtutis gradu ſumitur, prout ſuprà fuit diffinitum. Pariter de heroico: nam quandoque quæcunque hominſe excellentia communem hominum facultatem tranſcendens appellatur heroica: & hoc modo tam difficultas virtutis, quàm eiuſdem facilitas communem hominum fa-

Aequiuocatio nominū moralium loquentes turbat.

Heroicū qd.

cultatem tranſcendens diceretur heroica, qualiter quidā virtutem appellarunt heroicam(longo virtutum exercitio ſic refrenatis paſsionibus)quòd earum ſedatio ſupra communem hominum exiſtit facultatem: veruntamen reſtringi ſolet nomen(& ſic nunc loquemur)ad virtutem quæ ob difficultatem tranſcendit communem hominum facultatem:diſtingue igitur nomen quando ſe offeret diſcordia.Iuno enim gentilium dea dicta eſt hera: & quidam eius filius herus:hæc nuncupatur terra:herus terræ dominus,hera terra domina vxor heri: heritudo, vel herilitas dominium:herilis habens dominium:heros herois vir potens,perfectus,ſapiens:herois heroidis fœmina talis:in plurali autem heroes,heroides: heroia eſt heroum,vel heroidum magnitudo:à qua quidem heroica magnitudine atque excellentia quid heroicum appellatur.

Herus Iunonis filius,à quo heros: ſunt tamen qui aliunde deduci vocē hanc putēt.

¶Secundum notabile.non ideo dicti ſunt virtutum gradus,quoniam non ad ſpecies determinatas pertineant: ſed quia in diuerſis virtutum generibus reperiuntur illorum modorum actus.Exempli gratia:circa temperantiæ guſtus,vel tactus materiam contingit ſedatas eſſe paſsiones nullo modo,aut non notabiliter inſurgētes:ſic enim virtutis actus ſiue ſobrietatis in cibo,vel potu,ſiue caſtitatis virginalis,aut coniugalis fuerit,dicitur in gradu temperantiæ conſtitutus:pariter circa fortitudinis materiam: contingit timoris & audaciæ paſsiones eſſe ſedatas,non vehementer inſurgentes,& ſic actus,ſic belli,aut martyrij, aut alterius ſpeciei fortitudinis ipſe in temperantiæ gradu reponitur:ſic circa materiam iuſtitiæ(paſsionibus amoris vel odij,vel terroris,aut alijs ſolitis iuſtitiæ executionem impedire ipſis ſedatis)actus iuſtitiæ eſt in gradu temperantiæ poſitus:in illis autem eiſdem virtutum generibus(vehementibus exiſtentibus paſsionibus impedire nitentibus)actus dicuntur in gradu continentiæ exiſtere:actus verò in eiſdem materijs difficultatem habentes, quæ communem hominum tranſcendit facultatem,ſunt in gradu heroico collocati:patet igitur,iſtorum graduum actus peſſe prænominatorum generum fortitudinis tem-

Gradus virtutum cur ſic appellentur.

perantiæ,iuſtitiæ,& ſpecierum eorundem.

¶Tertium notabile. Dupliciter poteſt accidere triũ il lorum graduum ratio, atquẽ habitudo: vno modo ex perſonæ conditione:alio modo ex conditione obiecti ex conditiõe quidem perſonæ, cuius remiſſæ ſint paſsio nes,aut vehementes,aut communem hominum faculta tem tranſcendentes:ex conditione verò obiecti in ſe dif ficultatem remiſſam,aut vehementem, aut quæ eſt ſupra communem hominũ facultatem continentis. Exemplũ primi:naſcuntur aliqui non ad libidinem prouocati: qui dam vehemementer paſsionibus infeſtati infra commu nem hominum facultatem,aliqui autem ſupra commu nem hominum facultatem. Exemplum ſecundi: mortis tolerantia ſua conditione eſt ſupra communem hominũ facultatem:aliqua autem eſt corporis læſio vehemens in fra communem hominum facultatem,aliqua autem mo dica. Sequitur idem opus comparatione ad diuerſos eſſe vni in gradu continentiæ ex modica difficultate: alteri in temperantiæ gradu ex vehementi paſsionum pugna: altera autem in gradu heroico: accidit itaque leue ieiu nium ipſi gaſtrimargo:aut tenuem laborem ipſi debili tato eſſe quid heroicum,non autem alteri.Dicitur enim opus communem hominum tranſcendere facultatẽ,quia præ difficultate communiter homines ſic diſpoſiti id nõ ferrent:ita quòd rarus eſſet ſic diſpoſitus qui illud opera tetur:vir igitur heroicus,rara auis.

Graduum virtutum ratio multipliciter accipi poteſt.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Poteſt(inuariato actu atque habitu)fieri de gradu in gradum aſcenſus,atq; poteſt aſcenſum deſcenſus: patet: poteſt(inuariato voluntatis actu)paſsio, vel difficultas præaucta minui:& poſt minutionem atquẽ ſedationem iterum reſurgere.

Gradus virtutis in gradum permutatio.

¶Secunda concluſio. Poteſt quis inuitus gradum conti nentiæ perdere,aut inuitus acquirere:patet,poteſt eo in uito perire,aut reſurgere paſsionis,aut difficultatis vehe mentia,qua(eo inuito)pereunte:deſinit eſſe continẽtia, & reſurgente incipit eſſe continentia.

Gradum virtutis poteſt quis inuitus perdere.

¶Tertia concluſio.Continentia ſemetipſam vt talem no

cat: patet, ipſa ſedando paſsionum vehementiam deſinit eſſe continentia, quamuis non per hoc deſinat eſſe, idem enim actus, vel habitus renanere poterit deſinens nominari continentia.

Perſeuerantia an ſit virtutis gradus.

Perſeuerantiæ nomen æquiuocum.

¶ Primum dubium. An ſit idem oppoſitiõis genus triũ graduum virtutis ad tres vitij gradus. Reſpondendum negatiuè, quoniam virtus heroica ad beſtialitatem non ſe habet, vt virtus ad ſuum extremum: ſed vt excellentia vnius generis ad alterius generis excellentiam: ipſa enim eſt virtutis excellentia, beſtialitas autem vitij. Eſt itaquè ſpeciei humanæ naturaliter ad certos cibos, ludos, coit⁹, & alia huiuſmodi determinatus vſus: quare contra quĩ communem ho minum legem, ad naturam, cibum, ludũ, coitum, & huiuſmodi deſcendit, beſtialis appellatur.

¶ Secundum dubium. An perſeuerantia ſit virtutis gradus? Reſpondendum eſt nomen eſſe æquiuocum, quandoque enim reſtringitur ad virtutis continuationem contra vehementes paſsiones deſiſtere impellentes: & ſic eſt ſpecies continentiæ gradus. Alio modo generalius, ſic eſt commune virtutis nomen continuatę quandiu recta ratio dictat: aut propoſiti continuandi quandiu dictat ratio: hanc adijcio diſiunctionem, quoniam quædam eſt extrinſecè perſeuerantia, quædam intrinſecè: actus enim pro obiecto huiuſmodi continuationem quandiu recta ratio dicta t habens, eſt intrinſecè perſeuerantia: ipſe autẽ actus quandiu recta ratio dictat continuatus, non tamẽ pro obiecto cõtinuationẽ habẽs eſt extrinſecè pſeuerãtia.

Gradus tres virtutũ ſuam ſedem in voluntatè habẽt.

IN voluntate ſuam tenent ſedem tres illi virtutum gradus, quorũ cuique impertinens eſt in appetitu ſenſitiuo correſpondens habitus. Impertinens pariter is pſius habitus liberi arbitrij intenſio, vel remiſsio: nam & prorſus inuariatis liberi arbitrij actu atque habitu, eoquè inuito poſsibilis eſt per tres illos gradus trãſitus. Nedum animam, ſed corpus diligenter adaptet qui de loci facilìq; aſcenſũ ad tranquillum temperantiæ gradũ peruenire cupit, non irreuertibiliter enim occiduntur

paſsiones

paſſiones in hac mortali vita: quinimò vehementiores prioribus contingit reſurgere, nobiſq; inuitis temperantiæ gradum auferre.

Temperantia an in appetitu ſenſitiuo naſcatur.

PRIMVM NOTABILE.

¶Quorundam fuit opinio temperantiæ gradum eſſe in appetitu ſenſitiuo: in voluntate autem continentiam. Cõtrà, ſiue parua, ſiue vehementi exiſtente paſsione, poteſt voluntas actum elicere: nec actus habitum producere impedit in voluntate: igitur vtriuſque horum graduum eſt in libero arbitrio virtus: tum etiam idem volũtatis actus, vel habitus qui eſt continentia, erit quandoque cum paſſione forti: ipſe igitur tunc temperantiæ nomen ſortietur, & ita ſedem in voluntate habebit temperantia.

Virtus qualiter in appetitu ſenſitiuo.

¶Secundum notabile, nonnullorum eſt opinio, quam ſequitur Buridanus: quòd in agoniſantem contra appetitum ſenſitiuum rebellante fit mutua actuum correſpondentia: ſic quòd appetitus ſenſitiuus in illecebram tendens immittet voluntati motum ſimilem: voluntas pariter illecebram refugiens ſenſui motum quendam immittit illecebræ refugitiuum: ſic igitur in voluntate duo ſunt illius illecebræ motus: vnus proſecutiuus ex ſenſualibus refugitiuus ex ſe: pariter in ſenſu duo motus, vnus ex ſe proſecutiuus illecebræ, alius à voluntate refugitiuus eiuſdem, nec ſunt contrarij: videtur mihi iſtud fictitium nullo ſufficienti motiuo fulcitum, & veritati diſſonum, primò non producitur in appetitu ſenſitiuo fuga abſq; obiecti diſconuenientis ſenſatione: & nulla eſt tunc ex hypotheſi, aliàs ſimul eſſent eiuſdem obiecti ſenſatio tanquam cõuenientis, & ſenſatio tanquam diſconuenientis: tum etiã voluntas nullam immittit ſenſui ſenſationem, igitur nec appetitionem. Prætereà ſimul eſſent eiuſdem dolor & delectatio in ſenſu ex illis actibus proſecutionis & fugæ geniti. Item docet experientia, voluntatem non poſſe ad nutum facere ſenſum obiectum ei doloroſum proſequi, & refugere ei delectabile. Amplius: voluntas non niſi per modum imperij extra ſe agit: ſed ſtat agoniſantis voluntatem continentem minimè ſenſui imperare: igitur nunc nec huiuſmodi fiet reciprocatio; vnde eſſe fictitium illis

Paſsionum pacandarum modus. rationibus concludo.

Agens dupliciter impediatur agere. ¶ Tertium notabile, non modicum fuit viris doctis dubium de modo pacationis paſsionum per virtutum exercitium. Pro cuius intelligentia venit præmittendū agens dupliciter impediri agere: vno modo per realem qua agebat corruptionem: alio modo per productionem formæ actionem illius impedientis: ſic igitur cum aliquis pacata ſenſualitate ad gradum tranſit temperantiæ: non abſq; dubio eſt, an id fiat per alicuius formæ appetitus ſenſitiui corruptionem, an per nouæ formæ in eo productionem: vnum enim horum dicendum videtur: nam prorſus inuariato appetitu ſenſitiuo non reſtabit cur non oriatur, vt prius, inſultus atque paſsionis vehemētia. Ad hoc fuerunt opiniones, quibuſdam aſſerentibus per actuum voluntatis ſenſui contrapugnantis exercitium per quos in voluntate producuntur habitus: comproduci pariter habitus in ſenſu illis proportionatos: quibus ſenſus impeditus redditur tranquillus. Alijs id fieri opinantibus non per habitum ſenſui derelictum, ſed per ſolum voluntatis habitum aſſiſtentem, quo potentior redditur voluntas ad impediendum ne inſurgat paſsio, aut ne vehementer. Harum opinionum neutra ſatisfacit. Contra primam quidem, quoniam inanis eſt ipſius habitus actio, id eſt, nullius potentiæ actus habitum extra eam producit: ſic igitur nullus voluntatis actus habitum producit in ſenſu, tum etiam nullus liberi arbitrij actus actum producit in ſenſu illic productiuum habitus: nam quicunq; actus ipſius ſenſus ab obiecto, vel ſpecie, aut cognitione eiuſdem ſenſus cauſatur: nequit enim voluntas aliquid refugiens facere ſuo imperio ſenſum id idem pariter refugere quod prius ipſe proſequebatur: quomodo igitur in ſenſu aliquid proſequente cauſaretur tunc habitus refugitiuus eius quod voluntas refugit. Præterea habitus ſic in ſenſu genitus non ſufficeret huiuſmodi tranquillam efficere policiam cum non ſine actu agat, nec actum abſq; ſuæ potentiæ concurſu habeat. Contrà pariter opinionē ſecundam, in ſolo libero arbitrio (etiam cum intellectu) facta mutatione per habituum generationem non impe-

diretur paſsionũ vehemens inſultus,tum primò: ſenſus eſt agens naturale: & omnia ad agendum forent ei ęquè vt prius applicata,tum etiam habitus nõ agit ſine actu: igitur non eliciens actum voluntas, non obſtantibus quibuſcunque habitibus,æquales & æquè fortes paſsionum pateretur inſultus. Sint reſponſiuæ concluſiones.

PRIMA CONCLVSIO.

Habitus nõ agit ſine actu.

¶Non cuilibet habitui liberi arbitrij reſpondere poteſt habitus ſimilis in ſenſu: probo: circa obiecta inſenſibilia poteſt liberum arbitrium habere actus: & ex his habitus quibus ſimiles in ſenſu reperire impoſsibile eſt,cum illorum obiectorum minimè capax ſit ſenſus.

Habitui cuilibet voluntatis an reſpondeat in ſenſu habitus.

¶Secunda concluſio. Circa obiecta ſenſibilia ex liberi arbitrij actibus producto habitu in eo: impertinens eſt habitum in ſenſu generari: oſtendo: nec eſt repugnans, nec neceſſariò concomitans: non enim à liberi arbitrij actu producitur in ſenſu actus,vel habitus immutatiuus ſcilicet cognitiuus vel appetitiuus: ſed omnis huiuſmodi actus ipſius ſenſus ab obiecto,vel ſpecie, vel ſenſatione cauſatur: & ita quicũq; actus in libero arbitrio elicit,aut igitur tunc ſenſui eſt cauſa applicata cum conformiter immutans: ſic in eo cauſabitur actus actui liberi arbitrij conformis,& ex illo actu habitus,ſi autem ſenſui applicata ſit cauſa difformiter ad liberum arbitrium immutatiua actũ producit actui liberi arbitrij difformẽ,& ex eo habitus naſcetur: ſi verò nulla ſit ſenſui applicata ſufficiens ad actum cauſa,non producetur in eo actus,vel habitus & ſi in voluntate cauſantur.

¶Tertia concluſio. Contingit indirectè actione liberi arbitrij ſenſum quò ad actum,vel habitum immutari: patet eius imperio præcipuè per motum localem poteſt obiectorum & cauſarum ſenſum immutantium fieri applicatio per quam obiectorum ſenſitiua apprehenſio: ex quo proſecutio,vel fuga ex qua habitus.

¶Quarta concluſio: potiſsima inclinationum appetitus ſenſitiui diuerſitas,eſt ex parte realis diſpoſitionis corporis in horum trium videlicet membrorũ,humorũ, & ſpirituum qualitate & quãtitate: patet,quidam ad vitia pe-

Appetitus ſenſitiui diuerſitas inclinationum.

tulantiores,quidam pacatiores naſcuntur,& non per ha bitus animabus congenitos,cùm ſint tanquam tabulæ raſæ,igitur ex parte corporis id accidit.Primò quidem penes qualitatem quandoq; occultam è cœlo aut aliunde contractam,nonnunquam manifeſtam,qualis eſt ſangui nea cholerica &c.complexio:ex qua diuerſa ad paſsiões naſcatur pronitas.Secundò penes quantitatem,figuram, aut ſitum,vnde cordis paruitas aut magnitudo,atq; figu ra & ſituatio ad varios conducunt mores, paſsiõeſq; ex citãt diſcolores:hinc natiua conditione dari aliquem cõ tingit, quem minus infeſtant paſsiones, quàm alterum longo virtutum exercitio conſuetum.

¶Quinta concluſio,Animam in hoc curare cupiens pri mũ corpus curet,ipſum primis qualitatibus & reliquis diligenter ſpoliet:pariter obiecta ſenſibilia à ſenſibus,vel ſenſus ab obiectis paſsiones cõcitare potentibus diuer tat,liberunq; arbitrium ad virtutum exercitium conuer tat. Hac trium dierum via fiet ad gradum dignitatis tẽ perantiæ tranſitus. Prima quidem,videns contra ſaty riaſim(quæ eſt inſatiabilis venereorũ appetitus) contra amorem heroos,contra boliſmum appetitumq; caninũ, aut vaccinum(quos corporis morbos eſſe conſtat) me dici naturalia exhibent remedia corpus permutantia:& ſic paſsiones abſq; habituum poſitione ſedantia: ſine quorũ etiã generatione confert aſſuefactio ſecundũ quã vis corporis regitiua operatur.In eo enim qui paucum cibum,aut multum,vel certis horis ſumere eſt ſolitus,vis corporis regitiua ordinatiua agit iuxta conſuetam men ſuram,vel determinatis temporibus ſumptam:nam ad hoc aptantur corporis organa,moderantur virtutes acti uæ,fiunt meatus ſtrictiores,aut ampliores,vires plus vel minus attractiuæ,aut aliter agentes,ſic in venereis (ſine etiã habitus noui acquiſitione)ex lactationis enim omiſ ſione(natura materiam diuertente,ſiccantur vbera, ex eiuſdem autem frequentia conſeruatur lactei fontis flu xus, ſic in vaſis generationis ad venerem ſtimulans hu mor.

¶Sexta concluſio. Cum virtutis habitu in hac mortali

vita quantuncunq; perfecto,& quantuncunq; lõga aſſuefactione conſummato, ſtat vehementiorem eſſe paſsionum inſultum,quàm cum certo habitu remiſſo atq; imperfecto,& recenter inchoato:patet,quantuncunq; ſeda tis paſsionibus atq; quietis:& quantocunq; virtutis habitu longa conſuetudine acquiſito poteſt per naturales cauſas corpus alterationibus magnam paſsionum vehementiam prouocantibus alterari,vt optimè nouit philoſophiæ gnarus.

Paſsiones qualiter virtutum exercitio attenuētur aut extinguantur

❡Septima concluſio.& ſi ſenſualitatis habitus patrocinium aliquod ferre valeat,nihilominus virtutum exercitio pacātur tandem paſsiones per realem corporis tranſmutationem, & per voluntatis atq; intellectus habitum paſsiones vincere coadiuuantem potius,quàm per habitum in ſenſitiuo appetitu derelictum:patet ex dictis,libero enim arbitrio habituato minus graue eſt minuſq; tędioſum eas vincere, & comparatione ad habitus magnitudinem minores cenſentur.

Appetitus ſenſitiuus an plenè ſit rationi reconciliabilis.

❡Primum dubium.an rationi(quæ ſemper deprecatur ad optima)ſit plenè reconciliabilis appetitus ſenſitiuus qui ei aduerſatur. Reſpondeo ſic:non naturę dono, ſed ſupernaturali beneficio.Primam partem oſtendo:natura vno modo agit,& indeficienter appetitus ſenſitiuus ſibi derelictus ſuum proſequitur commodum: quod ſæpius à ratione deuiat:& ſi quandoq; ei conformetur.Secunda pars in nõnullis priuilegiatis perſonis innotuit:tũ etiã obediunt primo mouenti ſecundæ cauſæ,quę nec agunt non,eo coagēte:poteſt autem prima cauſa appetitui ſenſitiuo non coagere ad inclinationem, vel operationem rationi contrariam:igitur &c.Dico enim poſſe dupliciter huiuſmodi fieri reconciliationem ſupernaturalem. Vno modo ſine dono poſitiuo ipſi naturæ ſuperaddito. Alio modo per poſitiuum donum naturæ ſuperaduenienſ:quale in primis parentibus erat originalis iuſtitia.

Dupliciter fit reconciatio ſupernaturalis,

❡Secundum dubium.an poſsit in hac mortali vita totaliter extingui gaſtrimargia atq; ſatyriaſis:illa guſtabiliũ, iſta venereorum:illa ſcilicet concupiſcentia gulæ,iſta libidinis ardor. Reſpondet conformiter ad Caſsiodorum

Gaſtrimargis atque ſa-

tyriaſis an in hac vita ex tingui poſ ſint.

Martinus magiſtri.q.ij.de caſtitate(inquiens)& ſi à gaſtrimargię ſtimulis omnino liberari non poſſumus,ardor tamen libidinis poteſt in nobis totaliter extingui. Primā partem oſtendit,quoniam quandiu durat in nobis effectus cibi & potus, tandiu durat ſtimulus gaſtrimargię: ſed ſemper in nobis durat effectus cibi & potus:ergo & ſtimulus gaſtrimargiæ. Tum etiam quantuncunq; nos diuinis meditationibus intendamus:neceſſe tamen eſt vt ad alendum corpus ipſa naturæ neceſsitate redeamus. Secundam partem pariter rationibus Caſsiodori probat:deſiderium pecuniarum & honorum poteſt totaliter de cordibus euelli:igitur & ardor fornicationis. Tum etiam fornicatio excludit à regno dei:igitur poteſt eius ardor à nobis extingui. Hæc reſponſio non vbiq; ſui vera eſt,nec efficaciter intentum probat,nec ſufficienter diſcrimen euacuat,vt ſequentes propoſitiones elucidabūt.

Eſus & coitus ad quid ordinentur.

PRIMA PROPOSITIO.

¶Vtraq; pro hac mortali vita poteſt ad tempus quò ad actum extingui:oſtendo,morbo vel corporis maleficio poteſt vtriuſq; contrahi horror:in quibuſdam enim morbis eſt omnis cibus,vel potus in nauſeam & tædium:nōnullis pariter caſtratis & ſortilegio,aut naturali maleficio impeditis ſunt in abhominationem venerea,quinimò ad hæc omnia ſunt naturalia antidota. Secunda propoſitio in natura non maleficiata facilius quò ad actum reprimitur,vel extinguitur ſatyriaſis,quàm gaſtrimargia:patet prouidior eſt natura ſibi,quàm alijs:eſus enim ordinatur ad indiuidui conſeruationem: coitus autem ad ſpeciei continuationem per generationem indiuiduorum ſimilium:igitur &c. tum etiam non ſimpliciter neceſſaria ad longam vitam,eſt ſuperflua vltimæ digeſtiōis euacuatio; eſt autem neceſſaria per cibum reſtauratio: igitur.

Gradus virtutum in infinitum ſubdiuidi poſſunt.

Qvemadmodum in infinitum partibilis eſt tota difficultatis latitudo, ſic in infinitū vitutum atq; vitiorum gradus ſubdiuidi poſſunt, Inter enim nō gradū difficultatis & mediū interme

diũ, & ſummũ infiniti ſunt intermedij arduitatis gradus, quos cognitos volũtas pro ſuorum actuũ obiectis aſſumere valet, aut pariter cũ ſuis actibus adiacentes relinquere. Hinc de graduum virtutum ſpecifica differentia ſuperuacaneè quidam certantes diſcordant: quibuſdam affirmatiuè, alijs negatiuè opinantibus. Dico igitur cuiuslibet trium illorũ graduum duæ ſunt ſpecies; vna intrinſecè talis, altera extrinſecè. Intrinſecè quidem pro obiecto habens difficultatis mẽſuram, & huiuſmodi gradus ſpecie differunt. Extrinſecè verò eam non pro obiecto, ſed adiacentem habens, & huius ſpeciei actum eũdem per tres illos gradus tranſire abſq; ſuæ eſſentiæ mutatione erit perſpicuum rem conſideranti. Circa enim eandem materiam tres illi gradus ſimul ſtant in habitu, & circa diuerſas in actu.

PRIMVM NOTABILE.

Actus eſt duplicíter alicuius virtutis, videlicet intrinſecè, & extrinſecè.

¶Intenſum, vel remiſſum ſeu magis aut minus actuum ſpeciem variant: quorum ſunt obiecta: patet, obiectorũ totalium faciunt alietatem. Exempli gratia: parui honoris & magni honoris eiuſdem ſpeciei volitiones, paruitatem & magnitudinem pro obiectis habentes, ſpecie eſſentiali diſtinguũtur: ſic & volitiones quæ in paſsiões modicam & vehementem ſub illis rationibus feruntur: pariter vehementem paſsionem, & paſsionem vehementiorem obiectiuè habentes: quinimò quantuſcunq; ſit obiectorum eiuſdem ſpeciei exceſſus (modò pro obiecto habeatur) arguit ſpecificam actuum differentiam: nã totalium obiectorum alietatem conſtituit.

¶Secundum notabile. quemadmodum dupliciter act' eſt alicuius virtutis; videlicet intrinſecè, & extrinſecè: ſic habitus ex tali vel tali actu genitus.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Contingit (exiſtente vehementi paſsione) habitum

non eam pro obiecto habere:& contra accidit (non exiſtente vehemēti paſsione)habitum eam habere pro obiecto:patet,contingit habitum fuiſſe ante paſsionem genitum;pariter contingit eum ſine paſsione nunc exiſtentem fuiſſe paſsionis vehementis tempore genitum ex actu eam pro obiectó habente.

¶ Secunda concluſio. Contingit (exiſtente vehementi paſsione)actū eam pro obiecto nō habere:& contrà (nō exiſtente vehementi paſsione)actum paſsionem vehementem pro obiecto inuoluere:oſtendo,quando paſsio adeſt,non neceſsitatur voluntas eliciens actum eam pro obiecto aſſumere:quando autem deeſt,non impeditur eam pro obiecto recipere,cùm in rem abſentem ferri valeat.Sic actuū cōtinētię quidā tamē eſt intrinſecè talis,quidam extrinſecè:tamen quidam autem intrinſecè & extrinſecè:ſcilicet paſsionem vnam vehementem pro obiecto habens,& paſsionem alteram adiacentem.

Habitum pariter & dictū eundem contingit eſſe diuerſorū graduū virtutis.

¶ Primum dubium.an contingat eundem habitum ſimul eſſe continentiæ & temperantiæ.Reſpondeo ſic ad denominationē habitus ſufficiat aptitudo:qui ēm cū vehementi paſsione genitus eſt,remanens abſq; ea natus eſt iterum eſſe atq; inclinare forti occurrente paſsione: & ita aptitudine eſt continentiæ, & temperantiæ actu autem ſtatim dicam.

Eundē actū ſimul continentiæ & tēperantiæ an contingat eſſe.

¶ Secundum dubium.an eundem actum ſimul continētiæ & temperantiæ eſſe contingat?Reſpōdeo ſic.Et multipliciter.Primò ſcilicet vnius intrinſecè,& alterius extrinſecè:actus enim cum vehementi paſsione præelicitus: eā pro obiecto habens:& deinde ſine ea continuatus eſt in hac continuatione intrinſecè in gradu continentiæcōſtitutus extrinſecè in temperantiæ gradu.Alio autem modo poteſt idem actus eſſe medij & finis: ad cuius vnum ſit vehemens paſsio retrahens,& non ad alterum: hic inquàm actus eſt duorū graduū:videlicet continentiæ reſpectu vnius, & tēperātiæ reſpectu alterius, idē de actu obiectiuè copulato duorum obiectorum,& non medij & finis habitudine.

TRibus illis virtutum gradibus bifariam accidit comparationem videlicet penes actuum bonitatem, & ſtatuum pulchritudinem; cæteris enim paribus, vbi maior pugna, glorioſior victoria precioſiorque corona, quare eorum ſupereminet in bonitate heroicus: poſt quem continentia, poſt quem temperantia: ſtatus autem pulchritudine temperantiæ gradus gradum continentiæ præcellit. Hunc pariter ordinem immutare poſſet aliunde imparitas (etiam obiecto & reliquis præter perſonæ conditionẽ inuariatis: ex qua multifariam operandi difficultas, aut facilitas oriri poteſt. Ex culpa quidem difficultas: aut ex virtute facilitas: aut vtraq; ex natura poteſt contingere. Et amplius ex culpa ad aliquam culpam difficultatem, & ad aliquam virtutem, facilitatem, pariter ex virtute ad aliquam virtutem difficultatem: & aliquod vitium facilitatem naſci poſſe crediderim, tam per corporis tranſmutationem, quàm per aliquorum habituum de ſe indifferentium, aut ad certam aliam ſpeciem appropinquantium generationem. Difficultas boni ex natura contracta bonum auget, & minuit malum contrarium: boni autem facilitas per oppoſitum decreſcere facit bonum, & malum adauget contrarium. Difficultate boni per culpam contracta (quorundam opinione) non creſcit bonum, nec malum minuitur ei contrarium: facilitate autem boni per culpam contracta decreſcit bonum, & augetur malum contrarium. Difficultas boni ex virtute contracta bonum creſcere, & malum decreſcere facit: facilitas autem boni per virtutem contracta non attenuat bonum, augmentat autem contrarium malũ. Hanc igitur diſparitatem circa graduum virtutum, aut vitiorum comparationem aduertere debet rectus index.

Difficultas aut facilitas operis multiplicitcr accidere poteſt, qualiterve augeat vel minuat bonum vel malum.

PRIMVM NOTABILE.

Habitus permutabiles de bono in malum.

¶Prout permutabiles ſunt nonnulli actus, ſic & habitus de bono in malum, & cõtrà: non enim omnis actus vno tẽpore bonus eſt pro ſemper bonus, ſic nec habitus & id propter circunſtantiarum varietatem: ſic enim habitus qui aliquando ex virtutum actibus generabitur ad actus inclinabit pro nunc pernicioſos: & per conſequẽs habitus qui ad bonum facilitabat oberit bono, ad ipſum què difficultabit. Exempli gratia, in vxorato, aut pluries in die comedente cum actibus bonis plenè circunſtantionatis ſunt ipſius materiæ carnalis, aut pluralitatis refectionum actus generici, ex quibus habitus naſcuntur qui diebus quibus continendum eſt, vel abſtinendum manentes ad actus facilitant genericos, qui tunc eliciti peccata forent, & ſic ad bonum difficultant: quinimò præter hos habitus tempore bonitatis actuum genitos tranſmutabatur corpus, cuius diſpoſitio tempore malitiæ actuum perdurans ad actus pronificat malos: & difficultat ad bonos contrarios: hinc fit perſpicuum ex virtute poſſe difficultatem ad bonum propagari, & facilitatem ad malũ: & ita ex vitio facilitatem ad bonum, & ad malum difficultatem tam habituum genericorum, ꝙ corporalium tranſmutationum actione, contingit enim ex crapula, vel coitu exuperante vires lædi naturales, atque diſcraſiari vſq; ad appetitus illorum extinctionem, qua facilis erit continentia, faciliſq; abſtinentia.

Virtus nonnunquã diſpoſitionem ad vitium inducit & contrà.

Difficultas ex appetitu ſenſitiuo aut ex culpa q̃d operetur.

¶Secundum notabile, eſt quorundam (quam ſequitur Buridanus) opinio aſſerentium difficultatem ex inobedientia appetitus ſenſitiui, aut ex debilitate rationis, aut voluntatis prouenientem attenuare meritum. Non eſt huius apparentia cũm nulla militet ratio, cur difficultas ex obiecto proueniens potius, quàm illa meritum adaugeat, nec eloquij ſacri, aut alterius ſufficienti autoritate id habeatur. Eſt pariter opinio vna difficultatem ex culpa ortam ponens non adijcere meritũ cui cõtraria eſt aliorũ ſententia, quam ſequens Altiſsiodorenſis tenet ex difficultate etiam per culpam contracta bonitatem atq; meritum accreſcere, ita quòd agens contra vitiorum habitum

ex malis actibus genericum plus meretur:id ſuaderi poſſet,aliter ex fomite difficultas nullius operis augeret bonitatem cũ ex culpa contractus ſit fomes. Reſpondetur non ex culpa perſonali contrahi. Non plenè ſatisfacit hęc reſponſio,quoniam utramq; potuiſſet deus acceptandam ſtatuere:& quis quæſo nouit an iſtam potius,quàm illam? Tum etiam huiuſmodi difficultas ex culpa proueniens opus efficere poteſt heroicum: nam contingit eam communem hominum tranſcendere facultatem.Præterea poſt pœnitentiam dominus non recordatur iniquitatum,quas quis operatus eſt,ſcilicet ei imputando. igitur huiuſmodi difficultas per cõdignam diſplicentiam emendata,tanquam non ex reatu orta reputabitur. Quotieſcũq; ingemuerit peccator, nõ recordaẗ dominus iiquitatum quas operatus eſt.

PRIMA CONCLVSIO.

Quantum ad ſtatus pulchritudinem, & maiorem eius ſecuritatem: ipſe temperantiæ gradus gradui continẽtiæ præſtat: quantum autem ad actum,ipſius ſtatus bonitatem atq; meritum econuerſò cæteris alijs paribus.Primã partem oſtendo:ſtatus temperantiæ eſt aureo innocentiæ ſtatui,atq; ſtatui beatifico propinquior:eſtq; à periculo lædi remotior propter hoſtium, uidelicet paſſionum tũc ſedatarum abſentiam:qua quietior atq; tranquillior redditur temperantiæ ſtatus:& diuinorum contemplationi aptior.Secundam autem partem probo :difficultas operis ſaltem non ex culpa proueniens, bonitatem actus auget atq; meritum:& dixi cæteris alijs paribus,præter graduum differentiam, uidelicet utraq; conditio gradus ſit ex natura, aut utraq; ex dæmõe, aut utraq; ex alio ſimili. Et cum obijcis continenti a gradus inſultus paſſionum admittit: temperantia autem gradus eos ſeparauit atq; extinxit non admittens ſedes, quas illa admittit. Tum etiam meliori uirtuti peius uitium opponitur: ſed (teſte Ariſtotele) intemperantia deterior eſt quàm incontinentia.Igitur temperantia melior ea.Reſpondeo,ad primum dico huiuſmodi ſordes, ſiue infirmitates non minuunt meritum actus:quinimò augent. Virtus enim in infirmitate perficitur. Ad ſecundum:dico aſſumptum non uniuerſaliter uerum;inimici enim dilectio amici dilectione Virtus in infirmitate perficitur.

cæteris alijs paribus,eſt melior,non tamen odium inimici peius eſt amici odio.

Secunda concluſio . Diſparitas aliunde uidelicet præter graduum formalem differentiam proueniens reddere poteſt graduum genera in ſuis actibus, vt excedens & exceſſum,aut æqualia:patet, quantum vni gradui ex parte vnius conditionis honitatem adaugentis additur, tantum vel plus,vel æquale alteri gradus addi poteſt ex parte alterius conditionis actum meliorantis: quantū enim vni actui addit difficultas:tantum vel plus,vel æqualiter alteri ſine difficultate addere poteſt gradualis intenſio.aut aliqua obedientiæ,aut finis,aut alterius circunſtantiæ bonitatem in eadem ſpecie augmentantis. Iu diuerſis autem ſpeciebus non eſt dubitandum. Exemplum primi.duorum actuum eiuſdem ſpeciei qui circunſtantiarum adiacentium habent diſparitatem,vnus ſine paſſione, vel cum modica exiſtens valde intenſus poteſt alio valde remiſſo, cū uehementi paſſione eſſe melior,vbi ſcilicet plus excedit intenſio intenſionē,quàm difficultas difficultatem :& ita in reliquis facilè exemplificabis.Exemplum ſecundi,dei dilectio ſine retrahente paſſione melior eſt dilectione proximi cum paſſione retrahere nitente.

¶Primum dubium.an quicunq; actus heroicus quocunque actu non heroico ſit melior?Dicendum negatiuè:vbi eſt obiectorum diſparitas:aut aliud adiacens tantum, vel plus adiacēs quantū difficultas,heroica enim inimici dilectio in ſe ſumpta non eſt melior dei dilectione: dico in ſe ſumpta : ſecus de aggregato ex eo & dilectione dei propter quem inimicus diligitur: aut de actu tertio amborū. In his enim operibus in finem relatis tria ſunt:videlicet ipſius finis actus ſimplex ,& actus ſimplex medij ; & actus amborum tertius:ſimplex enim martyrij volitio etiam in deum relata(quanuis ſit heroica)nō eſt dilectione dei melior.Dices fortè talem dei dilectionem eſſe heroicem ex circunſtantia,nihil eſt dictu .& conſiſtit in nomine:.ſic enim quilibet voluntaris actus, imò quælibet virtutis operatio eſſet heroica: nam eſt in libera voluntatis poteſtate, noſſe à tali actu non obſtante morte deſiſtere.

¶Secundum dubium, an quis abſq; voluntatis actu, vel habitu ualeat in uirtutis gradu conſtitui? Reſpondeo pura omiſsio libera mali poteſt illorum trium graduum denominatiões habere, uidelicet heroica contra difficultatem tranſcendentem communem hominum facultatem: in gradu continentiæ contra venientem paſsionem: in gradu autem temperantiæ contra modicam ad malum allicientem: an autem ſit virtus dicenda ſuprà diſcuſsimus. Gradũ virtutis an conſtituat omiſſio.

¶Tertium dubium, An gradus acquiſitus & gradus innatus cæteris alijs paribus, æquiualeant? Reſpondeo: dupliciter accipi poteſt virtutis gradus. Vno modo, pro ipſo virtutis actu, vel habitu: cui tanta vel tanta adiacet difficultas: & ſic nullus eſt communiter innatus gradus: nam creatur communiter anima, tanquã tabula raſa, excludo priuilegium quod aliquibus animabus facere poteſt earum creator deus. Alio modo accipi poteſt gradus pro diſpoſitione à qua ipſe actus vel habitus ſuam gradualem accipit denominationem: quę eſt quædam pronitas, vel tarditas ad bonum vel malum, (quæ virtus naturalis, aut vitium naturale appellari ſolet) iuxta quam dicuntur bene vel malè nati: quidam in gradu temperantiæ, quidam in continentiæ gradu: id eſt paſsionati. Inter enim gradum innatum & gradum acquiſitum, pariter inter eorum actus id diſcriminis eſt, nam actus in gradu temperantiæ innato, eſt minus bonus: minuſque meritorius ſimili actu in gradu temperantiæ per virtutem acquiſito: ab eo videlicet qui natus vehementer paſsionatus prudenti virtutum exercitio naturam ſubiugauit propriã, & ad gradũ temperantiæ reduxit: quoniam nõ minus nunc meretur iſte, quàm per ſimilem actum in gradu continentiæ conſtitutus merebatur. Virtutis gradus dupliciter accipi poteſt. Gradus acquiſitus & innatus. Diſcrimen inter gradũ innatum & gradum acquiſitum, & pariter inter eorum act⁹.

De uirtutum connexione.

CAP. XIII.

Connexio virtutū multiplex.

VIrtutes morales ſorores indiuiduæ connexæ ſunt inter ſe: non formaliter, ſed tribus his modis, principiatiuè, inclinatiuè & denominatiuè. Nō enim formaliter, nam cuiuſcunq; ſpeciei actum abſq; alterius ſpeciei actu voluntas elicere poteſt: videlicet aut quia non ſe offert alterius materia, aut ſe offerente ſuſpēdit voluntas liberè circa eàm actum. Primò igitur principiatiuè connectuntur: videlicet origine ſeu omnium particularium virtutum moralium communicatione: in quibuſdam generalibus principijs: ſub quibus tanquam ſub genere ſpecies continentur. Secundò inclinatiuè ſeu effectiuè: nam cuiuslibet ſpeciei virtus, ad cuiuslibet alterius actum nata eſt effectiuè coagere, cùm vnaquæque cuiuslibet alterius medium conductiuum in caſu eſſe valeat: & quælibet cuiuslibet alterius ſuffragio nata ſit indigere. Tertiò denominatiuè connectuntur: videlicet denominatiuè ſimpliciter dicta ipſius virtutem habentis: qui non quocunque virtutis actu vel habitu, ſed potiorum maiori parte denominatur (vt ita dicam) virtuoſus.

Graduum virtutis multiplicatio.

PRIMVM NOTABILE.

¶Ab aliquibus multiplicantur actuum virtutum gradus. Primus, eſt actus gratia finis honeſti elicitus. Secundus eſt cum intentione non dimittendi pro quocunq; cōtra rectam rationem etiam eminente morte, ſi recta ratio dictet. Tertius illi addit pro obiecto prudentiam: ſcilicet quia dictatum à recta ratione. Quartus iſti præcedenti adijcit finem, videlicet propter deum præciſè. Quintus huic adiungit difficultatem, quæ communem hominū facultatem tranſcendit ex natura operis, vel ex circunſtantia. Dico enim differre ſpecie illos quinq; actus, videlicet

propter totalium obiectorum alietatem.

¶Secundum notabile. multiplex poteſt fieri connexionis comparatio, videlicet connexionis virtutum moralium inter ſe: aut moralium cum prudentia, aut theologarum inter ſe, aut moralium cum theologalibus, aut moralium cum virtutibus inferiorum potentiarum. Morales quidem virtutes ſunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia. Theologicæ verò tres, ſpes, fides, & charitas: inferiorum autem potentiarum ſunt duntaxat extrinſecè prænominatis correſpondentes. Connexionis compara tio multiplex.

¶Tertium notabile. Prout ſuprà enumeraui, poteſt quadrifariam intelligi connexio, ſcilicet formaliter, principiatiuè, inclinatiuè, & denominatiuè. Formaliter quidem, id eſt, dependenter, ſic quòd nequeat vna ſine alia haberi, ſeu neceſſariò vna habita habeatur alia. Principiatiuè connecti, eſt in aliquo communi principio virtualiter contineri, prout in aliquo genere continentur ſuæ ſpecies atque indiuidua. Inclinatiuè autem connecti, eſt vnã ad alteram eſſe inclinatiuam. Denominatiuè autẽ, quòd habens vnam non perfectè ſine alia ſtudioſus denominatur. Morales virtutes quatuor, theologicæ verò tres.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Morales virtutes ſunt non formaliter, ſed principiatiuè, inclinatiuè & denominatiuè connexæ. Prima pars patet: poteſt vnius materiã menti occurrere non occurrente alterius materia, aut vtriuſque materia occurrente potens eſt liberum arbitrium circa vnius actum elicere, ſuſpendens circa alterius materiam actum. Igitur poterit vnius actus ſine alterius actu eſſe, & ita habitus ſine habitu. Secundam partem oſtendo: quædam ſunt vniuerſalia principia omnibus particularibus virtutibus communia, in quibus omnes morales virtutes, qualiter in genere ſuæ ſpecies continentur: quinimò ad cuiuslibet particularis virtutis actum occurrente materia per intellectũ oſtenſa inclinare poſſunt, cuiuſmodi ſunt hæc principia, aut habitus eis conformes, eſt rectè agendum, eſt conformiter rationi rectæ &c. Tertiam partem probo: ad cuiuſcunque virtutis moralis actum, poteſt quæcunque alia Principiatiuè connecti quid ſit. Connexio virtutum moralium qualis.

moralis virtus in aliquo caſu ſuffragari. Exempli gratia efficaciter volens ſeruare caſtitatem,cui proponitur mors, niſi fornicetur,ipſe ex caſtitatis habitu mortem æquanimiter tolerare elicit potius,quàm fornicationi conſentire, ſic caſtitas ad actum fortitudinis inclinat. Ecouuerſo autem volens efficaciter eſſe fortis,uel magnanimus iudicans nõ poſſe abſq; caſtitate,elicit ex fortitudinis habitu ipſam caſtitatis volitionem:& ita in alijs accidere poteſt. Quarta pars eſt nota:quoniam in communibus animæ accidentibus ad perfectam denominationem genericam in concreto,requiruntur illius generis omnes ſpecies potiores. Exempli gratia. quãuis ſit perfectè vidẽs ſine auditu:aut perfectè geometer ſine medicina,aut perfectè temperatus ſine fortitudine:non tamen plenè & perfectè ſentiens: aut ſciens,aut moralis.Sequitur corrolarium.dupliciter quis dicendus eſt virtutem aliquam,aut vitium ſecundũm præparationẽ animi habere.vno modo principatiue,id eſt, quòd aliquod commune habeat principium:ſub quo illa virtus aut vitium continetur, cuiuſmodi agendum eſt conformiter rationi rectæ:non agendum eſt conformiter rectæ rationi:temperatẽ viuendum eſt:non eſt viuendum temperatẽ. Alio modo inclinatiuẽ: & ſic efficaciter vnam habens virtutem habet in animi præparatione quamlibet aliam:nam occurrente caſu quo operatio illius aliam requireret: ipſa ad actum eius inclinaret:pariter vnum habens vitium, ipſe in animi præparatione quodlibet aliud habet:occurrente enim caſu quo fur furtum efficaciter volitũ non poſſet ſine homicidio explere, inclinaretur ad homicidiũ:ſic igitur haberet in præparatione animi homicidium.

Virtutẽ aut vitium habere ſecundũm animi præparationem.

¶Secunda concluſio.ipſi prudentiæ cõnexæ ſunt aliæ morales virtutes actualiter,aut virtualiter,non econuerſo.

Cõnexio aliarum virtutum moraliũ cum prudentia.

¶Prima pars ex Ariſtotele patet Ethi.2. ad virtutis actum requiritur eligentem eſſe ſcientẽ, ſaltem actualiter,aut virtualiter:& id etiam de habitu ad habitum verificatur;quoniam non eſt actus prudentiæ quin generetur habitus: & ſic non generatur virtus habitus quin etiam prudentiæ. Secundam partem oſtendo,ipſo prudentiæ actu poſito in intellectu,non neceſſitatur voluntas actum virtutis elicere;igitur

re.igitur poteſt prudētia ſine alterius virtutis moralis actu eſſe: & per conſequens habitus abſq; habitu. Forte Ariſto telem citabis 6. Ethicorum cap. 10. dicentem, impoſſibile eſt prudentem eſſe non entem bonum. Reſpondeo. capi tur illic ſtricte prudentiæ nomen pro ſapientia ſecundum ethimologiam ſapidæ ſcientiæ: & ſic conformitatem appe titus ad intellectum connotat.

¶ Tertia concluſio. quamuis theologicæ virtutes cōmuni ter ſimul à deo infundantur: non tamen ſunt formaliter cō nexæ, ſed ſeparabiles atq; ſeparatim infuſibiles. Prima pars eſt à ſanctis doctoribus credita, eas in baptiſmate infundi aſſerentibus. Secunda pars eſt ſacris autoritatibus robora ta. euacuātur in patria fides & ſpes: manet autem charitas. In via antem per mortale perditur charitas, manētibus ſpe & fide: quæ ſimiliter à ſeinuicem ſepara ri poſſunt, perdi tur enim fides infuſa per infidelitatis peccatum: ſpes per deſperationem: per quodcunque autem mortale charitas: quæ per pœnitentiam reparatur: fides per infidelitatis pur gationem: & ſpes per emendationem deſperationis.

Cōnexio vir tutū theolo gatū inter ſe

¶ Quarta cōcluſio. Inter morales theologicas virtutes nō eſt connexio: patet: ſunt à ſeinuicem ſeparabiles. Theolo gales quidem à moralibus: prout in paruulo baptiſato. Morales pariter ab illis prout in gētili uere moralibus vir tutibus ſine theologicis inſignito. fateor nō in gradu per fectionis viatorum fide illuminatorum: nam in iſtis mora lis reperitur virtus charitatem ſaltem acquiſitam præſuppo nens, ſcilicet operationem in deum actualiter dilectum re ferens: ubi eſt perfectus virtutis moralis actus, ſimul verè charitas, videlicet actus tertius operis moralis, & ipſius vl timi finis dilecti relatiuus.

Charitas, ſpes, & fides per quid per dātur in via, & per quid reſtaurentur.

Cōnexio in ter morales & theologi cas nulla.

¶ Quinta concluſio. aliarum potentiarum à voluntate vir tutes virtutibus, voluntatis ſunt connexæ: non contrà, & ita de vitijs patet: non eſt in viribus inferioribus virtus aut vitium, niſi dependenter à voluntatis virtute aut vitio. ecōuerſo autem ſic. de habituū autem generatione in viri bus ſenſitiuis: aut motiuis reſpondentibus illis quæ ſunt in voluntate, ſupra diſcuſſa eſt materia.

¶ Primum dubium. an aliqua virtus virtuti, atq; vitium vi

tio repugnet? Videtur quod non, cùm ſit connexio. In oppoſitum. Primo. paupertas euangelica, & proprietas politica ſunt virtutes, quarum vna alteri repugnat: cùm vna ſit abdicatio, alia atuem non abdicatio. pariter humilitas & magnanimitas: cùm illa ſe indignificet honoribus: iſta autem eiſdem ſe dignificat. ſic caſtitas virginalis & coniugiũ, & aliæ huiuſmodi. Secundo. cuiuslibet virtutis duo ſunt extrema vitioſa, & ſunt contrarias, cùm eorum vnum ſit in deficiendo, alterum autẽ in ſuperabundando. Ad primam dubij partem, eſt quorundam reſponſio: nullam virtutem moralem alteri virtuti repugnare: cum quælibet ſit alterius principium & cauſa efficiens. Et ad obiectiones. ad vnam quidem pro omnibus de caſtitate reſpondetur. virginitatis actus, eſt abſtinere à concubitu propter deum: hoc eſt illo modo quo deus vult illum abſtinere. actus autem caſtitatis coniugalis, eſt velle vti actu matrimoniali eo modo quo deus vult eum vti illi autẽ actus non repugnant: nam ſi habens voluntatem abſtinendi à concubitu eo modo quo deus vult, cognoſcat per reuelationem, vel ſcripturã, deum velle eum contrahere: atq; actui coniugali operam dare tunc velle iſtud ptopter deum manente nihilominus caſtitate virginali. ſcilicet manente velle abſtinere ab omni concubitu ſi ita deo placeret: vbi autem actus non contrariantur, multò minus habitus. Inſufficiens eſt hæc reſponſio; & vniuerſaliter intellecta falſa: nam (vt ſupra oſtedi) idem actus ſucceſſiuè de bonitate in maliciam permutari poteſt: pariter duorum actuum verè contrrariorum poteſt vnus vno tempore eſſe rationi rectæ conformis: & alter alio tempore: ſic vterq; poteſt eſſe virtutis actus: ſumantur gratia exempli iſti duo actus vèrè cõtrarij. volo mihi proprietatem: nolo mihi proprietatem, quorum vterq; fine vltimo circunſtantionetur: vnus ante votum, alter poſt votum eſt virtus. Dico igitur circa vnamquamquẽ virtutis materiã poſſe eſſe duplicẽ actũ. Quendã aliquo modo conditionatũ: & in hoc genere, circa materias ſuo modo cõtrarias & repugnantes (prout comedere carnes, nõ comedere carnes, actũ exercere venereũ: nõ exercere eũ &c.) poſſunt eſſe virtutũ act⁹ nõ repugnãtes, gratia exẽpli. volo ſi deus

Virtus an virtuti nonunquam repugnet aut vitiũ vitio.

Circa vnamquamq; virtutis materiã poteſt eſſe actus duplex.

ſi deus iubeat comedere,aut actum carnis exercere. volo ſi deus iubeat non comedere,aut non actum carnis exercere. Alij ſunt virtutum actus abſoluti:quis enim tantæ dementiæ eſt credens quemcunque virtutis actum eſſe conditionatum? Circunſtantia enim finis non eſt circunſtantia reddens actum voluntatis conditionatum, & in hoc virtutū gradu concedo (vt ſupra oſtendi) quandoq; virtutem virtuti formaliter repugnare. Ad ſecundam dubij partem eſt ſatis communis reſponſio, vitia quædam eſſe contraria, habens tamen vnum, habet ſecundùm cordis præparationem vitium illi contrarium. quia habet diſpoſitionem malam ad illud inclinantem. Exempli gratia, crapulæ deditus inclinatur vſque ad inſenſibilitatem certis diebus viuere, vt vno die crapuloſius edat. pariter tenax deſiderat acquirere: qui conſiderans poſſe per prodigalitatis actum multa acquirere, ex tenacitatis atque acquirendi deſiderio eliciet prodigalitatis actum. hoc modo enim vitioſus virtutem habet ſecundùm cordis præparationē, prout mendax, vt ſibi credatur, loquitur quandoquē ueritatem: & ambitioſus honores quoſdam quandoq; ſpernit vt maiores conſequatur.

¶Secundum dubium. circa virtutum moralium cōnexionem principiatuē: an earum vniuerſalia principia præſupponantur atque requirantur ad virtutum particularium acquiſitionem? Reſpondeo negatiuē: vt ex virtutis diffinitione patet: ſufficit rectæ rationi particulari conformitas. Fatendum eſt nihilominus quendam eſſe virtutū gradum, qui rationem rectam, tanquam inexiſtentem cauſaliter pro obiecto habet. Exempli gratia, volo hoc vel illud, quia ratio dictat: & dicit Okan, ad huiuſmodi gradum requiri vniuerſalia virtutum principia. dico tamen ea non formaliter in intellectu requiri; oſtendo. poſita particulari operſa prudentia ſine alio vniuerſali principio poteſt voluntas hunc elicere actum: volo hoc, vel illud: quia dictatum à ratione recta. Fateor tamen cauſalitatem hanc ex parte obiecti actus voluntatis virtualiter hoc vniuerſale principiū includere: omne dictatū à ratione recta eſt volendum; nam cauſalis vniuerſalem infert: ſic igitur conce-

Virtutū principia cōmunia non requirūtur ad particulares virtutes.

dendum eſt quòd qui in illo cauſalitatis gradu vnam ha
bet virtutem, omnem virtutem in præparatione animi
poſsidet, id eſt principium habet inclinatiuum: hoc au-
tem eſt aliquid ſecundùm animi præparationem habere:
habitus enim vel actus ratione huiuſmodi cauſalitatis
vniuerſalitatem includentis, natus eſt inclinare ad omne
contentum ſub huiuſmodi vniuerſalitate, videlicet ad o-
mnem actum rectæ rationi conformem oſtenſum eſſe: ta
lem per minorem ſubſumptam. Valde enim perfectus eſt
ille virtutis gradus, qui hominē cōformiter rationi rectę
agere aſſuefacit: nedū in ſua pticulari materia, ſed in alia-
rū virtutū materijs oſtēſis tāquā rectæ rōi cōformibus.

Quis ſit val de perfectus virtutis gradus.

¶ Tertium dubium. an cum illo tertio virtutum gradu
& cum recto dictamine alicuius vitij vitandi ſtet illud
vitium? Quibuſdam videtur quòd non: id ita ſuadent:
nam actu illius gradus eſt obiectum volitum, quia ratio-
ni rectæ conforme: & quandoq; aliquid eſt volitum prę
ciſè quia tale: tunc nihil ſcitū eſſe tale poteſt eſſe nolitū.
Exempli gratia: ſi diligitur fortes, quia homo, vel cathari
na, quia pulchra: impoſsibile eſt ſtante reduplicatione
quòd odiam aliquem quem ſcio eſſe hominem, vel ali-
quam ſcio eſſe pulchram: quia illa reduplicatiua iſtam in-
fert vniuerſalem, diligo omnem hominem: cum qua non
ſtat me odire aliquem, quem ſcio eſſe hominem. In illo au
tem tertio virtutum gradu volo facere opera iuſtitię, prę
ciſè quia conformia rectæ rationi, ea ſic fieri debere di-
ctāti. ergo impoſsibile eſt quòd ſciā aliquid ſic eſſe dicta,
tū à ratione: & nolim ipſum, & ſimiliter impoſſibile, me
aliquid contra dictamen rectæ rationis velle, omnis ve-
rò actus vitioſus eſt cōtra dictamē rectæ rationis: ergo
nullus talis ſtat cum virtute tertij gradus. Non mihi vide
tur vera hæc ſententia. Tum primò, illa cauſalitas non
formaliter nec euidenter talem vniuerſalitatem diſtribu-
tiuam habet, ſed virtualiter & implicitè: vbi igitur igno
raretur propoſitionis vniuerſalis ſequela ex cauſali: ſic
volitio pro obiecto talem cauſalitatem habens cum mi-
nore ſubſumpta, non eſſet ſufficiens neceſsitare volunta
tem ad minoris ſubſumptæ actum, aut actum impedire

Virtutis actus vniuerſalis an compatiatur vitium.

contrarium. Tum etiam diligere fortem præciſè, quia eſt diues, non impoſſibilitat diligere alium non diuitem ſcitum eſſe talem: igitur velle hoc, vel illud præciſè, quia rati oni rectæ conforme, non impoſsibilitat velle aliud indifferẽs, aut rationi rectæ difforme ſcitum eſſe tale, patet: non eſt actuum illorum formalis repugnantia, Apparentior enim eſſet iſtorum repugnãtia: volo quicquid rationi rectæ cõforme eſt, & ſcio hoc cõformare ratiõi rectæ: & nolo hoc. Reſpondeo igitur ad dubium affirmatiuè.

¶ Quartum dubium, An cum virtute quarti gradus quę tertio gradui deum pro fine addit, ſtet vitium? Viſum eſt his prioris opinionis quòd non: quinimò repugnat omni vitio & errori culpabili: ſuadent, quoniam virtus quarti gradus annexam habet charitatem, ſuumq́; actum elicit finaliter & præciſè propter deum ſuper omnia dilectum: charitati autem repugnat quicquid eſt culpabile, ſiue ſit actus voluntatis, ſiue error intellectus culpabilis. igitur &c. ſtat tamen cum errore inuincibili prout in illo qui de nõ ſua crederet inuincibiliter eſſe ſuam: & eam cognoſceret, quoniam non eſt ibi culpa. Non mihi videtur hæc deciſio vera. Primò conſtat cum gratia & charitate infuſa ſtare vitium veniale, & ita à fortiori cum habitu acquiſito. De vitio autem mortali quòd non ſtet cũ gratia infuſa non dubitatur. Sed quò ad charitatis actum dico (quatenus non remaneat in æquiuoco diſceptatio). In hac propoſitione, ſuper omnia diligitur deus: illa determinatio dicere poteſt extrinſecum modum diligentis, aut modum ipſius dilectionis. Primo quidem modo ſuper omnia, id eſt in nullo deuietur ab ipſo deo, ſeu nihil ei diſplicens fiat quando diligitur: & hoc ſiue in virtute dilectionis, ſiue alterius, ſiue caſualiter illud accidat: ſic enim repugnat ſuper omnia diligere deũ & peccare: iſta tamen non eſt peccati cum actu dilectionis repugnãtia, ſed verificationis propoſitionum propter excluſionem quam illa determinatio ex hypotheſi in propoſitione facit. Alio modo, illa determinatio denotare põt dilectionis modũ, ſcilicet eius cõnotatione obiectũ actus ingrediẽte. Et duplex põt eſſe talis dilectio: vna dilectione ma

Virtuti pro fine deum habenti an compoſsibile ſit vitium.

Dei dilectio duplex.

gnitudinẽ boni cõnotãte, videlicet qua ſummũ bonũ de optatur, prout ipſum eſſe deũ, aut eſſe omnipotentẽ, &c. et dico cum huiuſmodi ſtare poſſe vitium nedũ veniale, ſed mortale. probo: non eſt ex natura actus repugnantia videlicet velle ipſum eſſe deum, omnipotentem, infinitum &c. & velle furari, vel alienam cognoſcere. Alia poteſt eſſe dei dilectio ſuper omnia, dictione magnitudinem appreciationis connotante pro obiecto actus: & iſte eſſet actus quo quis deum diligeret volens omne ei diſplicens abijcere: vbi duo videtur eſſe actus. vnus dei, alter eorũ citra deum abijciendorum. veruntamen admittatur vnus actus qui formaliter, aut virtualiter ſit obiectiuẽ amborum: ille actus quodam modo eſt vniuerſalis, aut vniuerſalitatem quandam obiectiuẽ includens. Quantum autem ad iſtum actum contra præmiſſam deciſionem obijcio. nam conſtat philoſophiam ſufficienter intelligenti actum voluntatis vniuerſalem nõ per ſe ad actus particulares contentos neceſſitare: & ita nec per ſe actibus particularibus contrarijs illis repugnare, requiritur minoris ſubſumptę cognitio: ſed poteſt non aduenire intellectui iſtius, vel illius peccati, minor ſubſumptu. igitur cum illius minoris ignorantia ſaltẽ culpabili poterit voluntas (illa dilectione dei ſtante) hunc vel illum vitij actum elicere. quod culpabiliter eſſe vitium ignoratur. Item. ſit ſortes cum craſſa ignorantia ignorans hoc eſſe vitium: & ex ignorantia velit illud. quæro à quo ipſe, hoc ſtante, impoſsibilitetur priorem dilectionis dei actum elicere. Tum etiam vbi à diuina voluntate (ipſo neſciente) tam illud, quàm ignorantia deſineret eſſe ei peccatum, non impoſsibilitaretur elicere illum dilectionis actum: nec ex hoc fieret aliqua voluntatis, aut aliorum effectiuẽ coadiuuantium mutatio: igitur prius erat voluntas potens eundem dilectionis actum elicere: appelles eum quomodo volueris. Præterea habeat ſortes illum dilectionis actum, obligatus hinc ad horam diligere proximum, quem diligere omittet: in hoc caſu nihil adueniet poſitiuum voluntatem impoſſibilitans continuare illum priorem dilectionis dei actum: igitur eundem ex ſua libertate continuare poterit: & tamen illa dilectionis proxi-

mi omiſſio erit peccatum mortale, igitur cum mortali ſtare poteſt. Oritur dubitatiuncula de peccati tranſeuntis reatu, qui per pœnitentiam tranſeunte actuali peccato deleri ſolet. Reſpondendum poſſe in caſu tantum eſſe dilectionis dei feruorem, quòd omnes vitiorum tranſeũtium deleret reatus, non exiſtente aliunde obijce per noui peccati actualis poſitionem. Contingit enim aliquem virtutis actum omnem animæ reatum non poſito aliunde obijce delere, & eundem cum obijce: videlicet cum mortali peccato actuali formaliter, vel interpretatiuè placente ſtare.

De actuum permutabilitate ex bono in malum, aut contrà.

CAP. XIIII.

NVllus actus eſt omnino immutabiliter bonus aut immutabiliter malus. Quinimo actũ oẽm in eſſe entis manẽtẽ prorſus morali bõitate atq; malitia denudari poſſe non dubitabit, qui ſufficienter rerũ naturas capit. In eſſe autem moris ex circunſtantiarũ variabilitate actũ eundẽ continuatum nedũ imperatum, ſed elicitum, eſſe ſucceſſiuè moraliter bonum & malum, imò ſimul extrinſecis denominationibus eſſe talem ambigere debet nemo: quare & virtutis habitum ad vitium eſſe immediatè inclinaturum, pariter vitiũ habitum ad virtutem conſtabit conſideranti. Correlariè igitur habes duos virtutis & vitij actus non ſpecie differre, pariter & duos illorũ generum habitus ſpecie eſſentiali conuenire. Et non modò de genere moris in genus, ſed de ſpecie in ſpeciem, eſt tam actui quàm habitui poſſ-

Actuum permutabilitas de bono in malum & contrà.

bilis tranſitus.

PRIMVM NOTABILE.

Ad eſſe potentiæ cognitiuæ vel appetitiuæ actum ſeu cognitionem, vel appetionem requiritur vitalis immutatio ſiue tendentia in obiectum: quare huiuſmodi qualitas extra proprium ſubiectum ſupernaturaliter conſeruata deſinens vitaliter immutare, deſineret eſſe conditio, vel appetitio: ſiue volitio, vel nolitio: & per conſequens ceſſaret eſſe moraliter bona, vel mala qualitas. igitur illa quę eſt odium dei extra ſubiectum proprium deſineret eſſe odium: & deſineret rectæ rationi eſſe difformis neq; moraliter mala.

Vitalis immutatio.

¶Secundū notabile. Accidentiū aīæ, quædam ab alijs dependent in eſſe vitalis immutationis: prout actus appetitiuus ab actibus cognitiuis: paſsiones ab actibus quibus non repugnat in proprio ſubiecto in eſſe entis (illis ablatis) conſeruari: ſed deſinent eſſe tales, ſcilicet vitaliter immutantes. Exempli gratia: illa qualitas quæ eſt volitio conſeruata tamen anima ſine cognitione, deſineret eſſe volitio; qualitas quæ eſt triſtitia illic ſine voluntatis actu conſeruata deſineret eſſe triſtitia.

Accidētium animæ uarietas.

¶Tertiū notabile. Voluntas potens eſt actū eundem continuare diuerſis ſuccedentibus circūſtantijs adiacentibus: patet, propter ſolas adiacentes circunſtantias non cogitur voluntas ab actu deſiſtere, manente ſufficienti obiecti cognitione: cùm in eſſe actus non dependeat ab eis.

Actus idem poteſt variatis rerū circūſtantijs continuari.

PRIMA CONCLVSIO.

Omnis actus in eſſe entis manēs, poteſt prorſus morali bonitate atq; malitia denudari: patet ex primo notabili, quare ſicut nullus actus eſt eſſentialiter actus: ſic nec eſſentialiter bonus vel malus.

¶Secunda concluſio. Idem actus continuatus nedum imperatus verum & elicitus poteſt ſucceſſiuè eſſe moraliter bonus & malus: ſic q̄ moraliter de genere in genus tranſire: oſtendo. poteſt idem actus imperatus, aut etiam elicitus continuari liberè per tempus, in cuius vna parte adiacebit conſcientia conformis: deinde ſuccedet cōſcientia difformis: aut vna temporis parte adiacebit obligatio præcipiēs.

& in alia parte ſuccedit obligatio prohibens: aut in vna parte bonus finis, in alia malus: aut vna parte debita temporis vel loci circunſtantia, in alia parte indebita: nec cogitur voluntas per ſolam talium circunſtantiarum adiacentium mutabilitatem deſiſtere ab actu: igitur idem actus de bonitate in malitiam vel econuerſo tranſibit.

¶ Tertia concluſio. Contingit eundem actum nedum imperatum verum & elicitum ſimul eſſe extrinſecè bonū & malū; oſtendo de imperato, nam eadem exterior operatio poteſt effectiuè à duobus interioribus diſparatis imperari: quorum vnus ſit bonus, & alter malus: ſicq; ex vno bonitatem, ex altero malitiam contrahet: prout eadem vocalis vel ſcripta propoſitio æquiuoca duabus ſubordinata mentalibus, ab vna veritatem, ab alia autem falſitatem ſuſcipit: & quia actus voluntatis elicitus poteſt ab alio voluntatis actu reflexo eſſe imperatus: idē de eo contingere poteſt, ſcilicet imperato à duobus diſparatis actibus: quorum vnus ſit bonus, & alius malus, qualiter de mentali propoſitione non vltimata pluribus mentalibus vltimatis ſubordinata. Quinimò fortè alicui non improbabiliter concedendum videbitur opus duobus finibus diſparatis factum, vno fine bono, & altero malo: ſimul eſſe moraliter bonum & malum ſuadetur, contingit vtramque finium volitionem eſſe efficaciter talis operis imperatiuam, tanquam medij in finem. Nec conclude ex hoc actum tertium qui eſt medij mali & finis boni eſſe ſimul moraliter bonum & malum: prout velle furari ad ſubueniendum proximo (quem actum quibuſdam dicere placuit eſſe ſimul bonum & bonum) id morali peritiæ non quadrat: cùm huius tertij actus obiectum tale non ſit rationi conforme, ſed difforme, nō enim ſufficit obiecti partem rationi rectæ conformari: alias omnis actus de genere bonorum aliqua circunſtantia bona, & aliqua mala circunſtantionatus eſſet ſimul bonus & malus. Prout enim conceſſum eſt, actum eundem extrinſecè ſimul eſſe bonum & malum: ſic eum cum gratia ſimul bonum & venialiter malum fatendum eſt eſſe extrinſecè meritorium & demeritorium.

Actū eundē contingit ſimul eſſe bonum & malum.

¶Quarta concluſio. poteſt idem actus continuatus, eſſe malitiis ſpecierum diuerſarum ſucceſsiuè malus, pariter idem actus diuerſarum ſpecierum bonitatibus bonus. Primam partem oſtendo: volitio cognoſcendi carnaliter bertham diuerſis temporibus continuata: quorum vno tempore erat ſoluta, & alio eſt ligata, habuit fornicationis malitiam: deinde adulterij prauitatem, potiſsimè hoc ſciente, cum ſola enim credulitatis varietate volitio continuata ſucceſsiuè in eſſe moris diuerſificari poteſt: exempli gratia: credat fur inuincibiliter rem non eſſe ſacram: & poſteà ſciat eſſe ſacram: volitio eadem de ſimplicis furti malitia in ſacrilegij malitiam tranſibit: idem in genere bonorum facilè oſtendes.

¶Quinta concluſio. idem actus poteſt in genere malorum eſſe ſimul malus diuerſis malitiarum ſpeciebus, & idem de bono. Primum ſuprà patuit de actu qui malitia mortali & malitia vitiatur, aut alio actu propriam habente malitiã prçterquã à fine põt alterius ſpeciei iniquitatẽ cõtrahere. In genere pariter bonorũ actus prçter propriã bonitatẽ poteſt à fine, vel alia circunſtãtia bonitatem alterius ſpeciei contrahere: idem enim actus medij finis vtriuſq; ſpeciei bonitatem contrahit.

Idem actus poteſt in genere malorũ eſſe ſimilis malus diuerſis malitiarũ ſpeciebus.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Primum, idem habitus ſucceſsiuè erit virtutis & vitij: patet: denominatur ab actu ad quem pro tunc inclinat; ſed ex dictis actus idem pro certo tempore bonus erit alio tempore malus: igitur & habitus, Ipſe enim tempore bonitatis actus denominabitur virtutis habitus, pro tempore autem malitiæ actus erit vitij habitus.

¶Secundum corollarium: bonum moraliter & moraliter malum, non neceſſariò differentiam entis ſpecificam arguunt: patet ex dictis, idem actus ſucceſsiuè ſub illis denominationibus tranſit de vna in aliam ſine ſui corruptione permutabilis.

¶Tertium corollarium: actus ſimul extrinſecè bonus & malus diuerſis habitudinibus præcipitur & prohibetur eſt rationi rectæ conformis & eidem difformis: de eo poenitendum, & de eodem gaudendum: non autem conce-

do negatiuas:præcipitur,non præcipitur: conformis ra-tioni,& eidem non conformis:pœnitendum de eo, & de eo non pœnitendum.

Actus idem præmijs ſpecie diſtinctis præmiabitur.

¶Primum dubium.an actus diuerſis ſpeciebus bonus præmijs ſpem differentibus præmiabitur: & pariter de actu varijs ſpeciebus malo?Reſpondeo ſic:niſi reſpondēter merces aut pœna eminenter diuerſarum ſpecierun ponatur poſsibilis.

¶Secūdū dubiū,an dabilis ſit actus omnibus ſpeciebus mali poſsibilibus inuolutus, & pariter de bono in ſuo genere?Reſpondeo quòd non formaliter,Nam infinitæ ſunt multiplicabiles ſpecies,cùm infinitè variari poſsit obiecti ratio,tam penes magnitudinem,quàm multitudinem,non enim vnica eſt circunſtantię perſonæ ſpecies; pariter nec loci,nec temporis,nec modi agendi , nec finis:dim cuiuſlibet horum generum infinitè variabiles ſunt ſpecies ſufficientes in actibus differentiam ponere ſpecificam:nequit autem pro ſtatu viæ ad infinita ſpecie diuerſa,ſecundùm quòd diuerſa eſſe formalis, vel interpretatiua aduertentia:quare nec actus idem poteſt formaliter hoc ſtatu viæ illis omnibus labefieri,vel iſtis decorari:dixi formaliter:nam iſte actus:volo omnibus malitiarum ſpeciebus irretiri:continet obiectiuè(cōfusè tamē) omnes &c. Non autem formaliter eis omnibus inficiatur,intelligo formaliter,ſic quòd infinitis diſtinctis actibus illarum ſpecierum malis æquiualeat:ſic eſſet infinitè malus:& idem dico de iſto,volo omnibus ſpeciebus bonitatis mihi licitis ornari.

An ſit dabilis actus omnibus ſpeciebus malis poſsibilibus inuolutus.

ET ſi actuum de genere boni quidam ſint extrinſecè,quidam intrinſecè,nullus tamen non immutationis intuitiuæ particeps eſt immutabiliter ſeu neceſſariò bonus,etiam in ſenſu compoſito propoſitione accepta:videlicet remanens actus pariter & liber. Non modò enim huiuſmodi quilibet poteſt effici non bonus,quinimò malus ex circūſtantia eum vitiante: prout ex conſcientia contrà dictante,ex obligatione prohibente

te;ex aliquo fine qui tali actui præſtituit,aut ex alia quauis circunſtantia pro tunc diſcrepante,qua ipſius actus ad rationem rectam ſurgat pro tunc diſformitas. Actuum nihilominus intrinſecè bonorum fortè quoſdã intuitiuos,nonnullos abſtractiuos reperire eſt. Et intuitiuorum quoſdam non integræ rectitudinis, ſed partis ſeu non omnium ad eam requiſitorum:quoſdam integræ rectitudinis intuitiuos,ſeu omnium ad eam requiſitorũ; & potiſſimè intuitiuos rectitudinis dictaminis prudentialis obiectum actus informantis:huius generis enim actus(in ſenſu compoſito)eſſentialiter ſeu neceſſariò bonos fateri non pigebit,nec vitiabuntur vnquam: quinimò potius per corruptionem mox eſſe deſinerent: nam ſic falſificaretur dictamen:& per conſequens voluntatis actus per modum intuitionis pro obiecto habens dictaminis rectitudinem ſeu habens dictamen,vt tale(iam deſinente dictaminis rectitudine) deſinet eſſe,hæc enim eſt intuitiui actus conditio: ille igitur voluntatis actus (defectu ſcilicet exiſtentiæ)non vitiabitur:ſed alius retento eodem voluntatis conatu alteri ſuccedens abſtractiuus poterit ex aliqua præadductarum circunſtantia vitiari:non inconuenit quidem actum actui imperceptibiliter ſuccedere. Rurſus actuum quidam ſunt humani, alij ſupernaturales. Et iſti duplices, quidam immediatè ſupernaturales,ſcilicet à ſolo deo producibiles, alij mediatè ſcilicet generabiles ab habitu à ſolo deo producibili. Et duplices,quidam naturaliter ab habitus præſentia independentes,alij autem dependentes:qui enim ab habitu incõpoſſibili malitiæ mortali dependerent, nequeũt mortaliter vitiari, quamuis eos aliqua ſuprà adductarũ circunſtantiarum venialiter fœdari non repugnet. Ab habitu autem ſupernaturali cuicunq; generi malitiæ inã

Actus intrinſecè boni duplices.

compoſsibili dependentes (ſi huius conditionis habitus poſsibilis concedatur) ſic huiuſmodi actus nequaquam vlla malitia deturpari valerent, prius enim corrumperetur corrupto habitu ipſi malitiæ incompoſsibili.

PRIMVM NOTABILE.

Actuum voluntatis etiam rectè circunſtantionatorum, quidam circunſtantias ipſas habet circunſtantes: et talem ab eis appello extrinſecè bonum: quidam circunſtantias omnes debitas pro eis obiecto includit, cum dictamine prudentiali, & ab eis obiectum ſic informantibus actum voco intrinſecè bonum. Sic igitur in propoſito differt ab eſſentialiter tali: nam dicendus eſt in ſenſu compoſito atque morali eſſentialiter actus bonus, qui nequit deſinere eſſe bonus ſcilicet manens actus. Et vt ſit ſenſus compoſitior intelligatur manens actus & liber: quod addo propter continuationis naturalitatem: ſic enim acceptis terminis non repugnat eſſe actum intrinſecè bonum, & non eſſentialiter bonum: vt ſtatim patebit.

Actus quidam intrinſecè bonus, quidã extrīſecè.

¶ Secundum notabile. quemadmodum ſunt in intellectu actus aliqui intuitiui: ſic in voluntate aliquos huius generis eſſe ponendos; nec experientiæ, nec rationi repugnat. Tum primò, appetitui ſenſitiuo inſunt huiuſmodi actus qui ſenſationes intuitiuas concomitantur: tum etiã huius generis videtur eſſe beatifica fruitio. Prout enim per obiecti abſentiam deſinit eſſe intuitiua notitia; ſic & intuitiua volitio aut nolitio: & nedum per obiecti materialalis ſed certæ conditionis vel diſpoſitionis abſentiã, aut modi ſe habendi, gratia cuius formaliter erat obiecti intuitio, id eſt, obiecti vt talis ſeu vt taliter ſe habentis erat intuitio: cùm enim ſit de rotundo quadratū, mutatur intuitiua cognitio ex modi ſe habendi mutatione. Diuerſimodè enim illæ intuitiones connotant: illa rem rotundè ſe habere: iſta quadratè.

Actus intuitiui an ſint in voluntate reperibiles.

Act⁹ abſtractiuus tã cognitiuus quàm appetitiuus non requirit ſui obiecti præſentiã, cuius eſt abſtractiuus.

¶ Tertium notabile. actus abſtractiuus tam cognitiuus quàm appetitiuus non requirit ſui obiecti præſentiam, cuius eſt abſtractiuus. patet, differt per hoc ab intuitiuo.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Primum: quemadmodum poteſt obiecti abſentis eſſe cognitio, ſic volitio aut nolitio.

SECVNDVM COROLLARIVM.

Non pigrè notandum: cõtingere poteſt omnes alicuius actus cum prudentia circunſtantias eſſe abſentes, & in eas obiectiuè ferri voluntatis actum: ſint igitur in recordatione, ſeu in abſtractiua cognitione materia, circũſtantiæ, loci, temporis, finis, modi agendi, pariter prudentia. Dico prout in eas abſentes ferri poteſt intellectus: ſic & voluntas volendo ſcilicet aliquid tali tempore, tali loco, tali modo, tali fine, conformiter ad talem prudentiam quæ omnia ſint abſentia.

TERTIVM COROLLARIVM.

Eſto quòd præſentia eſſent hæc omnia: non oportet nihilominus voluntatis actum abſtractiuum deſinere eſſe per alicuius eorum remotionem, aut per variationẽ modi ſe habendi alicuius eorum. Exempli gratia: locus deſinat eſſe debitus, aut incipiat eſſe talis, aut alia circũſtantia. Pariter dictamen deſinat eſſe rectum, nõ propter hoc actus abſtractiuus deſinet eſſe. In hoc enim errant plurimi credentes volũtatis actum (deſinente eſſe prudentia, aut ea deſinente eſſe recta) deſinere eſſe: quia ferebatur in prudentiam vt inexiſtentem: & vt exiſtentem rectam. Contrà, iudicium quo iudicas Sortem eſſe album (pono eum te ignorante eſſe mortuum) fertur in Sortem vt exiſtentem album: non tamen actus ille iudicatiuus deſinit eſſe per hoc quod Sortes deſinit eſſe albus: igitur nec actus voluntatis abſtractiuus deſinet eſſe per hoc quòd deſinit eſte prudẽtia: aut per hoc quòd deſinit eſſe recta, quę eſt obiecti eius pars. cõſequẽtia patet ex antedictis: actus abſtractiuus nõ deſinit eſſe per ſui obiecti abſentiã.

PRIMA CONCLVSIO.

Quilibet volũtatis actus humanus nõ intuitiuus poteſt eſſe non bonus, imò malus. patet, cum cõtingit (cõſcientia aduenientę cõtraria, vel obligatione, vel malo ei præſtituto fine: aut difformi alia aſſiſtente circunſtantia) cõtinuari. probo: iſtorũ nullũ interueniẽs voluntatẽ cogit ab huiuſmodi actu deſiſtere, nec cõtrarietatem habet vllam.

quæ actum deſinere faciat:cum actus abſtractiuus nec ab obiecti nec à certę cõditiõis eius præſentia depẽdeat. Secunda concluſio.duplici habitudine dari poſſet ipſius actus inauferibilis bonitas. Vno modo gratia intuitionis,quando ſcilicet actus eſt conditionis neceſſariæ ad bonitatem requiſitæ (qualis eſt rationis rectitudo) intuitiuus:nam illa conditione obiecti ceſſante deſineret eſſe actus ille.Secundò gratia dependentiæ à cauſa quæ malitiæ morali ſit incõpoſsibilis,qualis eſſet actus ab habitu ſupernaturali nullã cõpatiente maliciæ genitus, per talis enim malitię aduẽtũ deſineret eſſe habitus ille, quo deſinẽte,ceſſaret pariter act⁹,& p cõſequẽs nõ vitiaretur.

¶Primum dubium.an viatori à deo præcipi poſsit pro determinato tempore non elicere actum? Reſpondeo quòd ſic:oſtendo.Eſt illud viatori licitum cùm non pro ſemper ad actũ teneatur:igitur poteſt præcipi. Tum etiã poteſt eſſe expediẽs:ſcilicet quãdo opus eſſet animi quiete pro reſtaurandis viribus:igitur præcipi poteſt. Præcepto enim ſtante,concedendũ eſt viatorem à deo præceptũ habere,nec ei licitũ eſt velle deo præcipiẽti obedire, nec velle dei præceptũ implere,nec licitum velle mereri. Itẽ poteſt iſte præceptũ hoc implere, nec valet p actũ implẽdo mereri.nec licitè ꝓpter deũ dilectũ illud obſeruare.

Præcipi poteſt pro certo tempore nõ elici actũ.

¶Secũdũ dubiũ,an dei dilectio ſup omnia ſit culpę mortali cõpoſsibilis. Videt̃ ꝙ nõ,nã ſic nõ diligeret̃ deus ſuꝑ oĩa,cũ per hmõi culpã deo pręferretur creatura, tũ etiã illa dilectio eſt virtualis pœnitẽtia (qua ſcilicet magdalene remiſſa ſunt peccata multa,quia multũ dilexit) omnis igitur culpa p illã deletur,& per cõſequẽs nõ eſt culpæ ſaltẽ mortali cõpoſsibilis.Reſpõdeo cõtra quoſdã affirmatiuẽ probo:quis ſolo tẽporis lapſu omiſsiuẽ peccare poteſt mortaliter neſciens tũc ſic nihil aduenit volũtati nouũ illi præcedenti actui cõtrariũ,igitur nõ per hoc ſolũ corrũpitur.Tũ etiã nihil illic volũtatẽ cogit vel neceſsitat ab illo actu prælicito deſiſtere:patet,nihil nouum ei ſuperadditur. Præterea conetur voluntas vt ſuprà ad actum illi:quæro cur non eliceretur nouus,vel iam elicitus continuaretur?Et ad obiectionẽ dico nõ per omne mortale

Dilectio dei ſuper omnia an ſit culpæ mortali compoſsibilis.

præfertur formaliter creatura deo:oſtendo. contingit determinato tempore uiatorem culpam incurrere mortalē non pro tunc dei:aut non pro tunc creaturæ memorem. Obijcio:poſsibilis eſt dei dilectio ſuper omnia formaliter imperatiua executionis omnium quæ ſunt deo grata,& formaliter imperatiua fugæ quoruncunq; deo diſplicentium. Hæc autem cuicūq; repugnat peccator,aliâs non omnium prædictorum eſſet formaliter imperatiua. Reſpondeo:humanus actus qui eſt indifferenter multorum communis atq; generalis,non eſt abſq; alio particulariter ſubſumpto formaliter eorum imperatiuus quę cōfusè ſub ipſo continentur, aliâs ipſe penè innumeros actus ſemper ſecum haberet,cùm innumeri particulares ſub eo contineantur:nec eſt ratio cur potius vno tempore q̄ alio ad iſtum vel illum actum particularem determinaretur nullo adueniente nouo ipſum determinãte:quare dico illud determinãs eſſe particulare quoddam iudicium:cuiuſmodi hoc eſt deo gratum:iſtud eſt deo acceptum &c.Contingit autem abſq; tali iudicio particulari eſſe in voluntate actum dilectionis dei ſuper omnia,factis huiuſmodi particularibus ſumptionibus:igitur tunc non ab actu illo alij prodeunt particulares contentorum ſub eo,ſcilicet,volo hoc facere,nolo iſtud agere: & per conſequens cum culpabili commiſsione, vel omiſsione faltem quam pro tunc eſſe culpabilem neſcit viator,ſtare poterit prænominatus dilectionis actus.

Nō p̄ omne mortale pręfertur creatura deo.

Actus immutabiliter malus.

Malum prohibitum:prohibitū, quia malum.

*Q*Voniam duntaxat vno modo eſt rectum,infinitis autem medijs obliquum ex integroq; bonum,ex defectu verò integri malum:hinc & ſi nullus humanus actus abſtractiuus ſit immutabiliter bonus,vt ſuprà lucidè monſtratum eſt, actū tamen reperire eſt immutabiliter malum,in huius compoſitionis ſenſu:videlicet manentem actum pariter & liberum.Hinc fit actuum malorum quendam eſſe malū, quia probibitum:quendam prohibitum, quia malum:

&

& quamuis in genere boni locum habeat hæc actuum diui,io ratione tamen diuerſa: ſic enim inuolutam habēt malitiam actus nonnulli, vt omni circunſcripta lege di-uina extrinſecus viatori promulgata forent mali atque diuino difformes dictamini: quidam pariter boni atque diuinæ rationi conformes. Alij verò non, ſcilicet qui nō ſic prohibiti manerent indifferentes, prout ligni vitæ aut ſcientiæ eſus. ſacrificij hircorum vſus, aut vitulorum &c. Iuxta hoc cuiq; conſtabit dei legem binam eſſe, ſci-licet iudicatiuam & indicatiuam: primam in æternum Dei dictamen appello, quo ipſe actum iudicat (etiam o-mni lege circunſcripta extrinſecus viatori promulgata eſſe malum: indicatiuam autem, ſiue imperatiuam voco, qua viatori indicatur atq; ſignificatur dei voluntas vo lentis ipſum ad hoc, vel illud, ſic, vel ſic obligari. Ex qui-bus pariter lucidum fiet (omni circunſcripta pœnæ in-fligendæ vel mercedis cōcedendæ inſtitutione diuina) eſſent actuum quidam moraliter boni, quidam moraliter mali. Non autem moraliter aut venialiter tales nomini-bus pœnam infligendam importantibus.

Lex dei bi na.

PRIMVM NOTABILE.

¶In omni, virtutis aut vitij genere duplices ſunt actus. Quidam bonitatem vel malitiam explicant, videlicet for maliter expreſſam illius connotationem pro obiecto ha-bentes. Exempli gratia, velle iniquè occidere, iniuſtè, alie-num detinere, nequiter iudicare &c. & ita in genere bo-ni exemplificare poteris. Quidam autem implicant eam ſcilicet non ſic formaliter expreſſaq; connotatione pro obiecto ipſam bonitatem, vel malitiam inuoluentes. Et huiuſmodi ſunt duplices, aliqui ex genere tales, nonnulli ex circunſtantia. Ex circunſtantia autem duplices, quidā ex ea informante, alij ex ipſa adiacente.

Actuum qui dā explicant bonitatē aut malitiā, qui-dā implicāt. In omni vir-tutis, aut vi-tij genere du plices ſunt a-ctus.

¶Secundum notabile, quidam actus boni vel mali ſola

legis exterius promulgatæ poſitione efficiũtur tales, qui ante eam indifferentes erant: quare meritò denominantur tales quia prohibiti. Quidam autem ſunt huiuſmodi ante cuiuſcunq; talis legis poſitionē: quos diuini iudicij rectitudo dictat eſſe tales: quinimò quia ſunt in ſe tales, ideo eos poſitiuo mandato præcipit vel prohibet: vnde meritò dicti ſunt præcepti aut prohibiti, quia tales. Huiuſmodi enim actus omni legi dei poſitiua circunſcripta conformantur in hominibus, vel difformantur recto iuris naturalis dictamini: eos Ariſt. Ethicorum 2. dixit inuolutam habere maliciam: & idem beatus Auguſt. 1. de libero arbitrio cap. 3. inquiens adulterium non ideo malum, quia vetatur lege, ſed ideo vetari quia malum: & ipſe ſuper Leuit 19. cap. Non facias furtum; non mentiaris, quia iniuſtum erat mendacium ideo eſt prohibitum, & non ideo iniuſtum quia prohibitum: quod intellige in genere: ſecus autem quò ad crementum: redditur enim deterius: quia lege dei poſitiua prohibitum.

PRIMA CONCLVSIO.

Actus malus maliciā obiectiuè explicans, eſt irrectificabilis & immutabiliter talis: patet: directè & immediatè dictamini practico neceſſariò difformatur: cuiuſmodi ſunt iſta iudicia: non eſt iniquè occidendũ, nõ eſt iniuſtè iudicandũ &c. quibus obuiant iſti actus: volo iniquè occidere, volo iniuſtè iudicare &c. contradictionem enim claudit propter explicitam & formalem maliciam obiectiuam eos rectificari.

Odiũ dei an ſit rectificabile, an ve præcipi poſſit.

¶ Secunda concluſio. Quidā actus non explicantes ſed duntaxat implicantes maliciā, ſunt irrectificabiles & immutabiliter mali: patet, aliqui tales directè & immediatè neceſſarijs difformantur dictaminibus: cuiuſmodi ex articulo pariſienſi ponitur eſſe dei odiũ huic dictamini neceſſariò difforme: deus non eſt odiēdus, & huic impoſſibili cõforme: deus eſt odiendus: & huiuſmodi fortè ſunt interiores volũtatis actus decalogo prohibiti, plenè pro obiecto habentes omnē tam materiæ quàm circunſtantiarum rationem, quæ talis ſpeciei parit maliciam, nõ tamē eam formaliter expreſſaq; cõnotatione explicātes. Id

adijcio quoniam datur actus pleriq; per decalogum nomine illorum prohibiti rectificabiles, non tamen plenè pro obiecto omnem difformitatis illius generis rationê habent implicitam.

¶Primum dubium. circa hanc actuum malorum maliciam non explicantium materiam: & gratia exempli: pro omnibus vnum ſumatur odium dei, dixerunt nonnulli ipſum eſſe de malo in non malum, ſed nō in bonum permutabile, aliqui de malo in bonum. de potentia dei abſoluta imò poſſe præcipi. Pro his motiua adduco. Primò poteſt odium illud produci à deo ſolo, ſic non malè fiet. Tum etiam odium à creatura comproductū poteſt deus ſe ſolo conſeruare. Secundò à ſomniante elici poteſt, & ſic erit nō malū. Tertiò, contingit ipſum eſſe primū liberi arbitrij motū: qui quàm primū poteſt repreſſus nō erit culpabilis. Quartò accidit per circunſtantiam alleuiari, ergo per eam creſcentem poterit omninò malitia ſpoliari. ſequela patet: vna circunſtantia maliciam ſubduplet: iam dupla circunſtantia duplam auferet maliciam, igitur totã. Quintò, contingenter odientê punit deus, nō igitur puniat ſic odiū non mortale eſſet nec veniale: nam vtrunquê pœnam conſignificat: igitur non peccatum, à ſufficienti diuiſione. igitur nec culpa. igitur nec malum. Sextò. contingenter legem viatoribus dedit dominus, igitur contingenter eis ſui odium prohibuit: ipſum autem non prohibitum nō eſſet peccatum. igitur nec culpa, ergo nec malum. Septimò: ſub inuincibili ignorantia cadere poteſt prout induciarum tempore, aut etiam quando impotens deliberare conſtitueretur intellectus aliunde diſtractus. Ad primum communis eſt reſponſio poſſe ipſum in eſſe qualitatis à ſolo deo produci: non autem in eſſe odij, id tamen dicere non compellit argumentum: quoniam odium ſic in voluntate productum, aut à ſolo deo continuatum non illi voluntati eſſet (defectu liberæ coefficientiæ) moraliter malum. Ad ſecundum: fortè concedes in ſomniante dei odium poſſibile, non eſt tamen liberum: erronea eſt hæc reſponſio, nec partes cohærent: nam aut in ſomniante ligatur ratio, id eſt, intellectus: ſic

non operatur volũtas, quòd ſi intellectũ illic operari dixeris, quis dubitabit & volũtatem (poſito rationis vſu) liberos habere actus. Dicat igitur intellectu ligato ligari & voluntatem, & ſic nec dei odium quouiſmodi elici: ſub nullo enim cadit ſenſu: ſicut nec dei cognitio. Ad tertium. vbi eſſet actus non liber, dicendum foret prout de naturalis continuationis tempore: de actu autem libero, atq; indeliberato copioſa ſuperius facta eſt deciſio. Ad quartum. dico circunſtantiam à grauiori peccato maiorem auferre maliciam: nec dupla circunſtantia duplam maliciam ab eodem actu tollit. Ad quintum dico huiuſmodi odium (nominibus pœnam infligendam connotantibus) minimè mortale foret, aut veniale, eſſet tamen actus moraliter malus. Ad ſextum dicendum: lege dei iudicatiua atq; interna neceſſariò prohibetur: pariter humano iuris naturalis dictamine, quod illi diuinæ legi iudicatiuæ eſt conforme. Ad ſeptimũ: hanc partem tuentes negant ſub ignorãtia inuincibili cadere poſſe ab vtente ratione. fateor hanc reſponſionem replica difficili non carere.

Actus quilibet prohibitus quia malus, an ſit immutabiliter malus.

¶ Secundum dubium. an omnis actus à deo exterius prohibitus quia malus, ſit immutabiliter malus? Reſpondeo negatiuè: quoniam non quodcunq; iuris naturalis dictamen negatiuum eſt neceſſarium: diuinus enim intellectus (omni lege dei circũſcripta viatoribus exterius poſita) aliquos actus contingenter dictat eſſe malos, nec tam inuolutè tales, quin eos valeat ſua relaxatione prorſus à malitia purgare.

Peccare an poſſit quis quãtũ vult.

¶ Tertium dubium. Cùm quicunquè volens iniquè agere, iniquè agat: an quiſquè tantum peccet quantum vult, & tantum quantum vult demereatur? Reſpondeo non; quoniam non ex hominis arbitrio ſurgit difformitatis menſura: ſed penes operis & circunſtantiarum ad rationem rectam, habitudinem, ſic nec pœnæ quantitas: ſed iuxta diuinam taxationem exoritur: non enim infinitè grauiter peccare volens infinitè grauiter peccaret, Nec infinitam intenſiuè pœnam volens demereri, demeretur

tantam. Aliud ſuperaddo, contingit quòd volens alicuius ſuperioris præceptum trãſgredi non trangreditur ipſum: patet, ſtat nullum eſſe illius ſuperioris præceptum: quare contingit pariter illa volitione eum non peccare.

Ex actuum conditione naſcitur legum diſpenſabilitas, aut indiſpenſabilitas. Quicquid enim affirmationis in affirmatiuo præcepto vel negatiuo continetur, diſpenſabile eſt: negationis autẽ non quodlibet, ſed aliquid quidem ſic, & aliquid quidẽ non, iuxta duas actuum differentias: in quorum mutabiliter malos, & in iura eos prohibentia, cadit diſpenſabilitas, non autem in reliquos immutabiliter tales neq; in leges eos interdicentes: quòd ſi has duas actuum ſpecies idẽ præceptum prohibere contingat, ipſum partim diſpenſabile, partimve indiſpenſabile protinus euadet. Multiuoca ſunt enim *præceptorum dei, ſimiliter virtutum ac vitiorum nomina: nam vno modo vnde opera, alio modo eorum conformitatem, vel difformitatem formaliter ſeu connotatiuè ſignificant, quomodo negatiua decalogi præcepta minimè diſpenſationem recipiunt: primo autem modo ſic. Innoteſcit itaq; ex dictis quodcũq; dictamen verum practicum affirmatiuum cathegoricum quantum ad id quod affirmationis eſt pro determinato tempore dictans eſſe contingens, negatiuorum autem quantum ad id quod eſt negationis iuxta duos actuum malorum prænominatos modos: quoddam contingens, quoddam neceſſarium reperitur.*

Diſpenſabilitas atq; indiſpenſabilitas.

Præceptorũ dei virtutũ ſimiliter ac vitiorũ nomina ſunt multiuoca.

PRIMVM NOTABILE.

¶ Differunt diſpenſatio, interpretatio, limitatio, declaratio. Propriè enim diſpenſatio eſt iuris aliâs obligantis relaxatio ab autoritatẽ habente. Quæ ſi pro ſemper fiat, nũcupatur abrogatio, ſi non, dicitur derogatio: dixi aliâs

Diſpenſatio, interpretatio limitatio, declaratio diſſciunt.

obligantis:per quod ab interpretatione ſeiungitur: legū enim conditores certis emergentibus cauſis leges ſuas pro tunc obligare non intendunt : quibuſquidem caſibus qui legem hanc vel illam indicant non obligare nō per hoc diſpenſant: potius legem interpretantur, diſpenſat igitur quis quādo legis aliâs pro tunc obligantis obligationem tollit:quod trifariam eſſe poteſt,videlicet quò ad culpam tantùm, quòad pœnam tantùm, & quò ad vtramq;.Interpretatio itaq; eſt caſuum in quibus lex non obligat,& in quibus obligat,aut eorum ad quæ extenditur,& illorum ad quæ non diſcretio. Exemplum primi, indicare ieiunium præceptum aut votum non in extremæ neceſsitatis caſu ligare.Exemplū ſecundi:docere nomine furti reliquas in bonis fortunæ prohiberi damnificationes:nomine autem homicidij alias in bono corporis læſiones.& ita in reliquis decalogi præceptis. Limitatio autem,eſt obſeruantiæ legis iam datæ pro tempore, loco,modo,aut alia circunſtantia determinatio ſiue inſtitutio:dei enim pariter & iuris naturalis præcepta affirmatiua ſunt in genere tradita,& plerunq; abſq; ſpeciali temporis, vel loci,vel modi determinatione: hinc ne obſeruatoribus ſupereſſet confuſio:ius humanum tempora,loca,& modos, alias præfixit circūſtantias,quarū inſtitutio atque ſanctio propriè iuris limitatio dicenda eſt.Declaratio autē,eſt iuris obſcuri elucidatio,ſeu obſcuritatis eius enodatio claram rei præbens intelligentiam.Patet igitur

Ius diuinum atq; naturale poteſt ab homine interpretationē,limitationē,& declarationem recipere.

ius diuinum atque naturale poſſe ab homine interpretationem,limitationem & declarationem recipere,non autem dipenſationem. Et quemadmodum in diuino, aut alio iure vnus paſſus eſt alterius declaratio:ſic vnus eſt alterius interpretatio:& cum quidem paſſum quem non declarat paſſus,ratio naturalis aut ſuſcepta reuelatio declarabit.

¶Secundum notabile,nulla eſt operatio exterior ſiue extra voluntatem impermutabiliter bona vel mala:patet nullam intrinſecam habet bonitatem,vel malitiam: ſed eam ab interiori voluntatis actu contrahit,quo manente manet,& mutato mutatur,quæcunq; enim exterior im-

Exterior operatio nulla ē

peratiuè effectiuè à bono voluntatis actu exorta poteſt effectiuè,imperatiuè ab actu voluntatis malo exoriri:& contrà.Exempli gratia:in mendacij prohibitione exterior actio eſt falſi aſſertio,ſeu aſſertoria locutio, quæ eſt potentiæ motiuæ operatio,eam poſſe bene fieri conſtat, ſcilicet non contra mentem & ſine fallendi intentione. In prohibitione pariter periurij,exterior operatio,eſt diuini nominis inuocatio,quæ ſimiliter(ſecluſis circunſtantijs periurium facientibus)licitè fieri poteſt. Amplius:in homicidij culpa exterior actus eſt hominis occiſio,quæ rectificabilis eſt:quinimò præcipi poteſt.In furto:exterior operatio eſt huius,vel illius boni ablatio vel detentio, quã fieri nõ iniquè cõtigit,imò præcipi amotis extrinſecis circunſtantijs,ſcilicet non ſit dominus inuitus, aut non ſit rationabiliter talis, aut inuincibiliter ignoretur eſſe talis,aut à domino ſuperiore res efficiatur capientis, vel detinentis.Item fornicationis, vel adulterij operatio exterior eſt potentiæ motiuæ actio,quæ(quibuſdam mutatis circũſtantijs poſsibilibus mutari) eſt rectificabilis, videlicet vbi partes efficerentur coniuges: aut inuincibiliter crederentur tales.Et idem in reliquis vitiorum materijs verum conſpicies,ſi operationem exteriorem à quibuſcunq; alijs extrinſecis poſsibilibus denudari denudaueris retenta etiam eius efficientia libera. impermutabilis bona aut mala.

¶Tertium notabile.legis diſpenſatio dicitur comparatiuè ad ea quæ ſub lege præcipiente,vel prohibente cadũt, ſiue ſint actus,ſiue pœnæ,ſiue alia debita,quorum diligenter inſpiciendum eſt diſcrimen:nam contingit legem quò ad aliquid eſſe diſpenſabilem, & quò ad aliud indiſpenſabilem, aut ab vno:& non ab alio. In ſymonia enim,vel alijs huiuſmodi diuino iure prohibitis homo purus quò ad pœnas humano iure inſtitutas diſpenſare poteſt:non autem,quò ad culpæ,diuinæquè offenſæ immunitatem. Diſpenſabilitas multiplex ad idẽ præceptum.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Quæcunq; dei lex eſt quò ad pœnas infligendas ab eo diſpenſabilis:patet,contingẽter eas irrogat,non enim

Præcepta decalogi an diſpenſabilia.

ſinæ bonitati ex immenſa eius miſericordia repugnat nolle pœnas vllas peccatori infligere: ſufficiente punitione contracta, quæ eſt ipſius culpæ difformitas, qua malè eſt peccatori. Sic enim nullum eſſet mortale aut veniale peccatum his nominibus pœnam infligendam connotantibus: nam deficiente connotatione deficit ſuppoſitio, non deeſſet tamen moralis malitia atq; offenſa, & culpa etiam quocunq; malo pœnæ fugibilior.

¶ Secunda concluſio, quæcunq; dei lex aliquid affirmationis continens agendum quantũ ad illud eſt à Deo diſpenſabilis: patet, ipſe viatoribus licitum conceſſit pro certo tempore nullum actum elicere: igitur eadem ratione pro tempore quò ad actum obligauit potuiſſet & poſſet non obligare, atque obligationem pro tunc tollere, quin imò præcipere ex ſuæ voluntatis beneplacito pro tunc ab omni actu libero ceſſare, Sui enim dominij amplitudine (in cuius obedientiali poteſtate ſunt cunctæ creaturæ conſtitutæ) poſſet (volens hominem quemcunq; pati aut quocunq; honore vel extrinſeco ſuffragio priuari: prohibere ſubueniri indigenti) honorem parẽtibus aut alijs exhiberi, & deniq; quencunq; alium legis actum circa creaturam: vel deũ exerceri. Sed an pro ſemper atq; qualitercunq; rebus ſe habentibus id fieri permittat debitus rerum ordo ſecundùm diuinæ rationis rectitudinem cõſtitutus: opinantur aliqui affirmatiuè dicentes æqualiter

Diſpenſatio pro certo tẽpore licito an ſit ꝗ ſemper licitè factibilis,

paruo tempore & magno id diuinæ ſubiacere poteſtati. Confirmo: ipſe contingenter creaturis ad effectum coagit, nec repugnans eſt ordinaſſe nulli creaturæ vnquam ad effectũ cooperari, ita quòd ſe ſolo quas res vellet produceret. Alij contrarium aſſerentes inquiunt, naturæ legem, cuius ſunt decem ipſius decalogi præcepta, eſſe per creaturam, & per creatorem indiſpenſabilẽ: cùm ſit quædam legis æternæ participatio. Lex autem æterna ſecundùm Auguſti. xxij. libro contra Fauſtum, eſt ratio aut voluntas diuina ordinem naturalem conſeruari iubens, & perturbari prohibens: quæ inquit. lxxxiij. quæſtionũ q. liiij. eſt tranſcripta in animam rationalem ex ineffabili atq; ſublimi rerum adminiſtratione, quæ fit per diuinam

prouidentiſſ. De hoc Richar. lib. iij. diſtin. xxvij. dicit, eo ipſo quòd deus eſt vltimus finis, debet homo ordinari ad deum, & eo ipſo quòd proximus eſt ordinabilis ad eundem finem, debet ordinari ad proximum: non poteſt em̄ deus ſeipſum negare, ſecūda Thim. ij. Fidelis em̄ de⁹: & ſeipſum negare nō pōt: hīc ſicut neq̄ negare ſeipſum eſſe vltimū finē, ita negare nō pōt hoīem ordinari debere ad ipſum: & per conſequens nec ad proximū: quare ipſe nequit legem naturæ infringere inquantum hunc ordinem continet. Hæc ille. Quare ad alterius opinionis rationes eſſet reſpondendum. Ad primam negaretur eandem eſſe de paruo & de quantocunq; tempore rationē: nam ex rerum habitudine pro certo tempore omiſſio redditionis debiti nō tollit ęquum rerum ordinem: quæ pro maiori tēpore aut pro ſemper tolleret. Ad aliud diceretur: quāuis abſolutè deus extra cōtingenter agat, & ipſi creaturæ contingenter coagat: ſecus tamen conditionaliter, ſeu rebus certis modis ſe habentibus: contingit enim Sortem citò mori, aut ſinę rationis vſu diu viuere: & ita non ei ad actum liberum deum coagere: ipſo autem diu cum rationis vſu viuente: ac ipſo deum ſummè bonum, ſummeq; benefactorem atq; omnium vltimum finem cognoſcente: ſic inquam rebus ſe habentibus abſoluere pro ſemper cum mentis & voluntatis eleuatione in deum tanquam in ſuum finem inſtituere pariter ad huiuſmodi actus tali viatori non coagere eſſe debitū rerum ordinē ſubuertere: & quemadmodū nequit efficere deus quin ipſe ſit omnium finis vltimus: ſic nec quin ille ſit ordo debitus, de ordine autem erga proximum quantum ad actum poſitiuum exercendum, idem diceretur exigēte rei conditione, & debito illius primi ordinis non repugnante: permittit enim ſecundi ordinis ſcilicet ad proximū aliquā diſſonantiā, quatenus ordo primus integer permaneat non infringitiur iuris naturalis debitum: ſed potius fouetur: nam dictat principaliori intendendum, prout ad totius hominis ſalutē ordinate particulare eius membrum lædi permittitur: ſic pariter deo prohibente proximo indigenti ſubuenire id obſeruare ne creaturæ

Nequit efficere deus q̄n ipſe ſit omniū finis vltimus.

ad deum perurbetur ordo:non eſt legem naturam infrin gere,quæ aliâs infringeretur.Harum opinionum proba biliorem puto primam,abſoluta dei potentia.

Quæcũque dei lex an ſit diſpẽſabilis.

¶Tertia concluſio.quæcunq; dei lex ad id quod eſt ne gationis.eſt quò ad aliquos actus diſpenſabilis, & quò ad alios nõ:pariter quò ad actus quoſdã aliqualiter fa ctos ſic,& ad eoſdẽ aliter factos non. Prima pars patet de cunctis operationibus exterioribus:nã abſtrahi poſ ſunt(vt ſupra oſtendi)ab omnibus eas vitiantibus:idem de actibus nonnullis interioribus etiam præcepto deca logi prohibitis:non pro obiecto plenè omnia habenti bus quæ difformitatem cauſant. Exempli gratia:volitio aſſertionis alicuius quod eſſe falſum credatur:& poſtea cognoſcetur verum,erat prius mala(& hoc prohibitio nis mẽdacij vinculo) quæ tamen cõtinuata rectificabit. Pariter volitio occiſionis ſortis nihil aliud pro obiecto habens eſt per homicidij prohibitionem vitioſa:quæ ta men adueniente dei,vel iudicis præcepto cõtinuata fiet bona. Similiter detentionis huius pecuniæ volitio non aliud obiectiuè includens quàm iſte ſcit alienam inuito domino detentam, per furti prohibitionem vitiatur,quę domino poſtea volente rem illam detineri purgabitur. Sic hic actus volo Bertham carnaliter cognoſcere, hoc duntaxat obiectiuè inuoluens in ſciente eam eſſe alienã, inficitur diuini iuris robore,qui rebus mutatis dum Ber tha ſi & ſua continuatus erit laudabilis.Secundam con cluſionis partẽ nũc oſtẽdo:aliqui actus lege dei prohibi ti ſunt irrectificabiles : cuiuſmodi volũtatis act⁹ maliciã pro obiecto explicãtes,et alij pariter eã implicãtes , q plenã ratione omniũ quæ vitiant habent obiectiuè:gratia exẽ pli ,interior actus plenè omnia pro obiecto cõtinẽs quæ hominis occiſionem,aut rei detentionem , aut carnalem cõcubitum,aut alicuius aſſertionẽ,aut nominis dei atte ſtationem & cinficiunt atq; commaculant. Tertiam au tem partem probo:aliquis actus ſiue exterior ſiue inte terior à certis habitudinibus,vel circunſtantijs cum qui bus malè fit abſtrahi atque ſeparari poteſt, & ita rectifica ri;qui tamen nequit(illis omnibus manẽtibus etiam ex

trinſecis)eſſe rectus. Exempli gratia: aſſertioni, vel detentioni, vel occiſioni, vel concubitui adiacentibus cunctis plenam maliciam mendacij, vel furti, vel homicidij, vel adulterij parturientibus non valent actus illi exteriores, vel interiores liberi non fieri ſic ſe habentes: & ita nequaquam eſt decalogi præceptum quò ad eos ſic faciendos diſpenſabile.

¶Primum dubium. an omnis actus mutabiliter malus ſit rectificabilis? Reſpondeo nō: veruntamen amplius dico, dupliciter poteſt dici actus mutabiliter malus. Vno modo contrariè, id eſt de malo in bonum permutabilis: & ſic non eſt dubitationi locus. Alio modo cōtradictoriè: hoc eſt de malo in non malum tranſire valeat: & id quidem multipliciter effici poteſt, videlicet ipſe manens in eſſe entis deſinat eſſe actus, aut ipſe exiſtens actus deſinat eſſe liber, prout naturalis continuationis tempore, aut deſinat eſſe deliberatus: illis enim modis aliquem actum malum contingit in non malum permutari, neceſſe rectificabilem. Contrà hoc eſt perterrens obiectio de induciarū tempore: quod alicui dicitur tale, quia ei nulla pro tunc eſt obligatio: ſic igitur quicunq; actus poſſet pro tunc per ignorantiam inuincibilem effici non malus ſaltem imputabiliter, ſed quemlibet actum liberum non malum finis bonus rectificat. Omnis autem actus liber non malus poteſt bono fine fieri, igitur & rectificari. Reſpondeo negando primam minoris partem: inſtantia eſt in actu libero indeliberato.

Actus quilibet mutabiliter malꝰ an ſit diſpēſabilis.

Actꝰ dupliciter dici poteſt mutabiliter malus.

Actus quilibet rectificabilis an ſit diſpenſabilis.

¶Secundum dubium, an omnis actus rectificabilis ſit diſpenſabilis? Reſpondeo non vniuerſaliter ipſi plenè illuminato, eſt tamen quodammodo diſpenſabilis: ſcilicet eo modo quo rectificabilis. Aliquis enim actus eſt per ignorantiam inuincibilem, rectificabilis, qui non eſt diſpenſabilis fieri cum plena iuris & facti cognitione: quoniam nec cum tali perfecta cognitione excuſabilis foret à reatu.

Actus quilibet diſpēſabilis an ſit preceptibilis

¶Tertium dubium. an omnis actus diſpenſabilis ſit preceptibilis? Reſpondeo non, ſed amplius ſint duæ propo-

ſtiones,

PRIMA PROPOSITIO.

Sumpto diſpenſabili pro excuſabili, aliquis actus eſt per ignorantiam inuincibilem diſpenſabilis, id eſt, excuſabilis ab aliquo ſuperiore, quem ipſe illi excuſato præcipere non poſſet. Exempli gratia: quis ſciens ſortem per ignorantiam inuincibilem carnaliter miſceri berthæ non ſuæ aut innocentem propria autoritate occidere, aut rem detinere alienam inuito &c. nequit ei licitè præcipere illud, imò nec conſulere.

SECVNDA PROPOSITIO.

Nullam claudere video repugnantiam aliquem actum liberum eſſe à deo diſpenſabilem non ab eo præceptibilem: admiſſo enim (vt multi concedunt) odium dei liberum poſſe per ignorãtiam inuincibilem fieri à reatu excuſabile (gratia exempli tempore induciarũ) non ſequntur huiuſmodi odiũ poſſe à deo præcipi: diceretur enim apparenter, id ſummæ eius bonitati atque debito rerum ordini repugnare. Veruntamen aliter præmiſſam verifico propoſitionẽ: poſſibile eſt aliquem nullũ exterius habere præceptũ, aut ſaltẽ pro certo tempore ad nullum obligari actum: ſic enim pro tunc erit licitus iſte actus. nolo præceptum obſeruare, quem tamen nequit deus præcipere: quia non poſſet iſte obediendo præceptũ implere quin iniquè ageret: imò ad illius præcepti obſeruãtiam ſequitur eius tranſgreſſio.

Lumine ſolo naturali ſcilicet Deo igntoo an opera fuiſſent moraliter mala.

¶Quartum dubium. An aliqua opera deo non innoteſcente hominibus, fuiſſent moraliter mala? Reſpondeo affirmatiuè. eſto enim (etiam ſine hominum culpa) noluiſſet deus à viatoribus cognoſci: eis nihilominus inditum eſt naturalis rationis lumen oſtendẽs honeſtè viuendum, neminem lædendum, ius ſuum cuiq; tribuendum, & reliqua ex his ortum habentia: quibus contrauenientes malè moraliter egiſſent ſuæ ſe difformantes regulæ. dico amplius eos non à diuina lege immunes: ſed obligatos fuiſſe, nõ quidem indicatiua atq; exteriori, ſed indicatiua atq; interna. Et cùm obijcis: leges firmantur atq;

Promulgantur, ſed ex hypotheſi non innotuit deusho minibus ſine quo non fit ſuæ iudicatiuæ legis promulgatio: igitur nec ea lege arctaretur viatores. Reſpõdeo: & ſi illius internæ legis deeſſet promulgatio nomine iuris à deo procedenti facto, adeſſet nihilominus ſufficienter noĩe ęqtatis intimata videlicet p naturale ratiõis lumen promulgans hominibus aliqua eſſe agẽda, aliquaq; vitanda ſub vinculo deuiationis à recto ad reatum ſufficientis: illa enim iudicatiua atq; interna dei lex eſt vultus dei aq; deus: naturale autem in viatoribus iudicium, eſt illius vultus lumen quoddam, ſicq; ſuper nos ſignatũ eſt lumen vultus tui domine. Ad culpam igitur viatori contrahẽdã ſufficit illius interni ęterniq; vultus lumẽ ipſum quidẽ eſt illius internæ legis promulgatio nomine æqui & iuſti: hinc qui ſine lege (ſcilicet ſigno ſenſibili data) peccaſſent ſine lege tali perijſſent, videlicet cum alia lege tranſgreſſa: quam internam æternamq; dixi iudicatiuam appello, eiusq; promulgationem lumen naturale ſuper nos ſignatum: hoc enim naturale lumẽ hũc per os Ariſtotelis transfudit radium: quædam autem fortaſsis nõ eſt cogi, ſed magis moriendum patientem duriſsima.

¶Quintum dubium. an luminis naturalis tranſgreſſor ſit iuſtẽ pœna torquendus? Reſpondeo ſic: nec ſemper de neceſsitate eſt pœnæ promulgatio, ſufficit quandoq; operis prohibitio: poſt cuius tranſgreſsionem poteſt arbitrariẽ (vt iuſtum eſt) ſuperior dominus irrogandas pœnas taxare: ſic igitur in præmoti dubij hypotheſi (nulla viatoribus pœnæ promulgatione facta) non iniquẽ omnipotens dominus ipſis iuris naturalis tranſgreſſoribus pœnas poſt mortem irrogaret æternas. Luminis naturalis tranſgreſſor an ſit iuſtẽ pœna torquẽdus.

De ſpeciali uirtutis impedimento, ſpecialiq; auxilio.

CAP. XV.

Pronitas ad malum.

TAntā naturæ humanæ ab adoleſcẽtia ad malū pronitatem, & ad bonū pigritiā (qua ferè vniu erſa caro in maligno poſita paſſim corrūpit vias ſuas) admirati ſancti doctores, præter ſenſitiuū appetitū ꝗ ſuum ſolum commodū continuè ſequens voluntatem ſurrepentibus motibus ad ſe allicit, & præter ſpiritualem hoſtem, qui mille decipiendi modis inuiſis quotidie nos impugnat: præter mundum pariter in quo continuè verſamur, cuius ve præſenti ope inceſſanter egemus: qui innumeris tum delitijs, tum terroribus miſeros mouet & afficit, præter inquam hæc, ipſi ſpeciale quoddam virtutis impedimentum ad malū pronificans ex primi parentis delicto contractum affirmarunt: quod morbidam qualitatem, aut fomitem, aut membrorū legem, ſimilibuſq; alijs nominibus appellat, quidam in anima, quidam in corpore, quidam in vtriſq; id eſſe aſſerentes, dicentibus alijs (non irrationabiliter) huiuſmodi fomitem, aut membrorum legem eſſe nō qualitatem ſic naturæ ſuperaduenientem, ſed ipſam naturam depreſſam, diſcraſiatam, quaſi ve brutalem factam per iuſtitiæ originalis abſentiam, quæ erat totius humanæ naturæ tam animæ quàm corporis rectum & indeuiū gubernaculum.

Spiritualis hoſtis mille decipiendi modis inuiſis nos impugnat.

Originalis iuſtitia.

PRIMVM NOTABILE.

Adam cum tribus donis excellentib⁹ formatus.

❡Succinctè pro maiore rei intelligentia præmittet ac elucidabit hoc notabile à quanam perfectione per primi parētis delictum ceciderit poſteritas. Traditur enim vtriuſquè parentum anima à ſummo rerum conditore fuiſſe cū tribus præclaris muneribus corpori diuinitus infuſa. Primò, ſcientiæ dono quò ad intellectū; nā fuit omnium ſciē

ctarum practicarum & ſpeculatiuarum habitibus inſigni ta ad politię gubernationem,& ad beatitudinis æternæ conſecutionem requiſitarum. Non autē ſic de filijs, quin imò eas ſtudio atq; exercitio acquiſiuiſſent. Non enim nati fuiſſent corporibus robuſti, nec animæ dotibus com pleti, ſed quantitate parui, membriſq; impotentes tempo ris decurſu per aptam nutritionem magnitudine atq; ro bore augmentabiles: pariter in anima ſtudio aut maiorū eruditione perficiendi.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum. Filiorum fuiſſet complexionum naturalium penes quatuor qualitates primas diſparitas: ex quib⁹ ſpi rituum atq; humorum & membrorum orta fuiſſet diſſi militudo: fuiſſent quidam alijs vegetiores atq; formoſio res, & intellectu viuaciores: ſicq; ad vnam ſcientiā quàm ad aliam aliqui aptiores.

Innocentiæ ſtatus cōple xionum, vir tutū & ſcien tiarū diſpari tatem admit tebat.

¶Secundum corollarium. Fuiſſet ſcientiarum atq; virtu tum inæqualitas: nam quantum ad ea quæ præter obli gationis debitum contingebant vnus plus alio atq; fer uentius ſcientijs, & virtutibus incumbere potuiſſet.

¶Tertium corollarium. Aliqui quodammodo alijs do minati fuiſſent, non quidem ſeruitutis dominio, ſed do ctrinę & directiōis in agibilibus pro regimine policiæ, et pro æternæ beatitudinis conſequendæ ſperato fine.

Adæ cogni tio inter bea tificam et no ſtrā enigma ticam media Adæ gratia.

¶Quartum corollarium. Non æqualiter meruiſſent o mnes, & ſic nec in patria æquè beati. Fuit Adę cognitio dei inter beatificā & noſtrā enigmaticam media, ſcilicet imperfectior illa, & perfectior iſta: non quidem intuitiua ſed per infuſam ſpeciem propriam abſtractiua, noſtra au tem à creaturarum ſpeciebus abſtrahitur, per quas inuiſi bilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Secundo, gratiæ munere quò ad voluntatem: cui chari tas infuſa eſt etiam fortè cum reliquarum virtutum habi tibus. Tertiò. præter illa duo animæ concreata dona ſu peradditum eſt tertium, originalis ſcilicet iuſtitia, quæ po nitur quoddam animæ diuinum munus: auream tran quillamq; in microcoſmo, id eſt, in paruo mundo, vide

ſicet homine efficiens, policiam. Has enim tres leges hæcve tria operabantur. Nullum quidem errorem in anima admittebat plenam virium ſenſitiuarum ad rectam rationē obedientiā ponebat & in toto homine impoſſibilitatem, Gratia primi, permanente inuiolato ſtatu illo, nō fuiſſent hominum contrariæ in agibilibus, vel ſpeculatiuis opiniones: non erronea in ſomniantibus iudicia, nec in cæteris ſenſibus deceptiones vllę hæ ſunt deflēdæ peccati pœnæ parentum, igitur fuit ad peccandū aliquo falſo promotus iudicio, aliter culpā pœna præceſſiſſet: per ſolam enim illorum agibilium apprehenſionem eua dæmonis ſuaſione diuinæ ſcientiæ æqualitatem per pomi eſum appetijt, prout lucifer diuinæ potentiæ paritatem. Adam autem non diuinitatis appetijt æqualitatem, ſed vxoris incitamento pomi eſum elegit, vt ei complaceret timens ſcilicet eam, quæ data erat ei ſocia contriſtare. Quare conſideranti patet, euæ peccatum, peccato Adæ extitiſſe grauius: nam illud directē contra primæ tabulæ præceptum, & illud ſecundæ. Obijcies, ex Adæ delicto ſolo poſteritati ſecuta eſt plaga, atq; iuſtitię originalis ablatio: & originalis culpæ incurſus. igitur fuit grauius. Reſpondeo, nō valent hæc omnia ſubſequentia incommoda reatum Adæ vſq; ad peccati euæ menſuram aggrauare. Nam propter ſpecificam eorum differētiam vnum infinitē alterum exuperat. Adę igitur qui caput erat mulieris, data erat cum iure alienandi originalis iuſtitia, non autem ſic euæ: quare ipſam, ea ſola peccante, non amiſiſſet poſteritas, nec originale contraxiſſet delictum. Cui adijcio vtroq; etiam parentum ſtante, & duorum filiorum vno peccante, & altero nō: ſola poſteritas ex illo delinquente propagata huiuſmodi lamentabundam contraxiſſet iacturam. Non enim latus lateris iniquitatem portaſſet, qualiter ex ſtipite propago. Gratia ſecundi: originali permanente iuſtitia: nec vlla quidem virium ſenſitiuarum ſurrexiſſet rebellio, nec vllus contra rationem motus. Rationi enim obedijſſet ſenſus, quamdiu ratio deo obediens præſtitiſſet. Gratia tertij. Nemo ex frigore vel calore, aut huiuſmodi nocētibus, etiam flammis expoſitus

Adæ iuſtitia originalis. originalis iuſtitia tria operabatur egregia.

Adę & euæ differētia peccatorum.

Euæ peccatū Adæ peccato grauius extiit.

poſitus:aut veneno potatus,paſſus fuiſſet læſionẽ.Quin imò uſq; adeò extollunt nonnulli illud excellens animæ donum,vt aſſerant nutritiuã vim ipſo in vniuerſum corpus redundante adiuta radicale humidum deperdito æquiparum reparare, quo immortalitatis beneficium acceſſet homo.Opinantur alij contrarium ex actione caloris humidum radicale continuẽ exiccantis: nec æquẽ bonum deperdito reſtaurãtis: tandẽq; ſenio ad mortem naturalem perducentis. Conueniunt tamen in hoc opinione ambæ,quòd non morituri erant:nam à deo pręuenti poſt certum temporis eis ad merendum dati tractũ fuiſſent viui in cœleſtem patriam per angelos translati. Pro nunc, huic loco poſtergata illius problematis diſcuſſione,ſat eſt noſſe originalem iuſtitiam,quæ erat animæ qualitas atq; donũ dei eius naturæ additũ,triplicem in homine operabatur harmoniam atq; ſuperhumanam concordiam.Ea autem proh dolor ſubtracta deſolatum hominis regnum diuiſum eſt atq; diſcordijs plenum:inobedientes rationi factæ ſunt ſenſitiuæ vires per rationis ad deũ inobedientiam:bruta homini rebellarunt,quæ ei quàmdiu homo deo perſtitiſſet obediens parebant. Concludo per iuſtitiæ originalis abſentiam præclara illa tria in hominis regno facientis,hæ tres iniquitatum ſemitæ apertæ ſunt crebrò ad interitum ducentes: ſcilicet in iudicijs deceptibilitas, in ſenſualitate iugis ad rationem rebellio,& varia corporum paſſibilitas,cui natura commodi prouida ſuccurrere nitens,ſæpius futurum eius negligit immarceſſibilem fructum, erumnam ſine fine duraturam miſerabiliter incurſura.

originalis iuſtitia triplicẽ in homine operabatur harmoniã atq; ſuperhumanam concordiam.

Iuſtitiæ originalis abſentia eſt multorum cauſa

¶Secundum notabile.Idem varijs nuncupatur nominibus,ſcilicet morbida qualitas,fomes peccati,carnis concupiſcentia,infirmitas,languor, lex membrorum,tyrannus.Huiuſmodi qualitatem aſſerunt nonnulli duntaxat in corpore eſſe,alij in corpore vnam, alteram autem in anima ex illa contractam. Præterea qualiter in Adam tranſfuſa ſit, qualiter ue paruulis contrahatur eſt in ancipiti deciſio.

Fomitis peccati nomina varia.

Quantum ad primam partem opinati ſunt aliquis ex cibo vetito quem comederunt parentes derelictam eis fuiſſe morbidam illam qualitatem: eumq́ cibũ ipſorum carnem miro modo alteraſſe, & quaſi intoxicaſſe. Hanc reprobat opinionem Gregorius Ariminenſis Auguſtinum citans libro quarto contra Iulianum cap. 37. dicentem. Abſit vt deus de ligno bono cuicunq; ætati illorum hominum quocunq; tempore beneficiũ tale conferret: vt hærerent in membris aduerſariam quæ contra pudicitiam dimicaret. Aliter igitur reſpondet doctor ille inquiens ſecundùm ſententiã eiuſdem Auguſtini Hyponenſis reſponſione quarta: ex flatu illius venenoſi ſerpentis, in quo diabolus illos tentauit, caro illorum deo eos non præſeruante, tali mala qualitate infecta eſt: nec, inquit, mirum: cùm etiam ex ſibilo quorundam ſerpentum: vt ibi dicit Auguſt. aliquando homines afflati ſubitò intereant: aliquando ad interitum grauiter vrgeantur.

Ex cibo veti to quem comederũt parentes an eis derelicta fuerit morbida qualitas.

¶Quantum autem ad partem ſecundam dicit ipſe Gregorius à parentibus infectis ſimilem morbidam qualitatem contrahi ſemini, atq; corpori paruuli: & ex iſta conſtitur animæ illi carni vnitæ. Quòd ſi arguatur tã de qualitate in ſe, quàm de modo productionis eius. De qualitate quidem quòd non ſit in anima per Apoſtolum ad Ro. 7. dicentẽ. video aliam legem in membris meis &c. Secundò. omnem effectum quem experimur in nos poſſumus abſq; qualitate illa ſaluare. patet: pronitatem atq; inclinationem ad deſideria carnalia videmus eſſe in brutis. Item quò ad rebellionem clarum eſt ſine tali qualitate appetitus ſenſitiuus appetitui rationali rebellaret. Item nullus philoſophorũ hominem cum tali qualitate naſci poſuit. Tertiò. illa ſaluari poſſunt per ſolam iuſtitiæ originalis abſentiam. Quartò. nulla forma immediatè exiſtens in anima poteſt naturaliter augeri, vel minui ſine vitali actu animæ: ſed fomes augetur vel minuitur ex alimentis & medicinis. Quintò; fomes non eſt ipſa potentia, nec paſſio, nec habitus: nec ſecundùm philoſophum 2. Ethicorum eſt aliud in anima; igitur. Sextò. omnis talis

pronitas per ſolam carnis qualitatem ſaluari poteſt, quòd exemplo patet. Nam ſi anima carni præuulneratæ vniret, & mox doleret: vel ſi vniret corpori diſpoſitio, vt in phreneticis & furioſis diſponitur: quanuis nõ phreneſis vel furia præfuiſſet in anima ſtatim fureret. Reſpondet Gregorius. Ad primum: Apoſtolus illic intelligit carnalem animam. Ad ſecundum dicit per hoc probaretur nõ generari habitus vitioſos in anima: carnalis etiam pronitas congenita non cõuenit homini per naturam, ſed per vitium: brutis autem per naturam: & quò ad rebellionem appetituum inquit, abſq; qualitate ſuperaddita non eſſet rebellio, qualem experimur, videlicet cum pronitate ad delectabile ſecundùm ſenſum, et difficultate ad oppoſitum, & quantum ad philoſophos reſpondet, huiuſmodi pronitatem experiebãtur eſſe nobis congenitam; ſed cuſam ignorabant. Ad tertium dicit: quanuis homo carens gratia & originali iuſtitia abſq; alia qualitate labetur in mala deſideria: veriſimile tamẽ eſt ꝙ nõ omnes ſic vniuerſaliter determinatè ad paſſiones concupiſcentiæ ex origine inclinarentur ſine vitio congenito mouente deſideria. Ad quartum reſpondet, illud eſſe non quia intendatur fomes; ſed intenduntur corporales qualitates coadiuuantes. Ad quintũ inquit auctoritatem philoſophi in hac parte non eſſe ponderandam. Ad ſextum dicitur exemplum illud non ſufficienter concludere. Quò ad ſecũdum, de modo ſcilicet productionis cũ arguitur. Primò, corpus non poteſt agere in ſpiritum niſi coagẽte ſenſu, vel ſaltem non formam ſpiritualẽ aliam ab actu cognoſcendi, vel appetendi: talis autem non eſt fomes. Secundò ſi cauſaretur in anima ex forma exiſtente in carne iſta aucta augeretur, & minuta minueretur: & ſic totaliter tolli poſſet naturaliter, vel per medicinæ artem. Tertiò, non videtur à quo cauſata fuiſſet tn primo parente. Quartò: eſto quod ſemini ex parentũ carne contraheret tot tranſmutationibus tranſmutatũ anteꝗ̃ ſit corpus ꝑlis formatũ: vt nulla talis qualitas poſſet ꝑlis corpore remanere videatur. Reſpondet; ad primũ negat aſſumptum;

& quãuis ſit difficile & forte, poteſt dare inſtantiã: non tamẽ eſt negãdũ cũ ſancti id afferãt,et oppoſitũ nõ poſſit ſufficiẽter ꝓbari. Ad ſecũdam autẽ dicit ſine temeraria aſſertione, fomes non augeť nec minuiť eſſentialiter in homine, quia ſicut non eſt generabilis ex aliquibus qualitatibus corporalibus, niſi ex his quæ in ſemine ex feruorẽ coitus & ardenti libidine cauſantur, ſic nec eſt etiam ex alijs augmẽtabilis, nec ex earũ cõtrarijs minuibilis: tamẽ quicquid ſit de illa, fomes qui eſt in anima, non minuitur actione quaruncũq; qualitatum corporalium. Ad tertium dicit vt ſuprà. Ad quartum reſpondet, per nullam tranſmutationem naturalem illa qualitas tollitur. Poſt hæc ſuperaddit hic doctor dicens, quò ad eſſentiam talis qualitas non manet integra; quinimò eius eſſentia ſalſaqualiter diminuitur in baptiſmo, vt probat magiſter ſententiarum di. xxxij. ſecundi autoritate Augu. lib. de baptiſmo paruulorum. Huic opinioni nulla de homine ſuffragatur ratio, vel experiẽtia potius quàm de bruto: nec autoritas ſufficiens expreſsè hoc aſſerit. Et quicquid tergiuerſando ipſe dicat poteſt, in homine prout in bruto omnis talis pronitas per ſolum frẹni, ſcilicet iuſtitiæ originalis abſentiam cum qualitatum corporalium diſcraſia ſaluari: & iſta eſt Anſelmi mens indubitanda: de conc. vir. capit. v. de fera indomita exemplificantis quæ fractis vinculis ſęuit, ablatoq; gubernaculo ruit quocunq;. Ad idem ex modo generationis argumentor. Illa qualitas eſſet eiuſdem ſpeciei in omnibus: cum nec vlla quidam ſit alietatis ratio: ſed contrà alicui eſt ad vnum vitium cõgenita pronitas, & alteri ad ſcelus contrarium; quinimò diuerſis temporibus homo idem ſola corporis permutatione eſt ad cõtraria pronus. Item vitari nõ poſſet (quod tamen negat) quin diuinitus ſupernaturali actione ſpecialiter eſſet primis parentibus impreſſa: cum hanc mirã virtutem nullum naturale venenum habeat: videlicet ex ſe corporeæ qualitatis animam inficientis productiuam: vt patet elementorum & elementatorum naturas intelligenti. Prætereà illa carnis parentum qualitas eſſet agens

Fomes qui eſt in anima non minuitur actione quaruncunq; qualitatũ corporalium

naturale:fortius igitur in propinquum ageret:& percon ſequẽs ſuperficiales corporis paruuli partes magis,quàm centrales eſſent infectæ,minorq́ſemper in filio quàm in patre eſſet huiuſmodi qualitas:& ſic continuo decremen mento tandem alicui proli nulla contraheretur, vel mo dica valde. Amplius(vt dixi)eſt cauſa naturalis : quare non vltra gradum proprium agens: , quandoq; autem paruuli ad malum pronitas eã parentum exuperat : eſtq; nonnunquam minor : igitur non ab illa qualitate: quòd ſi diſparitatem per aliqua iuuantia ſalues,pariter pronita tis totalitatem per eadem ſaluare poteris. Fomes an ſit qualitas ſpe cialis.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Non eſt vlli viatori certum talem corpori vel animæ contrahi qualitatem complexioni corporis condiſtinctã patét ex dictis. Et ad autoritates vno verbo dicerem, quòd ipſa complexio adiunctis alijs corporis diſcraſia ti diſpoſitionibus per iuſtitiæ originalis abſentiam, meri tò peccati fomes venit appellanda:atq; tyrannus, lex mẽ brorum concupiſcentia &c.Nam eius ſunt horum con ditiones.Ipſa pariter ſenſualitas ſuperhumano deſtitu ta gubernaculo,carensq́; iuſtitiæ originalis fręno: & in de facta æquitatis regulam infringere præceps poteſt non immeritò illas recipere nuncupationes : cùm ipſa iugiter ad huiuſmodi ipſum liberum arbitrium prouo cet & citet.

SECVNDA CONCLVSIO.

Originale peccatũ non eſt poſitiua qualitas.

¶Originale peccatũ non eſt huiuſmodi morbida quali tas : ſed iuxta beati Anſelmi ſententiam eſt iuſtitiæ ori ginalis cum debito eam habendi carentia: probo : omni tali qualitate circunſcripta non minus poſteritas irrecon ciliata fuiſſet deo de accepta: atq; beatitudinis dono in digna,iuſteq́; dominus ad filios æterna priuaſſet heredita te.

Cùm etiam nihil difformitatis ad rationem rectam ha bet illa qualitas pluſquàm alia venenoſa à deo ſuperna turaliter immiſſa,Item fuit ſecundùm eos in Adam illa

qualitas qui minimè fuit peccato originali irretitus. Eſt igitur Anſelmi probabilior aſſertio, cui adiunxi cum debito &c. Fuit enim in dei matre iuſtitiæ originalis carentia, ſed non debitum: excepta enim fuit à communi aliorum lege: pariter poſt baptiſmum manet huiuſmodi iuſtitiæ carentia, & non peccatum originale, nam iuſtitiæ habendæ debitum per baptiſma remittitur.

¶Primum dubium. An originalis fomes ad malos liberi arbitrij actus coagat, ſeu eos comproducat? Reſpondeo non: cùm nihil extra animum creatum actuum voluntatis efficientiam attingat: mediatè autem ad eos inſtigat & mouet: nam allectiuas obiectorum cognitiones miniſtrat, per quas motus prouocantur ſenſuales: ex quibus intellectiui ſurrepunt conformia iudicia voluntatem ad actus illis motibus conſonos inſtigantia, eoſq; comproducentia. Aliam nihilominus ſequendo opinionem reſpondebit fortaſsis quiſpiam affirmatiuè ſaltem de qualitate morbida in anima, videlicet per modum habitus vitioſi agendo, ſed profectò ſic eſſet verè habitus: & ita non à corporis qualitate, nec abſq; actuum exercitio per naturam produceretur: corpus enim non niſi per modum obiecti ſpiritum agit, alteram verò qualitatē quę corpori hærere aſſeritur (aiunt) ſenſitiuū inſtigare appetitum, nihilominus dicere ſupereſſet quēnam ſenſuum immutat, quamve ſenſationem, videlicet an intuitiuam, an abſtractiuam comproducat.

Fomes bono cooperari poteſt, alia de fomite pulchra.

¶Secundum dubium. an originalis fomes bono cooperari valeat? Reſpnndeo ſic: oſtendo: contingit actum prius malum ad quem prouocabat fomes, effici bonum continuatum: ſed per huiuſmodi extrinſecam permutationem non ceſſat fomes ad eundem inſtigare actum, cum ſit naturale agens: nec vlla fiat eius, aut alterius actionem impedientis variatio: igitur ad actum eundem nunc bonum inſtigat, atq; prouocat qualiter prius. Et id dico verum ſiue diſcraſiata complexio, aut ſenſualitas ponatur fomes, ſiue ei in corpore, vel in anima ſit ſuperaddita morbida qualitas: fomes enim aliquem ante con-

ligium carna liter miſceri i nſtigans,ad idem poſt coniugium prouocare poterit, pariter ad cibum hora prohibita,& hora præcepta:tunc ad malum,nunc ad bonum cõcitat & mouet.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

¶Primum non eſſentialiter aut intrinſecè fomes in malũ tendit,aut ſub iniquitatis ratione liberum arbitrium ad opus prouocat:ſed,ei per accidens id euenit, eius enim formalis ratio eſt ſenſualitatis legẽ ſequi,& ipſius prœſens procurare commodum:quod quoniam frequentius diuinæ obuiat legi,æternoq́ contrariatur bono: hinc ſæpiꝰ quod ad malum ſollicitat voluntatem fomes,cuius quidem frequentia hoc indiſtinctè genuit adagium,videlicet originalem fomitem efficere ad malum pronam naturam,rationiq́ aduerſari,quæ ſemper deprecatur ad optima.

¶Secundum corollarium.Fomes in eodem non æqualiter ad omnia ſtimulat vitia,nec ad idem ſcelus æqualiter in diuerſis ſuppoſitis prouocat,nec in eodem ad idẽ æqualiter ætatibus conditionibuſq́ varijs:patet:non eſt ſenſualitatis in omnibus & ſemper idem cõmodi vel incommodi modus:& ſic nec eius lex cunctis eadem.

Homo in latrones incidens (qui eum expoliauerunt, plagiſq́ multis impoſitis abierunt ſere ſemiui uo relicto) ſic in omnibus viribus vulneratus eſt,atq́ in ſupremis potentijs intellectu & voluntate à ſtatu naturæ cõditæ vſqueadeo minutus,vt (quorundã opinione)niſi ſpeciali dei ope adiutus,nequeat aliquid rectè agẽdũ cognoſcere,nec cognitũ rectè velle, neq́ in malo tẽtationẽ ſuis naturalibus vincere.Ita igitur vt huiuſmodi vulneris eũ debilitãtis pernitioſitate non valeat ſine ſpeciali dei auxilio intellectus de agẽdis rectũ habere iudiciũ,aut voluntas actum moraliter bonum illi conformem elicere:quinimò nec peccatum cõtra tentationẽ vitare.Alij contrarium ſentiũt,quorum opinio plus rã

Hominis vulnus ex peccato.

tioni quadrat: auctoritatibus autem conformior eſt illa.

Auxiliũ generale pariter & ſpeciale quid.

PRIMVM NOTABILE.

Auxilium dei generale ſeu generalis eius influentia dicitur dei cõcurſus, quo generali modo ſecundis coagit cauſis: videlicet effectum comproducendo. In nullum enim potens eſt effectum abſq; tali auxilio cauſa ſecunda, nec quicquam niſi ei coagente deo, atq; effectum comproducente efficere. Auxilium autem ſpeciale (dicit Gregorius Ariminenſis in ſecundo) eſt quidam ſpecialis modus agendi: videlicet (inquit) non ſolùm coefficiendo effectum: ſed faciendo voluntatem partialirer concauſare. Ita quod ipſa voluntas partialiter concauſat applicata, et quaſi inſtrumentaliter mota à deo ad ſic partialiter cauſandum: in qua tamen motione ipſa non neceſſitatur, ſed inſtrumentum liberum exiſtens (In cuius poteſtate eſt ſequi motionem primi agentis) iuuatur ita vt agat quæ nõ ſic adiuta nequaquam agere potuiſſet: videlicet ad actũ moraliter bonum. Ad productionem verò actus mali ſolùm primo modo deus concurrit: non enim facit voluntatem agere actum malum, ſicut facit eam agere actũ bonum: & hoc eſt illud auxilium dei ſpeciale ſine quo dico nihil nos bene velle, vel facere. hæc ille. ¶ Veruntamen non mihi videtur hæc ſufficiens auxilij ſpecialis à generali differentia: nam agente naturali effectum producente deus nedum effectũ comproducit eundem: ſed ipſum agens agere facit atque producere effectum, non tamen ſpecialiter ei auxiliatur: ſic quò ad cuiuſcunque actus tã boni, quàm mali ſubſtantiam, non modò entitatem illam deus producit, ſed agere facit voluntatem. Concludo igitur ſpecialiter auxiliari, vt eſt ſermo non ſolùm eſt effectum comproducere, & facere agens producere eundem: ſed eſt ſpecialiori modo coagere.

¶ Corollarium, auxilium hoc modo eſt ipſe deus ſic, vel ſic agens; quare res eadem videlicet deus eſt auxilium generale, eſt auxilium ſpeciale: & inde concludendum eſt auxilium dei ſpeciale ad actum indifferentem, aut ad actum malum concurrere; nec ſequitur, auxilio ſpecia

ſi ad actum malum coagit deus, ergo ſpecialiter. Verum tamen ſecundùm ſubiectam materiam loquentes vnam Auxiliari (vt pro reliqua accipiunt: nec pro nunc eſt vis facienda. No eſt ſermo, tetur alio modo poſſe deum auxiliari: videlicet per doni quid ſit. iuuantis immiſſionem quod ſit accidens animæ inhæ: Eadẽ res eſt rens, de quo dicit Gregorius Ariminenſis, homo habẽs auxilium generale & auxilium ſpeciale. gratiam etiam gratum facientem, aut aliud quodcunq; donum dei habituale adhuc ad bene operandum indiget alio ſpeciali dei auxilio, iuxta Auguſtinum de natura & gratia cap.26. ſicut oculus corporis etiam pleniſſimè ſanus niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere, ſic & homo etiam pleniſſimè iuſtificatus (niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur) rectè non poteſt viuere: huic quartũ auxilij genus adijci poteſt: videlicet ſpecialis modus quo deus voluntatẽ ad actũ bonũ neceſſitat: qđ appellari põt ſpecialiſſimũ, ſpeciale aũt nõ neceſſitat.

¶ Secundum notabile. Circa hanc materiam fuerũt opiniones. Vna (quam ſecuti ſunt Okan, Adam & plerіq;) negans animam ex peccato primi parentis ſic atrociter fuiſſe ſauciatam: quinimò ipſum cum generali Dei influentia valere rectum de agendis ferre iudicium: pariter actum moraliter bonum elicere: & contra tentationem peccatum vitare: ſic tamen corrupta fuit natura, & ad malum prona: vt frequenter niſi ſpeciali dei auxilio adiuta nõ operaretur bonum, nec vitaret malum, aut non ita faciliter. Alia eſt opinio cõtraria quam ſecuti ſunt ſ. Thomas, Alexan. & alij poſt quos Gregorius Arim. cuius hæ ſunt propoſitiones. Prima. nullus homo in ſtatu præſenti, ſtante generali dei influentia, poteſt abſq; ſpeciali auxilio ſufficienter cognoſcere quid volendum, aut nolendum quid agendum, aut vitandum. Secundum: nullus (etiam habita ſufficienti notitia) poteſt ſine ſpeciali auxilio agere aliquem actum moraliter bonum. Tertia quamſpro ſuppoſitione ponit. Nullus tentatus ad aliquod vitium, ſeu ad actum moraliter malum, poteſt huiuſmodi tentationem abſque dei auxilio ſuperare. Alia fuit opinio quodamodo media, videlicet quod nequit

Auxilij ſpecialis opiniones.

anima ſine diuina ope ſpeciali in actum dilectionis dei ſuper omnia cùm ſit ſuper naturã:in cęteros tamen actus potens eſt Huius opinionis tertiæ pondus ſatis ex aliarũ duarum examinationibus patebit:quarum vtriuſq; motiua cum opinionis oppoſitę reſponſionibus adducam.

¶Tertium notabile,primæ opinionis motiua ſunt.

Seruare virginitatẽ eſt in hominis poteſtate.

¶Primò ſacri eloquij auctoritas,prout 1.ad Corinth.7. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus nõ habens neceſsitatem, poteſtatem habens ſuæ volũtatis,& hoc indicauit in corde ſuo ſeruare virginitatem ſuam benefacit:& per conſequens ſeruare virginitatẽ eſt in hominis poteſtate. Item Eccleſiaſt.15.Appoſuit tibi aquam et ignem:ad quod volueris porrige manum; ante hominem vita & mors:bonum & malum:quod placuerit ei dabitur illi.Et ad Ro. 2.gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciũt.Auguſt.de duabus animabus circa finẽ:propterea enim corpora diligẽdo peccamus: quia ſpiritualia diligere et iuſtitia iubemur:& natura poſſum9.Et ipſe cõtra Fortunatũ propria volũtate recta facimus:& cõtra Fœlicem Manichæum libro 2. habet vnuſquiſq; in voluntate aut eligere quę bona ſunt,& eſſe arbor bona:aut eligere quæ mala ſunt, & eſſe arbor mala. & idem alijs pleriſq; locis.Præterea magiſter ſententiarum lib. 2. diſt. 26.non negamus multa ante hanc gratiã,& præter hanc hanc gratiam fieri bona per liberum arbitrium.

Secundò ſuadetur doctoris ſubtilis ratione lib.4.diſtin. 14.quæſt. 2.peccator exiſtens in peccato poteſt ex puris naturalibus habere attritionem de peccato omnibus circunſtãtijs debitis circunſtantionatã:ac per hoc moraliter bonã:aliâs peccator iuſtificaretur abſq; aliqua diſpoſitione præuia ſufficiente de congruo ex parte eius ad iuſtificationẽ:& ſic difficile eſſet ſaluare deũ nõ eſſe acceptorẽ perſonarũ, cùm vnũ iuſtificet per infuſionem gratiæ, & aliũ non.vel oporteret dicere aliquã attritionẽ non moraliter bonã eſſe ſufficientẽ de congruo ad iuſtificationem: quod nõ videtur verũ.Tertiò ipſius Okã ſuaſione lib.1. diſt.1.quæſt.2. Homo ex puris naturalibus poteſt habe-

re rectũ dictamen de aliquo diligẽdo (verbi gratia de diligendo deũ ſuper omnia) & tali dictamini poteſt ſe conformare, igitur ex puris naturalib. poteſt deũ diligere ſuper omnia. Itẽ omnis potentia libera pōt habere aliquẽ actũ circa obiectũ ſibi oſtẽſum: ſed nõ neceſſariò deordinatũ: igitur poteſt ex puris naturalib. habere ordinatnm. Itẽ non eſt maior repugnãtia actus moraliter boni ad voluntatẽ, ꝙ demeritorij. Quartò ratione ipſius Adæ lib. 1. diſt. 1. Idẽ actus ſecundũ ſpeciẽ poteſt elici à voluntate habituata, & à voluntate nõ habituata: ſed poteſt voluntas cũ gratia elicere actũ bonũ: ergo etiã ex puris naturalibus poteſt in actũ eiuſdẽ ſpeciei. Itẽ ex frequentia actuũ elicitorũ mediante charitate poteſt generari habitus naturaliter inclinatiuus ad actus ſimiles: & ita ſi ſubtraheret charitas infuſa poterit voluntas cũ habitu acquiſito elicere act⁹ ſimiles priorib⁹. Quintò arguit: in puris naturalib. homo poteſt (ſtante dei influentia genrali) parẽtes honorare, indigenti ſubuenire, pro patria fortiter & cõſtanter pugnare: & alia huiuſmodi, prout de infidelib. plurimis legitur, in quibus nullus diceret eos peccaſſe. Itẽ pōt quis ex puris naturalib. actũ agere remuneratiõe ſeu præmio dignũ: & ſi nõ æterno ſaltẽ tẽporali: vt patet Exodi 1. de obſtetricibus Aegyptijs, quæ deũ timentes pueros ſeruabãt Hebræorũ cõtra Pharaonis præceptũ: quas remunerauit deus. Nõ aũt eſt dicendũ deũ pactu malo præmiare: igit. Idẽ patet de antiquis moralib. Romanis, qui ſuis ſtrenuis actib. gloriã meruerũt imperij. Itẽ aliàs qlibet infidelis, imò fidelis in peccato mortali exiſtens quocunque ſuo actu deliberatẽ facto peccaret, cũ nõ habeat gratiã p quã actũ bonũ operetur. Itẽ homo nõ poſſet ſua voluntate & libero arbitrio vti niſi malẽ: cõtrà Auguſt. 2. de lib. arbitrio cap. 13 &. Sextò. nihil eſſet homini imputabile, cũ non ſubiaceat facultati eius bonũ moraliter agere, & malum vitare: & potiſſimẽ deo huiuſmodi auxilium ſpeciale homini non præbente. ¶ Ad hæc motiua reſpondet Gregorius Ariminenſis. ¶ Ad primum: alis vtique habet poteſtatẽ voluntatis ſuæ, non quidẽ taliter ꝙ poſſit

Poteſt quis ex puris naturalib. actũ agere remunetatiõe ſeu præmio dignum, nõ tamen ſine ſpeciali auxilio.

ex ſe ſic velle ſine adiutorio illius qui dicit,ſine me nihil poteſtis facere,ſed eo iuuante, & ad hunc ſenſum intelligendæ ſunt cæteræ autoritates : quòd ſi infidelibus aliqui fuerint actus moraliter boni, non id ſine auxilio dei ſpeciali fuit. Ad ſecundum reſpondet Gregorius talem attritionem perfectè circunſtantionatam non eſſe abſq; ſpeciali Dei auxilio : iuxta Auguſtinum de fi. ad pe. capit .xxxiij. Firmiſsimè tene,& nullatenus dubites neminem poſſe pœnitentiam agere, niſi quem Deus illuminauerit : & gratuita miſeratione conuerterit: & ita concedit quòd abſque præuia diſpoſitione ex parte peccatoris(ex parte inquam eius tantùm , ita quòd non ſit à Deo præueniente)iuſtificatur peccator,vnde gratis iuſtificatur,ſicut dicit Apoſtolus,cuius enim vult miseretur : & quem vult indurat, nec eſt in Deo perſonarum acceptio, quia non eſt in his quæ liberaliter & gratis dantur. Ad tertium negatur prima antecedentis pars. Negatur etiam quòd recto iudicio habito poſſet non adiuta ſe conformare:& ad aliud pariter dicitur, ſi aliquem habeat actum non adiuta diuinitus,ille erit deordinatus propter alicuius debitæ circunſtantię carentiam. Ad quartum negatur minor,non ſufficit enim gratia ſine alio ſpeciali dei auxilio:& ad aliud dicendum pariter non ſufficere habitum acquiſitum.Ad quintum reſpondetur,quamuis multa talia de genere bonorum ex puris naturalibus agere quis poſsit,nō tamen ſine auxilio ſpeciali erunt moraliter bona, & ita timorem dei pro quo obſtetricibus deus ædificauit domos non habuerunt ex ſe tantum,ſed ex Deo miſericorditer inſpirāte: ſic de Romanis & ſimilibus gentilibus ſi aliquos actus habuerint bonos,non ſine ſpeciali dei auxilio habuerunt eos. Frequenter etiam ab hominibus tunc credebantur virtutes quæ non erāt,& ita ab eis præmiabātur.Et ad aliud de infidelibus,& alijs extra gratiam poteſt eis auxilium ſpeciale communicari:quare non ſequitur quencunq; eorū actum eſſe culpabilem. Ad ſextum dicit Gregorius pro nullo ſtatu quis tenetur ad aliquid pro tunc ei impoſsibi

bile: pro iſto autem ſtatu non eſt homini impoſsibile bene agere:nam poteſt cum adiutorio bene agere, ſed bene eſt ſibi impoſsibile ex ſe tantum bene agere, imò ſimile argumentum fieri poſſet de influentia generali. Et cum ponitur quòd Deus non auxilietur homini ſpecialiter ad bene agendum,Reſpondet non omnis impotentia bene agendi excuſat hominem à peccato,ſi non bene agat:quia non illa quæ eſt pœna peccati,ſicut nec ignorantia quæ eſt pœna peccati , excuſat à peccato : ſi non agat quod debet , aut agat quod non debet: ſecundum præſentem enim ſtatum omnis homo impotens eſt ad bene agendum ex ſe propter culpam originalem,ſine qua cuilibet fuiſſet collatum auxilium quo bene ageret ſine alio auxilio ſpeciali,ſicut poterat primus homo ante peccatum:& ideo ſi Deus nunc non auxilietur alicui auxilio ſpeciali , non propterea excuſatur à peccato:ſecus ſi primo homini ante peccatum tale auxilium defuiſſet.

¶Quartum notabile.Secundæ opinionis quò ad ſupraſpoſitas tres concluſiones motiua ſunt hæc.Quantum ad primam enim concluſionem quæ eſt hæc.

PRIMA CONCLVSIO.

¶Nullus homo in ſtatu præſenti,ſtanti generali Dei influentia , poteſt abſque ſpeciali auxiliô ſufficienter cognoſcere quid volendum,,aut nolendum:quid agẽdum aut vitandum.Primò per Apoſtolũ.ij.ad Corin.iij.Non ſumus potentes ex nobis,quaſi ex nobis aliquid cogitare:ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Item per Auguſtinum primo retracta. capite nono,dicẽtem: ad miſeriam iuſtæ dãnationis pertinet ignorantia & difficultas quas patitur homo omnis ab exordio natiuitatis ſuæ:nec ab iſto malo quiſquam niſi gratia Dei liberaretur. Et libro ſexto contra Iul.cap. xxvj.vbi allegat iſtud Apoſtoli primæ Cor.ij.Non enim ſpiritũ huius mundi accepimus: ſed ſpiritũ qui ex Deo eſt,vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis:& alijs pleriſque locis idem aſſerere videtur. Item Hugo libro primo de ſacramentis parte ſeptima ca

pite 25. anima rationalis corpori humano infuſa (niſi per gratiã adiuuet) neq; cognitionẽ veritatis percipere, neq; concupiſcentiæ carnis reſiſtere poteſt, vbi de cognitione pertinentiũ ad ſalutẽ loquit. Itẽ ad hoc eſt expreſſa Milenitani cõcilij determinato cap. 5. Si quis dixerit gratiam dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ, propter hoc nos tantùm adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur intelligentia mandatorum: vt ſciamus quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari vt quid faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atq; valeam⁹: anathema ſit. Et ſubditur: vtrũq; eſt donum dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus. Item ſancti pro huiuſmodi notitia habenda orabant: igitur ex ſe non poterant eam habere.

An ſine ſpeciali dei auxilio nullus poſſit aliquẽ actũ moraliter bonum agere.

SECVNDA CONCLVSIO.

Nullus etiam habita ſufficienti agendorum, aut vitandorum notitia, poteſt ſine ſpeciali dei auxilio aliquem actũ moraliter bonum agere. Primò per illud apoſtoli, non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis dei, ad Rom. 9. & ad Philip. 2. Deus operatur in nobis velle & pficere ſeu operari. Et 1. Corin. 4. Quid enim habes quod non accepiſti? Item Auguſt. in de correctione & gratia, cap. 47. liberum arbitrium ad malum ſufficit: ad bonum autem parũ eſt niſi adiuuetur ab omnipotente bono. Et in Epiſtola ad Hylarium Syracuſanũ circa principium dicit. Valet itaq; liberum arbitriũ ad bona opera ſi diuinitus adiuuetur: deſertum verò diuino adiutorio (qualibet ſcientia legis excellat) nullo modo habebit iuſtitiæ ſoliditatẽ, ſed inflationem impiæ ſuperbię, & exitioſum tumorem. et de verbis apoſtoli ſermone 12. prorſus ſi adiutorium dei defuerit, nihil boni agere poteris. Item ratione: homo non poteſt ſine ſpeciali dei ope diligere deum propter ſe: ſed omnis act⁹ nõ relatus in deũ ſic dilectũ eſt culpabilis: igitur. &c. Aſſumptũ patet per Auguſt. in epiſtola ad Vitalem: Liberum arbitriũ ad diligendũ deum primi peccati granditate perdidimus. Et Anſel. de concordia cap. antepenultimo; voluntas poſt deſertam iuſtitiã fa-

ſta eſt ancilla ſuæ affectionis, quæ ad conmmodum eſt. Infert ex his Gregorius arimi. quòd homo in præſenti ſtatu non poteſt ex ſe tantum aliquid velle vel diligere, niſi in relatione ad ſeipſum, & per conſequens, non poteſt diligere deum propter deum, neq; primam gratiam mereri poteſt, nec de condigno. nec de congruo: per gratiam intelligendo quodcunq; dei ſpeciale auxilium ad bene operandum, ſiue adiuuet deus donum infundendo, ſiue per ſeipſum mouendo voluntatem, ſiue quocunq; alio modo iuuet: quoniam non poteſt habere ante primam gratiam actum liberi arbitrij non culpabilem. Item alia ratione: homo ſtultè & ſuperfluè imploraret adiutorium dei ad bene agendum, vel malo reſiſtendum, teſte Auguſtino contra Pela. in de natura & gratia, capite octauo. Quid (inquit ſtultius quàm orare vt facias quod in poteſtate habeas? Præterea huius ſententiæ ſunt Ambroſ. Hieronymus, Gregorius, Anſelmus. Ioan. Dama. Iſido. Magiſter ſententiarum, & alij multi, quorum autoritates in ſententia, prout illæ beati Auguſtini ſonant. In oppoſitum fuit vnus de erroribus Pelagij damnatis: quoniam Pelagius poſuit quòd homo habita ſufficiēti notitia per doctrinam, aut reuelationem (Dei de hin quæ volenda, vel agenda ſunt), poteſt abſque auxilio velle, & agere quæ volenda, & agenda eſſe cognoſcit. Pelagij error damnatus.

TERTIA CONCLVSIO.

Nullus tētatus ad aliquod vitiū, ſeu ad actum moraliter malum poteſt huiuſmodi tentationem abſque Dei auxilio ſuperare: probatur per illud Sapientiæ octauo. Non poſſum eſſe continens niſi Deus det. Item per Augu. in epiſt. ad Paulinū Nolanum epiſcopum: quādo contra tentationes concupiſcentiaſq; illicitas dimicamus, quamuis & illic habeamus propriam voluntatem: non tamē ex illa, ſed ex adiutorio dei noſtrā præuenire victoriā. Itē Innocētius Papa ſcribēs epiſcopis qui Carthaginiēſi concilio affuerant (inquit) pares nos ad reſiſtendum tentatiōibus nō liberū arbitriū, ſed dei ſoli[9] auxiliū pōt facere.

Auxiliũ ſpeciale tribus modis concurrere poteſt ad bonum.

Impoſſibile ꝓ valde difficili nõnunquam ſumitᷣ

¶Ad prænumeratas obiectiones cunctas trimembrem pono reſponſionem:non quidem dei auxilium ſpeciale, negandoꝫnam id oſtendunt auctoritates quibus innuitur aliter ad bonum quàm ad malum hominem iuuari: huiuſmodi autem auxilium eſt meriti,aut facilitatis, aut facti:id eſt ad meritum concurrit auxilium dei ſpeciale: aut ad boni operis facilitatem,aut de facto ad operandũ aliquid quod alias non operaretur: quanuis ipſum operari potuiſſet.Primum eſt neceſſitatis Secundum aut tertium non ſemper: nonnunquam enim impoſſibile pro valde difficili ſumitur. Fateor igitur non omnes ſanctorum auctoritates de bono meritorio eſſe intelligendas: vt expreſſe patet ex Auguſtino cõtra Iulianum libro 4. capite 7.uſqꝫ ad 17.vbi de infidelium actibus agit quibus ſpeciale auxilium requiri dicit,quos conſtat eſſe non meritorios: dicere pariter non niſi pro operis facilitate concurrere tale dei auxilium: iſtud(ſaltem vniuerſaliter intellectum)reprobari videtur per Mileuitanum conciliũ tempore Innocentij primi celebratum vbi cap.6.dicitur quicunqꝫ dixerit:ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius poſſumus implere per gratiam, tanquam ſi gratia nõ daretur non quidem facilè:ſed tamen poſſumus etiam ſine illa implere mandata diuina anathema ſit:diceretur inquam iſtud eſſe verum, ſcilicet nõ vniuerſaliter ad ſolam facilitatem ſpeciale tribui auxilium, ſed quandoque ad agendum etiam aliquid quod alias fieri poſſet quis enim dubitat multa ab homine fieri poſſe,quæ abſqꝫ dei ſpeciali ope non fierent. Argumentum quod fruſtrà oraretur non militat,quia nonnunquam oratur, vt res fiat quæ non fieret,licet fieri poſſet,aut vt facilius fiat:aut vt fiat illo medio quo fieri à deo præuiſum eſt. Ex dictis patent vtriuſque opinionis motiua: quid autem dicendum mihi videatur,ſint concluſiones.

Auxilij ſpecialis reſolutio.

PRIMA CONCLVSIO.

Potuit iuſtus deus in peccati pœnam ſic humanum genus atrociter ſauciare,atque animam quò ad intellectum

&

& voluntatem tali languore efficere, vt nec intellectus cū ſola dei generali influentia vllum moraliter verum cerne re valeret, nec voluntas actum moraliter bonum ope rari: patet, omnis creatura eſt in mera poteſtate eius obe dientiali: tum etiam illud fieri contradictionē nō includit. Ois creatura eſt in mera poteſtate eius obediētiali.

SECVNDA CONCLVSIO.

Ex nullis intra nos experientia, aut ratione concludi po teſt ſpeciale dei auxilium ad actum moraliter bonū po tius, quàm ad actū malū requiri: probo. omnis pronitas ad malum & difficultas ad bonum quæ in nobis experi mento percipitur poteſt per appetitum ſenſitiuum qui ra tioni aductſatur ſufficienter ſaluari: & per alia ad malum prouocantia, & retrahentia à bono. Tum etiam idem actus poteſt ſucceſſiuè eſſe bonus & malus: nec ad talem actum his temporibus diuerſos operandi modos in ani ma experimur.

TERTIA CONCLVSIO.

An deus ſic atrociter humanam naturam vulnerauerit, tacent experiētiæ atq; rationes naturales: auctoritatibus expreſſius quòd ſic ſonantibus: illis igitur tacentibus tu tius eſt iſtas exaudire & inſequi: hæc concluſio ex ſupra enumeratis motiuis relinquitur perſpicua.

SEQVVNTVR COROLLARIA.

Primum: alicuius conſequentiæ antecedēte exiſtente im poſſibili ex quo cōcludatur verum practicū: poteſt quis ſine auxilio ſpeciali aſſentire antecedenti & bonitati cō ſequentiæ, & non conſequenti niſi ſpecialiter adiutus.

SECVNDVM COROLLARIVM.

Vbi falſum crederetur inuincibiliter eſſe verū: cuius aſſen ſus ab actu bono interiori effectiuè ſ[illegible]ſeparareť: cōcedendū eſt q̄ ad errorē ſpecialiter cōcurrit deus: p̄iter dato actu

exteriori à duobus interioribus imperato: quorũ vnus ſit bonus,& alter malus;ſic deus ad actum malũ ſpeciali ter concurrit,ſcilicet ea ratione qua bonus eſt.

¶Tertium corollarium. Poteſt liberum hominis arbitrium abſq; ſpeciali ope actum cum duabus, vel tribus circunſtantijs elicere, ſed non plenè cum omnibus.

QVARTA CONCLVSIO PROBABILIS.

Auxiliũ ſpeciale à deo obtinere nõ eſt difficilius ꝙ generale.

Non eſt difficilius à deo auxilium ſuum ſpeciale ꝙ generale obtinere:patet,nullum requiritur præuium ad obtinendum illud potius,ꝙ iſtud:ſemper enim præſto eſt & paratus dominus & bonis & malis,fidelibus & infidelibus huiuſmodi ſuffragium impartiri, prout & generale, quare ad malum pronitas & tarditas ad bonum aliunde ꝙ ex difficultate habendi opem dei ſpecialem, exoritur: prout ex peccati fomite & alijs ſuprà numeratis.Durum profectò eſſe nec dictu tutum,ſpeciali dei inſtitutione:et quantum eſt ex parte non cuilibet nec quolibet tempore ſpeciale illud auxiliũ(vt nonnulli ſentire videntur)offerri:huius veritatem certitudine nouit dominus; nihilominus piè credo quod dicit Bonauẽtura lib. 2.tale adiutorium homini præſto eſt ſi vellet ſuſcipere.

QVINTA CONCLVSIO CONTRA GREGOR.

Vbi deus ſpeciali ſua ſanctione(etiã in peccati pœnam) ab aliquo ſpeciale ſubtraheret auxilium:omiſſio boni defectu illius proueniens minimè imputabiliter culpabilis foret,patet:impoſſibilitas pro tũc obligationem deleret: cùm(teſte beato Hieron.in explanatione fidei ad Damaſum papam) anathema ſit dicere deum ad impoſſibile obligare. Nec valet Gregorij reſponſio de impoſſibilitate,in pœnam peccati contracta:nam in fatuis cõſtat vſus rationis carentiam eſſe peccati primi parentis pœnã:quæ tamen pro tunc obligationem dirimit,& à peccato prorſus excuſat; ſic vbi in proprij peccati aut alieni punitionem deus iuſtiſſimus vindex ſpecialiter à forte rationis vſum auferret; aut omninò ſpeciale denegaret auxiliũ;

tolleretur pro tunc ad opus bonum obligatio; nec vllus ſubſiſteret culpabilitatis incurſus.

SEXTA CONCLVSIO CONTRA EVNDEM.

Poteſt liberum viatoris arbitrium ſine ſpeciali dei ope in actum moralem non culpabilem: videlicet indifferentẽ, aut de genere bonorum, prout agros colere, reuereri parentes &c. Id ſupra de actu medio inter moraliter bonũ & malum elucidaui: & videtur de Auguſt. mente in Hyponenſi reſponſione tertia dicentis. Fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus quidem iudicium rationis: non per quod ſit idoneum quæ ad dominum pertinent, aut inchoare, & certẽ peragere: ſed tantùm in operibus vitæ præſentis tam bonis, quàm malis: bonis dico, quæ de bonis naturæ oriuntur, id eſt, velle laborare in agro, velle bibere, velle manducare, vel quicquid bonũ ad præſentem pertinet vitam. Quod autem ſubdit Auguſt. quę omnia nõ ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt, nõ impedit propoſitum: nam dei gubernaculum nomen, eſt non ſpecialis auxilij proprium: ſed ad cunctas creaturas (cùm omnes ſuâ prouidentia gubernet: eiſq; omnibus cooperetur) extenditur.

SEPTIMA CONCLVSIO CONTRA EVNDEM.

Tentationem aliquam (ſcilicet peccati cõmiſſionis) poteſt voluntas ſine dei ſpeciali ope vincere: & aliquã quidem non, videlicet omiſſionis. Primã partem probo: nequit quantumcunq; vehemens tentatio liberum arbitrium ad vllum peccati actum neceſſitare, cùm ſemper libera ſit voluntas ſuum præbere, vel non præbere cõcurſum, ſine quo nõ producitur peccati actus: quinimò nõ eſſet actus cum tali neceſſitate peccatum. Secunda pars ex dictis elucеſcit: videlicet tempore quod ad actum obligatur voluntas quẽ non elicere tentatur: nam tentationem vincere eſſet actum elicere bonum. Id autem ex hypotheſi nequit ſine ſpeciali dei patrocinio: igitur tentationem aliquã abſq; auxilio dei ſpeciali ſuperare nõ poteſt.

¶Primum dubium.an propter duplex auxilium ad actum bonum concurrens ſit voluntati creaturæ facilius actum bonum quàm malum elicere ¶Reſpondeo quamuis poſsit affirmatiuè dici,non tamen ad hoc eſt experiẽtia,vel ſufficiens ratio,nec pariter autoritas:quare partem negatiuam tenens diceret:quemadmodum quis duplici auxilio adiutus non facilius fert pondus valde graue, quàm cum vnico auxilio ferret ſubduplum, vel ſubtriplum:ſic nec facilius cum duplici auxilio elicit voluntas actum bonum,quàm cum vno auxilio malum.

Peccata vitare omnia & diu an poſſit viator.

IN hoc corruptæ naturæ ſtatu,quandiu à quibus & à quot peccatis valeat homo ratione vtens ſe immunem præſeruare,trita eſt doctorum penes breue tempus & longum,penes mortalia & venialia,penes multitudinem collectiuè & diſtributiuè diſtinctio. Vbi meliori ſaluo iudicio mihi dicendum videtur (etiam & ſi hoc nuſquam accideret)nulla ex rei natura aut diuinæ ordinationis conditione implicatur repugnantia viatorem abſq; extraordinario dei ſuffragio poſſe ſua libertate vitare omnia collectiuè peccata;& quantocunq; tempore quorum quodlibet ſeorſum,ſic cauere poteſt.

PRIMVM NOTABILE.

In hoc ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali.

¶Solent circa vitanda peccata doctores inter venialia & mortalia diſtinguere,inter multitudinem diſtributiuè & collectiuè,pariter inter breue tempus, aut longum. Dicit enim beatus Thom.prima ſecundæ.q.cix.arti.viij. vbi quærit an homo ſine gratia poſsit non peccare ¶Reſpondet in ſtatu naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali ſanante naturam ad hoc quòd homo omnino à peccato abſtineat:& fit in præſenti vita hæc ſanatio ſecundùm mentem:nondum appetitu carnali totaliter reparato:hinc in hoc ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali,nam in ratione conſiſtit:non autem poteſt homo abſtinere ab omni peccato veniali ꝓpter cor-

ceptionem inferioris appetitus ſenſualitatis:cuius motus ſingulos quidem ratio reprimere poteſt:& ex hoc habēt rationem peccati & voluntarij.non autem omnes : quia dum vni ratio reſiſtere nititur,fortaſsis alius inſurgit: & etiam quia ratio nō ſemper poteſt eſſe peruigil ad huiuſmodi motus vitandos:ſimiliter etiam antequām hominis ratio in qua eſt peccatum mortale reparetur per gratiam iuſtificantem poteſt ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundùm aliquod tempus: quia nō eſt neceſſe quòd continuò peccet in actu: ſed quòd diu maneat abſque peccato mortali eſſe non poteſt:vnde & Gregorius ſuper Ezechi.dicit, peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur ſuo pondere ad aliud trahit. Cùm enim homo non habet cor ſuum firmatum in Deo,vt pro nullo bono conſequēdo,vel malo vitando ab eo ſeparari velet,occurrunt multa propter quæ conſequenda, aut vitanda homo recedit à Deo contēnendo præcepta ipſius, & ita peccat mortaliter præcipuè,quia in repentinis homo operatur ſecundùm finem præconceptum,& ſecundùm habitū præexiſtētem,vt dicit Philoſophus.iij ,Ethi. quãuis ex præmeditatione ratiōis homo poſsit aliquid agere prēter ordinē finis præcōcepti,& prēter inclinationem habitus:quia tamen homo poteſt ſemper eſſe in tali præmeditatiōe,nō pōt cōtingere vt diu permaneat,quin operetur ſecūdū cōſequētiā volūtatis deordinatæ,niſi cito per gratiā ad debitū finē reparetur, tamē quia ex hoīs defectu eſt quòd ſe ad gratiā habēdā non præparet,propter hoc a peccato nō excuſaẗ,quòd ſine gratia peccatū vitare non poteſt. An autem homo conſecutus gratiā poſſit per ſeipſum operari bonū,& vitare peccatum? Reſpondet,nō indiget alio auxilio gratiæ ſecundū aliū modū,vt ſcilicet à deo moueatur ad rectē agēdū:quare donū habitualis gratiæ nō ad hoc datur nobis,vt per ipſum nō indigeamus vlterius diuino auxilio .hæc ille. Cuius dicta aliqua exactius examinarem (prout non eſſe veniale in ratione &c.) ſed huic non congruit loco:quantum autē ad ſubiectam materiam concluſiones rem patefacient.

Homo conſecutus gratiā an poſſet per ſeipſum operari bonum,& vitare peccatum.

¶Secundum notabile. Præter ſpeciale auxilium communiter viatoribus à domino impenſum eſt aliud excellẽtius, quo certæ perſonæ ab omni culpa, aut à qualibet mortali præſeruatæ inſignitæ fuerunt. Hoc enim ſpecialiſsimum ſiue extraordinarium appello ſuffragium: & de iſto eſt in præſentia ſermo: an videlicet ad diu omnia collectiuè peccata vitanda ipſum requiratur, prout pleriquẽ aſſerere videntur, an ſufficiat cum libero arbitrio ſpeciale.

Peccatum vitare qualiter poſsit viator,

PRIMA CONCLVSIO.

¶Nequit ex ſolis naturalibus viator nec diu nec modico tempore omiſsionis peccatum vitare, poſita obligationis pro illo tempore conſtantia: quodcunq; autem cõmiſsionis peccatum vitare poteſt: nam (vt ſuprà deduxi) vitare ſic omiſsionis culpam eſſet actum præcepti plenè moraliter bonum elicere: & nequit abſq; ſpeciali dei auxilio. Ad peccatum autem commiſsionis vitandum ſufficit non elicere actum, ad non eliciendum autem non requiritur auxilium dei ſpeciale, ſat eſt, quòd cauſæ inſtiganti non præbeat voluntas liberum eius concurſum: ſi enim abſq; eius libero concurſu, vero, vel interpretatiuo produceretur, deeſſet culpabilitatis ratio.

SECVNDA CONCLVSIO.

¶Nulla clauditur in hoc repugnantia, videlicet abſq; extraordinario dei auxilio omnia collectiuè peccata, etiam quantocunq; tempore vitari, quorum vnumquodq; ſeorſum caueri poteſt: probo: pro modico tempore conceditur ab omnibus poſsibile: temporis autem diuturnitas non vllam adijcit contradictionem, cùm non ſit quid aliquid habens contrarietatis, tum etiam ſolius temporis fluxus nihil alietatis in libero arbitrio operatur: igitur quantum eſt ex hoc æquè potens eſt magno & paruo tempore peccata vitare: in vtroque enim æquè potens eſt cauſæ inſtiganti concurſum, atq; efficientiam nõ præ-

bere: quòd enim ita accidat, non eſt ratio ſufficienter re-pugnantiam concludens, nam poſsibiles ſunt effectus plerique nunquam futuri: quia fortè non omnia applicabuntur agentia: aut non ſingulæ materiæ: quas tamen applicari non repugnat: non eſt igitur indiſtinctè verum Bonauenturæ dictum libro ſecundo artic. ij, quæſt. ij. gloſſam allegantis ſuper illud Threno. tertio. Miſericordiæ domini dicentis, non poteſt homo diu ſtare contra inſultus diaboli, niſi miſericordia domini adiuuetur: vbi inquit Bonauentura prout de foraminibus nauis, ſic diabolus frequenter facit aliquibus quibus prætendit tentationem de luxuria, & ex hoc quòd non conſentiunt facit ipſos proſilire in ſuperbiam: nec vnquam poteſt euitare homo quin in aliquam tentationem incidat: & hoc propter ſuam inſtabilitatem, propter ſuam etiam infirmitatem neceſſe haberet in aliquam tentationem incidere: cùm enim ſit obtenebratus ignorantia, & alligatus carnis concupiſcentia, tentationem carnis & infirmitatis non poſſet euadere, quin etiam aliquando conſentiret niſi adiuuaretur aliquo munere diuinæ gratiæ. Et cùm obijcitur per Gregorium in moralibus, debilis eſt hoſtis qui non vincit niſi volentem. Tum etiam liberum arbitrium omni gratia deſtitutum adhuc eſt liberum: igitur cogi non poteſt. Ad primum reſpondet: quamuis non vincat niſi volentem, non ſequitur poſſe reſiſtere ſine ſpeciali Dei gratia, & hoc propter carnis corruptionem. Ad aliud dicit: non eſt ibi coactio, ſed tanta ad malum inclinatio, & voluntatis pronitas quòd niſi eſſet aliud ſuſtentans neceſſe haberet motu voluntatis aliquando in malum incidere, quòd ſi non potens reſiſtere conſentiat, liberum arbitrium non eſt à culpa immune: Et hoc quia adiutorium gratiæ ſibi præſto eſſet ſi vellet ſuſcipere: quia etiam ex propria ſua culpa deuenit in hanc neceſsitatem. hæc ille. Quorum nonnulla falſa mihi videntur, prout quòd liberum arbitrium reſiſtere nequeat quin conſentiat & ſit peccatum, contra Ariſtotelis, Auguſtini, & cæterorum teſtimo-

nium,qui peccatum aſſerunt eſſe voluntarium, non eſt autem in actu voluntarium abſque libera voluntatis coefficientia vera,vel interpretatiua: vbi enim vſque adeò inualeſceret tentatio vt velit,nolit voluntas: ſurreperet ſine libera eius coefficientia actus ſuus:nõ eſſet ibi voluntarium:tum etiam homini ex culpa ad aliquid impoſſibilitato nõ poſſet rationabiliter noua lex dari eum ad illud pro tunc aſtringens: igitur neque antiqua eum pro tunc obligabit.

TERTIA CONCLVSIO.

Et ſi non repugnet non tamen accidit, videlicet quod abſque extraordinario dei auxilio quis cũ rationis vſu valde diu immunẽ à peccato ſe præſeruet: quãtocunque tempore omnia collectiuè peccata vitando (per extraordinariam dei opem,ut prædixi, auxilium intelligo ſpecialiſsimum, videlicet præter generale atque etiam ſpeciale,quale perſonis nonnullis ſpecialiter tota vita præſeruatis conceſſum eſt) hæc concluſio auctoritatibus ſtabilitur:ſepties in die cadit iuſtus.& Ioannis primo.Si dixerimus quia peccatum non habemus,nos ipſos ſeducimus: ſcilicet diu:cui ſuffragatur humanæ infirmitatis experientia,non valde diu abſque peccato perſeuerantis: dixi valde diu: accidit enim aliquem ſe ab omni reatu pro aliquo tempore immunem tam mortali, quàm veniali præſeruare, & diutius de mortali, quàm veniali,diuti us pariter vna perſona,quàm alia. Contingeret igitur hominem breui tempore conr vſu rationis viuẽtẽ à peccato, quandiu viueret immaculatum perſiſtere.

QVARTA CONCLVSIO.

Quiſque viator obligatur omnia collectiuè peccata per totam ſuam vitam quantamcũque vitare:patet.nõ peccare eſt præcepti negatiui: & ita ſemper atque pro ſemper obligantis.Quòd ſi obijcies victuro plena ætate, prout 80.vel centum annorum non eſt de communi lege poſ-

ſibile,quod per totum illum temporis decurſum omnia vitabit: igitur obligaretur ad impoſſibile. Reſpondeo primò, eſto quòd nunquam acciderit nec accidet ſine extraordinaria dei ope, non tamen ſequitur eſſe impoſſibile etiam de lege: vt ſupra oſtendebam. quare in verificandis auctoritatibus quæ impoſſibilitatem ſonare videntur ſumendum eſt pro difficili impoſſibile. Secundò dico non eſſe ſpeciale præceptum, ſeu ſpecialem dei obligationem alijs condiſtinctam de vitandis collectiuè omnibus peccatis per totum vitæ circulum: qui enim furtum & homicidium committeret, ſic moriens non eſt dicendum præter hæc duo peccata aliud tũ incurriſſe: videlicet quia non collectiuè cuncta vitauit peccata. Peccati enim vitatio non alterius eſt obligationis, quàm præcepti hoc, vel illud vitium prohibentis: & ſic omnia deuitare peccata non vnicam, ſed multas includit particulariũ præceptorum obligationes: quarum quælibet ſeorſum facultati liberi arbitrij abſq; extraordinario dei iuuamine de lege ſubiacet.

¶Primum dubium. An viator quando immunis eſt à peccato id cognoſcere valeat? Reſpondeo. quæſtio poteſt de actuali commiſſionis, vel omiſſionis culpa: aut de reatu poſt ipſam manente; iuxta quorum varietatem ſint propoſitiones.

Gratiæ ſtatũ an viator in ſe agnoſcere poſſit, & ſe immunem à peccato.

PRIMA PROPOSITIO.

Poteſt quis certitudine cuiuſdam experimentalis euidentiæ ſe agnoſcere à quocunque actuali commiſſionis peccato immunem eſſe, aut quandoque fuiſſe. patet: animæ operationes potiſſimè animales ſunt ei per reflexionem experimentaliter notæ. Viator igitur (omnem actum ſuum voluntate ſuſpendente) poteſt illud experiri: & per conſequens experimento certus, fieri nullo peccati commiſſionis actu irretiri. Id enim eſt de præterito perſpicuum, videlicet illo, vel iſto tempore quo dormiebat, aut vigilabat nullum liberum voluntatis actum elicuiſſe: & ſic nec creatorẽ com-

miſsiuè pro tunc offendiſſe.

SECVNDA PROPOSITIO.

¶Non eſt ſic euidenter certum de actuali omiſsiōis peccato: non deeſt tamen certitudo. Primam partem oſtendo: non ſic experimentaliter cognoſcitur obligationis præcepti affirmatiui circa Deum: circa ſe, vel circa proximum tempus præfixum: imò nonnunquam per legis conſiderationem longa indagine illud innoteſcit: igitur non ſic euidenti certitudine cognoſcit viator ſe nulla omiſsionis culpa grauari. Secundam probo partem: habere poteſt viator poſt mandatorum Dei inſpectionem motiuum ſufficiens ad firmiter, & verè credendum ſe non culpabiliter pro tunc omittere: igitur fit certus: conſequentia patet communem certitudinis diffinitionem intelligenti: eſt aſſenſus verus abſque formidine ad aſſenſum denominandum certum, hæc duo veritas, & firmitas ſufficiant. Non igitur aſſenſus quilibet certus eſt neceſſarius & infallibilis.

TERTIA PROPOSITIO.

Peccati immunitas an aliqua certitudie agnoſci poſsit à viatore.

¶De immunitate à peccati præteriti reatu derelicto, haberi poteſt à viatore non mathematica, ſed moralis ſatiſquè perfecta certitudo: probo: poſsibile eſt ad verè firmiterquè credendum animam omnino eſſe mundam motiuum haberi ſufficiens: oſtendo: ad hoc habetur maxima fidei certa, pariter minor vera ſubſumpta rationabilem habens firmiter credendi cauſam. Iſta enim eſt fidei maxima certa, qui vt debuit pœnitet omnino mundatur, hæc autem eſt minor. Iſte pœnitet vt debuit: & huic firmiter & verè aſſentire ſufficienter facit integra horū obſeruatio, quæ ſunt peccatorū diſplicētia, cauendi propoſitum propter deum, & propoſitum confitendi: hæc autē tria quis in ſemetipſo experiri poteſt: poſt integram enim eorum obſeruantiam credens, vel dubitans ſe non eſſe omnino mundum ipſe de legis & diuinę promiſsionis veritate nō aliud ſua bonitate & clemētia

ita nobis requirentis dubitaret. Reperiuntur enim nonnulli (ô quàm periculoſum) qui diligentiam quantamcunque fecerint nunquam hoc aſſumunt credulitatis iudicium: ſcilicet quò ſe eſſe mundos exiſtiment: quinimò (etiam abſq; rationabili cauſa) diſſentiunt, vel dubitant, cauſam autem huius quærenti reſpondent neſcio: neſcio (inquiunt) an ſufficienter omnia obſeruarim: nec particularem aliam ſuæ ſcrupuloſæ, profectò nonnunquam ſtultè conſcientiæ aſſignant rationem: id enim à dæmone plerunque ſuggeritur. Nam præ nimia mentis turbatione pereunt, deuotio, feruor, ſpes, ſpirituale gaudium, & huiuſmodi cõmoda quæ ipſi ſe eſſe mundos pio aſſenſu credentes aſſequi ſolent. Sic præterea animos implicat naturæ frandulentus hoſtis: quatenus ad deterius, quale eſt deſperatio, indigna ſacramenti contra conſcientiã ſuſceptio, aut aliud ſimile, eos perducat.

QVARTA PROPOSITIO.

Non modò rationabiliter credibile eſt illud, quinimò ad id obligari contingit, oſtendo: contingit de trium ſupra numeratorum obſeruantia ſufficientem atque rationabilem ſubeſſe apparentiam: nec aliunde cauſam, cur nõ ita credatur ſubſiſtere legitimam: atq; ex incredulitate inconueniens eminere ſub peccato vitandũ: cuiuſmodi eſſet vt dixi, ſacramenti indigna contra conſcientiam ſuſceptio, aut ſcandaloſa eius omiſſio, aut aliud tale. his igitur ſtantibus teneretur quis ſe eſſe mundum credere. quid quæſo ſic aſſentire noceret? potius profectò fructum exigente caſu affert nõ modicum pia huiuſmodi credulitas. Solet ex nonnullis erroneis radicibus nociua naſci ſcrupuloſitas illa ad credendũ tarda, prout feciſſe teneatur quis quicquid potuit. Pariter ad extemum feruoris conatum pœnitere aſtringatur. Sitq; de non recidiuatione certus. Hæc quidem ſcrupulorum ſemina falſa ſunt & diligenter eradicanda. Non enim viator meliori modo quo poſſet obligatur agere: & ſic nec maximam ei poſſibilem peccatorũ indaginem præmittere. ¶ Non pariter deter-

minatum doloris, aut feruoris gradum determinatè taxauit dominus requiſitum: ſufficit dolor rectus etiam remiſſus. Nec ſimiliter neceſſaria eſt nunquam recidiuandi certitudo, aut credulitas: ab hoc enim mentem auertere pleriſque, ne in deſperationem incidant, expedit: quinimò quorundam opinione, & vera, nec poſitiuè abſtinendi propoſitum requiritur: ſed ſufficit priuatiuè, ſcilicet non habere recidiuandi effectum,

QVINTA PROPOSITIO EX PRAECEDENTIBVS COROLLARIA.

¶Prout licitum eſt & nonnunquam ſub præcepto cadit ſe mundum credere: ſic & eſſe in gratia: patet, inter gratiæ & peccati ſtatum, ſeu inter filios regni & perditionis non eſt in rationali creatura medium. Hoc vnum fateor: videlicet quamuis certa ſit fidei autoritas, atque Dei promiſsio pœnitenti pollicentis cum gratiæ collatione peccatorum remiſsionem: minoris tamen ſubſumptæ, videlicet iſte eſt ſic pœnitens: motiuum credendi non eſt omninò infallibile. Nihilominus non hoc omninò certitudinem tollit: nec obeſt quin ipſum eſſe valeat ad verè firmiterque credendum ſe integrè pœnituiſſe, atque gratiam obtinuiſſe ſufficiens medium per quod credere ſe eſſe in gratia poſsit viator. Concludo igitur in hac miſeriarum valle viatorum neminem abſque ſpeciali Dei reuelantis illuſtratione ſcire euidentiæ, aut iudicij infallibilis certitudine, an ſecundùm præſentis iuſtitiæ ſtatum amore, vel odio dignus ſit: certitudine autem credulitatis rationabilis ſic, videlicet firmiter & verè ad pubm ſufficiens habetur motiuum rationabiliter credere inductiuum. Quod autem ad æternæ præſcientiæ ſtatum id valde plus illo ab humana cognitione recedit: nam præſentis & non futuri eſt experientia: neſcit in hoc viatorum vllus etiam certò gratia inſignitus quidnam futura dies paritura ſit, quaa

literve an cum odio, an cum amore: hoc eſt, an cum
mortali, an cum gratia mortem obibit: nihilo-
minus perſeuerans morum ac vitæ conditio
credendi cōiecturam prębet aliqualem:
nec viliſsimo cuiq; peccatori deeſt
ſufficiēs ſperādę beatitudinis
ratio. Quam nobis do-
net humanę ſalu
tis amator;
qui
cor con
tritum &
humiliatum
non de-
ſpicit.

*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EXCVSVM FVIT
hoc utiliſsimum opus Lugduni
anno à uirginis partu
M. D. XL.


A.Vincent.